Octavo. [illegible]

271 I 151
271

I
271.

26 — 90

# ORATIONES FRANCISCI PHILELFI CVM QVIBVSDAM ALIIS EIVSDEM OPERIBVS.

Visu lectu perlectu intellectu imitatuque digne
foeliciter. Lege relege. Vide revide. Cude recude.
Nam poterit mora quod nequit hora.

N. 16. 726

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD Y PROVA. DE ZARAGOZA

## FRANCISCVS PHILELFVS LODOVICO MARIAE SPHORTIAE BARHI DVCI: AC DVCALI PRIMARIO LOCVMTENENTI·SAL.P.D.

Vam parentalem quondam pro nobiliſſimo illo principe patre tuo Frāciſco Sphortia orationē habuiſſem: iccirco ad te dedi: quia multa in ea legunt̄: quæ ad illius laudem & immortalitatē pertinent: cuius me ſtudioſiſſimū eſſe non ignoras, Huic ego cum nonnullis orationibus & operibus meis duas ſubieci orationēs: quarū alterā habuerā in funere diuæ illius uiraginis Blancæ Mariæ: & item alteram conſolatoriā: quam iampridem ſcripſeram ad uirum Patriciū illū Venetū Iacobū Antoniū Marcellū de obitu Valerij filij. Nam ſiquis haſce tris orationes diligentius lectitarit: cum plæraq; inueniet non inutilia (ut mea fert opinio) tum uero quæ ad animorum immortalitatem pertinēt: animaduertet nō inepte a me eſſe pro tempore & diſcuſſa & diſputata. Nec unū mihi prætereundū fuit: propterea orationē illam cōſolatoriā ad Iacobum Antoniū Marcellū curaſſe hoc tempore cum hiſce imprimendam: qm̄ quæ antea fuerat Mediolani ab alijs quibuſdam impreſſa: eam pluribus in locis deprauatam corruptāq; offendi: ſiue inſcitia factum fuerit: ſeu inuidentia: neſciā affirmare. Quod ſi quæſieris: quibus in præſentia delecter ſtudijs: quid aliud me putes cogitare: qui non longe abſim ab octogeſimoquarto ætatis anno: q̄ ea omīa quæ a philoſophis theologiſq; acute ſunt & ſubtiliter diſputata: Hæc qualia ſint breui cognoſces. Vale mi humaniſſime princeps: & me cōmendatum habe. Mediolani ex ædibus meis. vi. kalēdas Iunias. M.cccclxxxi.

FRANCISCI Philelfi equitis aurati laureatiqꝫ poetæ & oratoris: ac philoſophi clariſſimi: Orationum ac alioꝝ quorūdam operum breuis atqꝫ ordinata Annotatio.

## FVNEBRIVM ORATIONVM ANNOTATIO.


Franciſci Philelfi Oratio parētalis de diui Franciſci Sphortiæ Mediolanenſiū ducis fœlicitate: I.

Eiuſdem Franciſci Philelfi Oratio habita in funere diuæ uiraginis Blancæ Mariæ Mediolanenſiū ducis: II.

Eiuſdē Oratio cōſolatoria ad Iacobū Antoniū Marcellū Patriciū Venetū & equitē auratū de obitu Valerij filij: III.

Eiuſdem Epiſtola cōſolatoria ad Petrū Iuſtinū Philelfum nepotē ſuū de obitu Alphinæ matris dilectiſſimæ: IIII.

Eiuſdē Oratio funebris ꝓ magnifico ducali ſenatore & clariſſimo equite aurato Philippo Borrhomæo comite Haronæ: V.

Eiuſdē Oratio funebris pro magnifico equite aurato ducaliqꝫ ſenatore Stephano Frederico Todeſchino: VI.


## NVPTIALIVM ORATIONVM ANNOTATIO.


Frāciſci Philelfi Oratio de inita ſocietate inter illuſtriſſimos duces Bonā eiuſqꝫ filiū Ioannē Galeaciū: & Herculē Aeſtenſem: I.

Eiuſdē Franciſci Philelfi Epithalamion in illuſtriū Beatricis Aeſtēſis: & Triſtani Sphortiæ nuptijs habitū: II.

Eiuſdē interpoſita Epiſtola reſponſiua: in ſimulationi ac calumniæ Guarini Veronenſis: ad Lodouicū caſellam.

Eiuſdē Oratio habita in ſponſalitijs Theodori Plati clariſſimi iureconſulti & Heliſabet uicecomitis: III.

Eiuſdem Oratio habita in ſponſalitijs Petri Biragi: & Heliſabet princiuallis: IIII.

Eiuſdem Epithalamion in nuptijs nobiliū coniugū Ioannis Antonij Simonetæ: & Margaretæ Cottæ: V.

Eiuſdē Oratio habita in deſponſione magnificæ puellæ Iuliæ Marutiæ: & magnifici equitis aurati Raymundi Attenduli: VI.

Eiuſdem Oratio habita in cōnubio magnificæ puellæ Margaretæ Arcimboldæ: & magnifici equitis aurati Antonij Cribelli: VII.

## DIVERSARVM ORATIONVM ANNOTATIO.

Franciſci Philelfi Oratio ad Pium ſecundū Pontificē maximū: habita Mantuæ in publica uniuerſaliq; chriſtianorū contiōe pro duce Franciſco Sphortia: I

Eiuſdem Franciſci Philelfi: ad uiros Papienſes Oratio congratulatoria de creatione Iacobi Borrhomæi Vitaliani comitis. F. ad dignitatē & gradum epiſcopalē. II

Eiuſdē Oratio de laudibus Laçari Scarampi epiſcopi ad Comenſes: III

Eiuſdē Oratio pro Theodoro Plato clariſſimo iurecōſulto: IIII

Eiuſdē Oratio habita Mediolani in principio ſtudij: V

Eiuſdem Oratio gratiarū actiua ad Sixtum quartum Pontificem maximum: VI

Eiuſdē Oratio habita in principio quæſtionū Tuſculanarū. M. T. Ciceronis in ſtudio urbis Romæ: VII

Eiuſdem Oratio de ſuo in urbem reditu ad Sixtum quartum Pontificem maximū: VIII

## ALIORVM EIVSDEM FRANCISCI PHILELFI OPERVM ANNOTATIO.

Franciſci Philelfi Præfatio in traductionem præceptorum Rhetorices Ariſtotelis de cauſis ciuilibus ad Alexandrum regem: cum ſubiecta eorundem e græco in latinum traductione: ad illuſtriſſimum & ſummū uirum: dominū Alphonſum: ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem.

Eiuſdem Franciſci Philelfi: ad magnanimū & illuſtrem principem: Philippum Mariam Anglum: inclytum Mediolanenſiū ducem: in traductionem Apophthegmatum Plutarchi Cheronenſis ad Traianū cæſarem: præfatio: cum eorūdem e græco in latinū uerſione ſubiuncta.

Eiuſdem Franciſci Philelfi ad Micolaum quintum pontificem maximū in Plutarchi Cheronenſis Apophthegmata Laconica a ſe e græco in latinū uerſa: Præfatio: cū adiecta eorūdē traductiōe.

Eiuſdem Franciſci Philelfi in annotationē legum apud ueteres ſcriptores crebrius commemoratarum: ad Fredericum Cornelium Epiſtola: cum earundem legum ſubiectione.


FINIS ANNOTATIONVM.

¶ Franciſci Philelfi eqtis aurati laureatiq; poetæ & oratoris: ac philoſophi clariſſimi: Orationes cũ quorũdam aliorũ operum ſubiunctione: in quibus omne benedicẽdi genus: omeſq; artis rhetoricæ partes: ac diuinæ philophorum & theologorũ ſententiæ comperiuntur fœliciter incipiunt.

## ORATIONES FVNEBRES.

### ¶ Franciſci Philelfi Oratio parentalis de diui Franciſci Sphortiæ Mediolanenſium ducis fœlicitate. I

Exordiũ narrationis uim in ſe cõtinens Franciſcus Sphortia dux

SI fieri poſſe cenſerem: ut lamentationibus ac lachrymis ſæuo & peracerbo naturæ uulneri mederemur: qđ ex incõmodo fortaſſe magis q̃ ex immaturo Franciſci Sphortiæ inuictiſſimi optimiq; ducis & clæmẽtiſſimi pr̃is patriæ obitu oẽs accepimus: non modo uos non dehortarer præſtantiſſimi principes: ſed cohortarer potius etiã atq; etiam: ut omnẽ ætatẽ quoad is reuiuiſceret: in aſſiduis flætibus degeremus & eiulatibus. Non eñ in unius tanti: tamq; diuini principis amiſſione: cũ nobis cunctis: tum uniuerſæ Italiæ parua quædam facta eſt uel iactura uel naufragiũ: per quẽ ſolum ex tanto & tam diuturno bellorũ turbine ac fluctibus ſedata omnia pacataq; conquieuerant. In ſola profecto illius uita atq; animi magnitudine ſummaq; ſapientia: tantã ſpem ſibi florentiſſima noſtra reſpublica uiriq; oẽs boni collocarant: ut perpetuã ſe fœlicitatẽ adeptos opinarentur. Sed O fallaces mũdi blanditias: quibus allecti p̱ uarios agitamur errores. O lubricã atq; caducam humanæ uitæ conditionem: qua tum maxime deſtituimur qñ uiuere eſt dulciſſimũ. O inanis noſtros cogitatus: q̃ eo ſecundis in rebus magis nos decipiũt: quo certiore ſpe quadã nobis alludunt. Sperabamus nos quidem Frãciſce Sphortia: te ob maximas tuas inumerabiliſq; uirtutes p̱pemodũ fore ſempiternũ. Itaq; oĩa nobis erant lætitiæ gaudijq; plena. Nulli hoſtes imminebant: nullæ præmebant ſollicitudines: nullæ curæ: Te nõ minus oẽs & qui prope eſſent: & q procul abeſſent maximi potentatus uerebantur q̃ metuebant. Sub firmiſſimo tuo tutiſſimoq; præſidio uitã quieti oẽs ſecuriq; agebamus. Te nõ Italia modo: ſed uniuerſa Romana eccleſia exteriq; reges: q

bus ulla aut uis aut iniuria impenderet: ſubſidio ſibi eſſe ac ſaluti arbitrabant̃. Nunc aũt/te extincto undiqꝫ ſuſpitiones incumbunt: terrores obſtrepunt: hoſtilia arma bellico fragore circũſonãt. Heu heu nos infœlicis atqꝫ infortunatos: qui tanto tam miti: tam benigno: tam pio: tã inuicto: tam om̃i genere probitatis illuſtri parente orbati ſumus. Quis in tanta rei indignitate nõ mœreat: non fortunam deploret ſuã: non ſeſe intolerabili dolore conficiat? Vtinã liceret Franciſce Sphortia princeps optime ac fortiſſime ſortem cõmutare: nemo prorſus ſui ſibi conſcius eſſet & tui qui non emori ꝙ primũ optaret: quo tu reuiuiſceres. In hanc ſententiã indubitato pedibus iret: nõ ſolũ cõſtantiſſima uirago & ſanctiſſima uxor tua Blan-

Blanca Maria dux ca Maria: quæ te dies noctiſqꝫ collachrymat: & poſt matrẽ tibi om̃i probitate ſimillimus dux Galeacius: qui ob continuũ luctũ animi

Galeacius Maria dux cruciat̃ una cum reliquis pientiſſimis tuis filijs: uerũ etiã & ampliſſimus hic ſenatus tuus: & aula uniuerſa: atqꝫ om̃es ciues ſubditiqꝫ tui: quos unius tui deſideriũ torquet ac macerat. Cæterũ quo feror homo miſerrimus: quo meus me uæhemẽtiſſimus rapit dolor: ut qui alios debeam: meipſum nequeã conſolari? Nam quid prodeſt excellẽtiſſimi principes quicqꝫ optare: quod ſperare nõ liceat? Magnũ eſt fateor & graue & permoleſtum atqꝫ acerbiſſimũ: quod nuper om̃es uulnus accepimus. Id ſi minus doleamus: aut lapidei plane putandi ſumus: aut nobiſipſis inimici. Sed illud nos tamen præterire nõ debet animi eſſe & bene compoſiti & moderati: & ſapientis nihil appetere ſupra hominẽ: nunꝙ neqꝫ a ratione diſcedere: neqꝫ diuinæ aduerſari iuſticiæ. Num qui ſibiipſi nõ pepercerit: qn morti ut homo concederet: parcat ſimplici homini cuiqꝫ deus uel heroi: ut poetæ philoſophiqꝫ appellãt? Monẽdum eſt em̃ omnibus in ideqꝫ reſoluendũ unde manauerint. Quod ſi mercatoribus magnæ turpitudini damus: ubi aut decoquant: aut reddere depoſitũ nolint: quæ clæmentia tanta ſit noſtra: ut quẽ deus optimus maximus animũ noſtræ fidei ueluti cõmendarit: hunc repetẽti domino reſtituere indignemur? Quæ noſtra queat ſuperbia tanta eſſe: qui faſtus: quæ arrogantia: ut qui natura mortales ſumus: dignũ exiſtimemus corporibus quoqꝫ effici ĩmortales prius ꝙ moriamur? Quis uſqꝫ adeo eſt neſcius ſui: quem lateat exteriori cuiqꝫ homini ante reſurrectionẽ immortalitatẽ uendicari non poſſe? Sed quo pacto reſurrecturus ſit quiſqꝫ: antequã diem obierit? Itaqꝫ neceſſario fit: ut qui nati ſunt: om̃es aliquando moriantur. Quin eo mors eſt æquiore ferenda animo: & non modo non dolenda: ſed merito potius optimoqꝫ iure ſumma læticia proſequenda in animis ingenti-

bus & excelſis: quod hac præuia atq; duce ad ſempiternũ illud bo/
num ſupremumq; peruenitur: quo ſolo fœlices beatiq; efficimur.
Quæ em̃ in huius mundanæ uitæ procellis ac tempeſtatibus non
modo fœlicitas: ſed ulla om̃ino tranquillitas offerat̃? Quod ſi qua
hic detur fucatæ cuiuſpiam fœlicitatis imago: quæ tanta eſt: quan/
tam habet cũ ſummo illo & uero atq; incõmutabili cæleſti bono ſi/
militudinẽ: hæc om̃is uni ex om̃ibus mortalibus & ducibus & re/
gibus Franciſco Sphortiæ ita cõtigit: ut deceſſio magis metuenda
iam eſſet: ꝙ acceſſio cupienda. Id aũt ſic habere ſi paucis oſtende/
ro: tum equidẽ uos rogabo: orabo: obſecrabo: ita uobiſipſis mode
remini: ita conſulatis: ita pro rationis imperio poſt animi cunctas
proſtratas perturbatiões opitulemini: ut nõ ueſtra magis ꝙ illius
cauſa tantã luctus acerbitatẽ ſuſcepiſſe indicemini. Hoc em̃ & parui
eſſet animi planeq; ingrati: ac ueluti bono alieno inuidentis. Vo/ Diuiſio tri/
lunt ergo uiri ſapientiſſimi humanã quã uocamus fœlicitatẽ bonis pertita
his cõtineri: quorum altera ſunt extra nos: altera uero in nobis: &
hæc ſane partim corpori: partim animo ſunt tributa. Illa uero ſub/
iecta fortunæ eſſe arbitrant̃: quæ quidẽ ipſa ſiqua ſit tandem eam
diuinæ ſubeſſe uoluntati nemo ſanæ mentis ignorat. Hæc aũt tria
bonoꝝ genera: quanta cũ gloria & diuina quadã indulgẽtia atq;
benignitate in magnanimo illo noſtro principe effloruerint: quæſo
diligenter attendite. Incipiendũ eſt igitur ab animi bonis: quæ no/
ſtra ſunt propria: dein quæ in nobis etiam ipſa ſunt de corporis: &
poſtremo de fortunæ bonis diſſerendũ: ac de hiſce quidẽ om̃ibus
breui oratione: & quantũ locus atq; tempus patit̃. Vt aũt ordi/ Confirmatio
ne progrediat̃ oratio: natus eſt Frãciſcus Sphortia indyto patre il/ primæ partꝭ ꝑ
lo: & fortiſſimo belli duce Mutio Attendulo: cui primo non minus approbationẽ
ob animi elationẽ: atq; uires corporis Sphortiæ fuiſſe cognomen/ Mutius atten.
tum uolunt: ꝙ ob ingenij uim cogitatuſq; acrimoniã: Et eſt is qui/ Sphortia
dem natus Miniati in Ethruria anno a natali chriſtianiſſimo ſupra Miniatum
milleſimũ quadringenteſimũ primũ: ad ſextũ Kalendas auguſtas: Ethruria
circiter ueſpertinũ crepuſculũ: quo tempore pater Sphortia ex eo/
dem oppido pro republica Florentina ualidiſſimis uiribus Ioan/ Florentini
nis Galeacij illius ſplendidiſſimi Mediolanẽſiũ ducis: quæ ex urbe Ioannes Ga/
Piſis florentina inuaderent oppida agroſq; uaſtarent: conſtantiſſi/ leacius dux
me & ſua maxima cũ laude repugnabat. Is cum primũ per ætatem Piſæ
licuit: ſuopte ingenio: curaq; paterna litteris atq; eloquentiæ ope/
ram dedit idq; Ferrariæ. Nam poſtea ꝙ uita Ioannem Galeacium Ferraria
deſeruiſſet: & per diuturnã obſidionẽ Piſas florentini in deditionẽ
recepiſſent: Sphortiæ potiſſimũ opera: Hic inq̃ Sphortia in auxiliũ

Nicolaus marchio æſtenſis
Otho tertius
Ladiſlaus rex

a Nicolao æſtenſi nobiliſſimo principe in bello aduerſus Othonem tertiū: ab quo magnis uiribus pertinaciſſime ad extremū uſqꝫ periculum præmebatur: pro uetere beniuolentia accerſitus ſecum dilectiſſimū aduectum puerū inter Nicolai ipſius filios & educari & erudiri ſtuduit. Qui cum in oīni probitatis genere nemini æqualiū cederet: intra undecimū ætatis annum tantā eſt laudem aſſecutus: ut ad Ladiſlaum uſqꝫ Siciliæ maximū & potētiſſimū regem ſui nominis fama perſonuerit. Nam erat Franciſcus (nondum eñ a paterno cognomine Sphortia uocabaẽ) ad ingenīj ſplendorē: indoliſqꝫ præſtantiā ījs uirtutibus præditus: quibus ſupra ætatē admirandus apud oēs uideretur. Nam ab ipſa infantia ad ultimā uſqꝫ diem fuit pauciſſimi admodum ſomni: cibi moderati: ac minime exquiſiti: potuſqꝫ dilutiſſimi. Hoc eñ uiuēdi genus: tum ingeniū reddit acutius: tum corpus & ad bonam ualitudinē: & ad uires plurimum adiuuat. Quanta eſſet in oēs facilitate: quanta manſuetudine: quanta humanitate: quanta clæmētia: quanta dilectione: q̄nta etiā animi uel magnitudine uel altitudine: nemo eſt qui neſciat. Quid eñ loquar de iuſticia eius mirabili quadā cōmiſeratione cōdita? Quid de cōſtantia ſeruandæ fidei? Quid inuicto animi robore atqꝫ fortitudine? Vt erat oīni corporis immundicia ineptitudineqꝫ ſuperior: ita nihil ex illius ore nō modo obſcœnū aut ruſticū: ſed ne incultum quidem: aut leue quicqꝫ unqꝫ effluebat. Mira in illo grauitas erat cum incredibili quadam lenitate cōiuncta. Vituperabat neminē: caſtigabat modice: operāqꝫ dabat ut pudori magis eſſet ꝙ metui: aſſentatores & ſubdolos odio habebat. Sed aperto homines ingenio ac ueros plurimū diligebat. Calumniatoribus & maledicis nō modo nō patefaciebat auris: ſed eos leuitatis ſuæ improbitatiſqꝫ admonebat. Et cum foret in alienas laudes copioſus: de ſuis nō ſolum non loquebatur: ſed nec etiā audire patiebaẽ. Nemo profecto uno Frāciſco Sphortia modeſtior unqꝫ fuit: nemo uerecundior: nemo continētior. Tanta uero beniuolentia ſuos oīs complectebaẽ: non ſanguine coniunctos dumtaxat: ſed quoſcūqꝫ ſemel accepiſſet in ſuos: ut eos ab ſe abire neqꝫ iure neqꝫ iniuria unq̄ ſineret. Quid quod etiā fuiſſet optandum: ſi quod ab eo uel factū aliquanto ſeuerius: uel dictum in quēqꝫ uæhementius prodiſſet? Nam quem putaſſet ulla ex parte ab ſeſe offenſum: tanta continuo humanitate: tanta proſequebaẽ beneficētia: ut illum ſibi nō ſecus ac indulgentiſſimo patri: aut numini cuipiā affectū redderet. Tanta autē erat in rempublicā charitate: ut neglectis quodāmodo ſuis cōmodis: oēe ſtudium ſuū: omnē operam: omnē induſtriā ad pu-

blicam referret & utilitatem & dignitatē. Quot eñ quantoſq̧ the/
ſauros conſumpſit in deducendo ex Addua hoc riuo: uel potius flu
mine: q̄ nō ex Addua ſolū: ſed ex Lario lacu: & ſupra Lariū ex Tel/
lina ualle a germania uſq̧ res admodū & infinitæ & utiliſſimæ ad
nos importantˀ? Quid eñ meminero cum alia maxima & ſplendi/
diſſima ædificia: quæ ad publicū uſum fabricatus eſt: tum arcem
hanc quæ portæ Iouis appellatˀ? Quod ullum in mediū afferamus
ex ſeptem illis: quæ in uniuerſo terraꝝ orbe memorantˀ mirabilia:
quod cū hac una arce uel magnificentia: uel pulchritudine: uel ullo
excellentiæ genere comparari queat. Non eñ huiuſmodi opus mo
litus eſt Franciſcus Sphortia ad illū ſuū: ſed ad publicum & uſum
& cōmodum. Nam arcem ſibi ſuā munitiſſimā tutiſſimāq̧ conſti/
tuit in animis & charitate ciuiū: quoꝝ cōmoda & emolumēta oīa
immortalitati ſibi ducebat eſſe. Et qm̄ a primis uſq̧ annis nō ſecus
atq̧ teterrimā peſtem aliquam formidaret mali nominis famam:
om̄is cogitatus & actiones ſuas ad honeſtatem & gloriā referebat.
Itaq̧ nullum neq̧ laborē corpore: neq̧ periculum animo detracta
bat. Viros doctos & eruditos in om̄i genere uitæ: & audiebat liben
ter: & honorifice munerabat. Tanta erat ingenij magnitudine: tan/
ta rerū humanaꝝ pertractatione & diligentia: ut nihil prorſus qđ
eſſet memoratu dignū ignorare uideretˀ. Itaq̧ inter prandendum
cœnandūq̧ ſemper aliquid excogitatū acutius aſtantibus propo/
nebat: ad idq̧ non iucunde minus q̄ ſubtiliter diſputabat: tanq̄ iu
dicaret nihil eſſe ocio atq̧ deſidia a dignitate hominis alienius. Et
quia per omnē uitam nihil unq̄ temere: nihil inconſulto inire con/
ſueſſet: om̄ia ſemper ex ſententia ſua fauſte atq̧ fortunate cōſeque
batur. Quis eñ ambigat uiro fortiſſimo eidēq̧ prudentiſſimo ſe/
cunda om̄ia contingere oportere? Fauet eñ deus auxilioq̧ eſt ſem/
per iuſtis cœptis ſaniſq̧ conatibus: cunctos in ſe ſperātis amplecti
tur ac fouet: id quod ſapientiſſimus princeps noſter aſſiduā medi/
tatiōe præ ſe ferens: nihil aut iuſtum: aut laude ulla dignū exiſtima/
bat: quod a religiōe pietateq̧ abhorreret. Quare diuino cultu atq̧
ueneratiōe fidei chriſtianæ nihil eſſe apud ſe antiquius unq̄ uoluit.
Quibus quidem innocentiſſimis & optimis inſtitutis ſumma eſt
omnia cum laude conſecutus. Quod autem ſecundo loco dicen
dum mihi propoſueram: quibus corporis adminiculis ad hæc tā/
ta & tā eximia animi bona eſſet adiutus: breuibus pſtringamus.
Fuit corpore Frāciſcus Sphortia cum robuſtiſſimo: tum erectiore
paulo ſupra cōmunem atq̧ mediocrem hominis proceritatem: &
eo plane heroico. Erat is eñ (ut norunt om̄es) mirabili quadam

Addua
Larius lacus
Tellina uallis
Germania
Arx portæ Io/
uis

Confirmatio
ſecūdæ partis
per approba/
tionem

membrorum compactione ad conuenientem ac decoram inter ſe ſe proportionem cum tanta oris dignitate & maieſtate uultus: ut uel ſolo aſpectu dignus iudicaret̃ imperio. Et cum omniũ ſenſuũ integritate cæteros homines plurimũ antecelleret: tum uiſu adeo erat acerrimo: ut etiam inter prældiandum hoſtium uel minimum quodq̃ erratum proſpiceret admodũ longius: eoſq̃ continuo lue re ſuæ ſtulticiæ pœnas cogeret. Quid enim loquar de eius agilitate atq̃ dexteritate ad omnẽ motum & geſtum: quæ tanta erat ut quicquid facere aggrederet̃: dicto citius effectum redderet? Quare cum ei per ætatem liceret & luctatione & ſaltu & curſu: ita æquales omnis anteibat: ut inueniret neminẽ qui ſecum contendere auderet. Iactu autem æque atq̃ omni dimicandi arte delectatus: ferream ſudem: aut ſaxum ingentis ponderis multo longius emittebat q̃ alij tragulam aut pilam. Nam & iaculationem & catapultam & equitationem & meditationem omnẽ bellicæ diſciplinæ ab uſq̃ puero ludẽdo uenandoq̃ didicerat: quæ quidem ſingillatim oĩa & ſub patre Sphortia: & ſuo ductu: atq̃ auſpicijs longo uſu & multa exercitatione bellando pugnandoq̃ confirmarat & ad ſummũ uſq̃ auxerat. Et erat Franciſcus Sphortia fœlici adeo corporis temperamento: ut uniuerſum diem nudo capite ſtaret in ſolem inmotis etiam paribuſq̃ pedibus: & frigus nõ pluris faceret q̃ calorem. Eæ autem uires & in brachijs inerant & in manibus: ut quem arcius circumplexus medium ſtrinxiſſet: eum tanq̃ exanimaret. Quẽ uero pugno percuſſiſſet in caput: ſemianimũ repente humi proſterneret. Voce pro tempore utebatur nunc leni ac miti: nunc graui & moderata: & cum ſonora ſemper: tum cũ uſui eſſet concitata & grãdi & horrenda. Quid enim meminero de mirifica eius linguæ bonitate: quæ in omnẽ uſum uidebat̃ diuina potius q̃ humana? Quid pluribus? In corpe pulcherrimo Herculeæ uires inerãt: & tanta in ſingulis membris bonitas: ut animi bonis nulla ex parte cederet. Cæterũ quoniam duas fœlicitatis partes iam percurrimus: reliquum eſt: ut de fortunæ commodis eadem breuitate tranſigamus. Quod modo dicebatur: natus eſt Franciſcus Spohortia in Ethruria: quæ regio & uniuerſa Italia eſt: maxĩe ab omni aeris caligine nebulaq̃ remotior: ob eãq̃ rem ab ethra quæ ſerenitatẽ ſignificat: ethruria nomen ſumpſit. Itaq̃ natus ſub eiuſmodi cæli ſerenitate & ingenio erat pſpicatiore & acritate ſenſuum natura nimirum alacriore. Quod autem ad generis attinet ſplendorem: ſi altius fuerit q̃ a patre Sphortia repetundum: a regibus Datiæ: & urbe Attẽda reperiemus Attendulorum familiã

Confirmatio teriæ partis p approbationẽ

Ethruria

Ethra

Daciæ reges

Attenda

Attenduli

originem duxiſſe: ꝗꝗ ipſe nõ minus cum illis ſentio: qui a Mutio Mutius ſcæuo
illo Scæuola affirmant manaſſe attendulos: qui Porſenam regem la.
cluſinoꝝ occiſurus cum fruſtra tam ègregiũ facinus pro liberãda Porſena rex
patria eſſet adortus: in dexterã ſæuierit ſuã foculo iniectã ignito:
id qđ ipſius Sphortiæ ꝓpriũ nomẽ probat Mutius. Id em̃ & inter
ſæuolas erat illuſtre: & inter attendulos apprime celebratum. Sed
ne ſingula prolixius perſequar: ubi Franciſcus in aula gratiſſimi il
lius & clariſſimi principis Nicolai æſtenſis: quẽ pr̃ Sphortia ꝓpť
Othonem tertiũ a ſe oppreſſum extremo periculo liberarat: maio Otho
rem infantiæ partem & pueritiam quoq; ad undecimũ uſq; æta/
tis annũ cum mirabili ſpe probatis & laude peregiſſet: Neapolin Neapolis
iuſſu patris aduectus eſt. Id quod propterea fecit pater: quo regi
Ladiſlao gratificaretur. Is enim pueri fama delectatus hunc uide/ Ladiſlaus rex
re cupiebat. Nec ſua de puero ſe opinio falſum habuit. Nam cum
primũ in illius cõſpectũ Franciſcus ueniſſet: regẽq; ingenuo quo/
dam ſtrenuoq; pudore ueneratus alacriter ſalutaſſet: eſſetq; appo
ſite & ornate locutus plæraq;: eũ Ladiſlaus perinde atq; filiũ am/
plexatus deoſculatuſq; Tricarico donauit: eius comitatus orna/ Tricaricũ
tum inſignibus: initiũ ſane pulcherrimũ ad lætioris fortunæ prin/
cipatum. Et non modo dies non præteribat: ſed ne hora quidem:
quin puerum cum ei a maximis occupationibus ſuis facultas of/
ferret: ad ſe accerſitum uarijs de rebus interrogaret. Cui cum ille
& impigre & argute uerecundeq; reſponderet: admirationem in
dies magis atq; magis de ſeſe apud regias auris mentemq; auge/
bat. Cunq; frenquẽtior eſſet: tum in aula regia: tum apud regem:
ſtudebat quotidie doctior fieri rerum etiam urbanarum ac totius
regiæ diſciplinæ: utpote præſago eius ingenio futuræ gloriæ ac re/
gni. Sed ubi paucis poſt annis rex Ladiſlaus uita exceſſiſſet: & Io/
anna ſoror quæ Ladiſlao ſucceſſit in regnũ Iacobo barhonẽſi Ma Ioãna regina
riæ comiti nupſiſſet. Hic inq; Iacobus barhonenſis Sphortiã: quo Iacobus bar/
niam putaret nefarijs ſuis in reginam uxorem opprimendam cogi honenſis
tatibus repugnaturũ: & eum & filium Franciſcum: qui ætatis an/
num iam ageret quartum ac decimũ: in ſubterraneũ muniſſimæ
turris carcerem arcis oui appellatæ coniecit ſine ulla om̃ino ſpe fu Arx oui
turæ aliquando libertatis. Quam rei ſæuiciã atq; diritatem mole/
ſtiſſime adeo tulit Sphortia: ut in filiũ coniectis oculis quẽ unum
ſupra uitam etiã ipſam mirifice amabat: mortem ſibi conſciſcere
peruicatius decreuerit: ad quam (ut erat animo ferociſſimo) cum
furens præcepſq; ferretur in proximũ turris parietem caput infli/
cturus: ſubita atq; miſerabili & ſuaui & accõmodata facundiſſimi

Timothæus filij oratione non ſecus ab illo omni immanitatis impetu & coerci
muſicus tus eſt: & ad mentē ſanioris cōſilij redactus: q̄ a Timothæo muſi-
Alexāder rex co ferūt Alexandrū regem ab armis eſſe ad conuiuiū reuocatum.
Quo pietatis officio eſt effectum: ut pater Sphortia ex prope iam
mortuo reuixerit: ac non multo poſt per reginā Ioannā ipſam poſt
cōpreſſam atq; proſtratā Iacobi uiri ꝑfidiam: ac uim oēm iniuſto
carcere liberatus una cū pientiſſimo probatiſſimoq; filio magnas
res geſſerit & præclaras. Regia ꝟo cū maximis honoribus Sphor
tiam emolumentiſq; cumulauit: tum Franciſcū eius filiū: cuius in-
Arrhianū genio & oratione pater ſeruatus eſſet: Arrhiani atq; Apicis comi-
Apex tatibus donauit. Quid aūt memorē: uel potius admirer primum
Angelus label ſpectatiſſimi adoleſcentis tyrociniū aduerſus Angelū labellū uirū
lus belli gloria inſignē: qui ob hæſitantiā linguæ Tartaliæ habuit co-
Tartalia gnomentū: Nā ubi Sphortia Bracio a ſe fugato ex urbe Roma Io
Bracius annæ reginæ iuſſu urbeq; ipſa in reginæ poteſtatem redacta inſti-
Roma tuiſſet ultionē capere (ut par erat) de uetere inimico: Tartalia q̄ ad-
Ioāna regina uerſus ſeſe quo tempore Neapoli primū auctore Pandulphello:
Neapolis quē regina in delitijs habebat: carcere tenebaṫ: cū Bracio conſpira
Pādulphellus rat: quo ipſo conſentiente fauēteq; & Tuſcanellam urbem: & alia
Tuſcanella eius plæraq; oppida ui oppreſſerat: ad Tuſcanellā ipſam inſtructa
acie pugnaturus ꝓficiſciṫ. Quo ī loco Tartalia ipſe cōtra magnis
uiribus in aciem egrediṫ. Pugna mox utrinq; pari animoꝝ ui atq;
ardore conſeriṫ. Diu multūq; certaṫ. Neuter pedē refert. Alacriter
ac fortiter incumbunt ſphortiani: conſtanter hoſtes ferociterq; re-
pugnant: neutri cedunt: ſpes prope utrinq; par. Tum probus gene
roſuſq; adoleſcēs: qui uix dum ſeptimū foret ingreſſus ac decimū
ætatis annū: ubi ex patre percunctatus certo didiciſſet: qui nā eſſet
Tartalia: (nam is inter pugnādū ne poſſet agnoſci ſagulū equūq;
mutarat) ilico per conuertiſſimum aduerſariorum præliantiū glo-
Tartalia bum diſtricto enſe in unum Tartaliā equū dirigit. Quem ille ubi
per uaſtam occurrentium cædem cominus in ſe irruentem aſpicit:
perinde atq; ſtupidus atq; ſui impotens: repente in fugam uerſus
Tuſcanella uix ſuorum præſidio intra portam Tuſcanellæ ſublato ponte de-
miſſaq; cataracte ſe recepit permagno numero fortiſſimorum mi-
litū amiſſo: ferṫq; poſtea cōuerſus ad ſuoſ dixiſſe illū ſibi (nam qui
Pellinus nam eſſet: ex Pellino cotignolano: qui intra portā eſt captus: acce-
perat) non uideri adoleſcentem: ſed tigrem: ſed leonem: ſed horribi
le quoddam prodigium. At quanta fuit illa uel prudētia: uel clæ-
Calabria mētia: qua eſt in eos milites uſus: quos antea in Calabria a ſe trāſ-
fugas ad hoſtis gotthalanos prælio oīs captiuos fecit. Gerebat eñ

bellũ Sphortia pro Lodouico Andegauenſi rege tertio: regis hu⁹ Renati fratre aduerſus Alphonſum regem regis. Item huius Pherdinandi patrem: quē regina Ioanna: quo ualidior foret contra Lodouici factionē adoptarat. Præerat in Calabria maximis Alphonſi firmiſſimiſq; uiribus Raymundus Boylus: aduerſus quē ipſum Franciſcus mittitur a Lodouico cum poteſtate regia natus: annos unum ac uiginti. Huic dat pater Sphortia pulcherrimā militū manum: & cum his ueteranos quoſdā: quorũ fide ducebat ſibi certius nihil. Franciſci aduentu in Calabriā: cū omis Gotthalanorũ impetus retardatus repreſſuſq; eſt: tum ob uitæ continentiā atq; innocētiam: & ob ſingularē illam morũ facilitatē: humanitatēq; adeo incredibilem erga ſe omniũ Calabrorũ beniuolentiam conciliauit: ut ultro uniuerſa prope illa regio ad eius fidem perſpectāq; uirtutem tanq̃ ad publicum aliquē Cornelium Scipionē illum qui primus eſt Africanus cognominatus: certatim confugeret: cum anno dein proximo ij quos ſibi maxime fidos Sphortia putabat: omes præter duos Pellinum Buldrinũq; Fauentinũ trāſfugerūt ad Gotthalanos: Franciſco ipſo inter hoſtium quaſi retia relicto atq; deſtituto. Sed hic (ut erat animo inuicto) nequaq̃ ſubita ꝑfidia fractus ubi ſecum reliquis copijs quadrato agmine ſine ullo tumultu in ea oppida recepiſſet: quæ a Lodouico rege ſtipendij uice octo poſſidebat: cœpit cōtinuo hoſtilem agrum circūcurſare: prædari: uaſtare: ac nuſq̃ hoſtibus quieſcendi ſpacium præbere: cum tandem tranſfugarũ itinera quæq; aſſidue conatuſq; omnis q̃ diligentiſſime odoratus ſine ullo ſuo diſcrimine: & cum maxima Gotthalanorũ clade uniuerſos cœpit in agro qui dicitur ſancti Marci: quo illi populaturi proceſſerant. Req; ad patrē Sphortiam ſignificata curriculo qui eodem ipſo die Alphonſum regē collatis ſignis fuderat: fugaratq; nō procul ab urbe Neapoli: ab eo iubetur: ut perfidis illis omibus ſuſpenſis laqueo gulas frangeret. Quod patris imperiũ cum uideretur clæmētiſſimo adoleſcenti ſæuerius: & alienũ ab eius cōſuetudine (Nam erat etiā ipſe Sphortia mitiſſimus) paululũ ſubdubius ſtetit cogitabunduſq;: ut qui & patri parendũ eſſe duceret: & nihil crudelius faciundũ. Dein cōuerſus ad nunciũ: Dic inquit: mihi tu: quo uultu pater ut iſtā mihi referres imperauit? Reſpōdit ille & minaci & iracundo. Tum Franciſcus: Non igiẽ pater iuſſit: ſi iuſſit iracūdus. Itaq; accerſitis illis ad ſe captiuis inquit: Quoniā uobis humaniſſimus pater meus erratiſq; ueſtris ignoſcit: ego uos omnis q̃ liberrime miſſos facio: optionēq; permitto & manendi ut antea: & abeundi pro arbitrio ueſtro. Tum omes præ lætitia collachrymā-

Lodouicus andegauēſis rex
Renatus rex
Alphōſus rex
Pherdinandus rex
Ioanna regina
Raymundus boylus
Fr. Sphortia
Gotthalani
P. Cor. ſcipio africanus
Pellinus
Buldrinus
Ager ſancti Marci
Alphōſus rex

tes & patri gratias egerūt & filio: ac ſeſe manere uelle alacriter reſpō
derunt: fuerūtq́ ex illo die & fideliſſimi ſemper & Sphortianæ glo
riæ uni omniū maxime ſtudioſi. Quod factū cū prope diē Sphor/
tia ex litteris filij didiciſſet: cōuerſus ad circūſtantis ſubridens ait:
Longe filius eſt patre ſuo prudentior. Quis aūt eius uel conſtantiā
uel grauitatē non iure optimo admiret̄: qua eſt uſus quo tempore
pater Sphortia profecturus in reginæ Ioannæ auxilium adūerſus
Bracius Bracium: quē tota formidabat Italia: ad tertiū nonas Ianuarias:
Apernus feria ſecūda: qui dies eſt lunæ: in fluminis Aperni tranſitu: cui nūc
Piſcaria a Piſcaria proximo oppido in ripa ſito: uulgare eſt nomē Piſcariæ:
lapſu equi ſubmerſus perijt. Braciani equiteſ ac pedites: q pro Bra
cio Piſcariā præſidio tenebāt: cum uidiſſent Sphortianos tranſitū
Aperni moliri: ad eius oſtia per uæhementiſſimos maris creberri/
moſq́ fluctus ex oppido erūpentes: occurrunt ad fauces tranſitum
pro uiribus prohibituri: quod eo maioribus animis agebāt: quod
ſperarent id ſibi facillimū factu fore: quoniā Franciſcus adoleſcens
dumtaxat natus annos duos & uiginti cum alijs equitibus quinq́
Michael tranſiſſet: & poſt illos Michael Attendulus: & Sphortia imperator
attendulus octauus: ac mare contrarijs uentorum turbulentiſſimiſq́ flatibus
agitatum aſſidue magis atq́ magis exaſperaſceret. At Franciſcus
adoleſcens (ut erat aīo excelſo atq́ inuicto) calcaribꝰ confeſtim cre
brioribus equum adigēs: & longiori innixus haſtæ ueluti uernus
coluber: ſtrenuo celeriq́ curſu in obuios hoſtes fertur tanta audiē/
tia ac uiribus ut eos palantis in fugam ageret. Quod Sphortia pa/
ter corā aſpiciēs: geſtienſq́ læticia & uoce & manu ad trāſmeandū
ſuos hortatur cōmilitones: quos ob fluctuū magnitudinē cum ſe/
gnioris uidet ad tranſitū: ipſe rurſus quo formidantibus fiduciam
inijciat: ad exercitum remeans dum pone periclitanti armigero in/
ter fluctus dexterā ſublaturus porrigit: & equus quo inſidebat po/
ſterioribus deſertus pedibus labitur: & imperator ubi ephippio eſt
excuſſus: & ſi bis ſuſtulit manus ferreis graues chirothecis perinde
quaſi auxilium implorans: tamen & thoracis reliquorūq́ armoꝝ
præſſus pondere: & Aluei fundo pedū nixū non ſuſtinente ingruen
Numicus tium fluctuū altitudine obrutus: tanq̄ in Numico Aeneas diu poſt
Aeneas ea ac multum quæſitus nuſq́ apparuit. At Franciſcus ſubiti caſus
ignarus: ubi inter fortiſſime præliandū de ſurrepti patris acerbita/
te clam per quendam ex cōmilitonibus eſt commonefactus: q̄q̄
intolerabili cordis uulnere eiuſmodi nuncio eſt tranſfixus: tamē re
omī diſſimulata paulatim ſeſe atq́ pedetentim ex ea pugna ſubdu
cit ad ſuos: hoſtibus minime inſequentibꝰ: quippe qui & deteriori

in ea pugna fuiſſent conditione: & de repentino Sphortiæ obitu nihil noſcent. Ac ne hoſtes facerent impetum in eos: quos poſt ſeſe reliquiſſet: ultimus eſſe uoluit qui reciperet ad exercitum. Itaq; ubi reliqui remeaſſent: qua modo tranſierant: ipſe ſolus inſcenſa trabe caua: quæ caſu in flumine eſt reperta: inter ſagittaꝝ & om̃is generis miſſiliũ innumerabilis iactus breuiſſimo ſe conto remigando recepit ad ſocios: quos om̃is cum & extremo dolore cõfectos: & tumultuantis offendiſſet: eos eſt ſua oratione adeo conſolatus: & ita in lætioris fortunæ ſpem erexit: ut & ipſum imperatorem ſuũ continuo ſalutarint: & ut de ſe oĩa ſibi reciperet: uno cõſenſu & eodẽ ore alacriter affirmarint. At Bracius Sphortiæ obitũm nõ diſſimulãter collachrymatus tulit permoleſte: ſiue ꝙ meminiſſet priſtinã ſuam cum illo familiaritatẽ atq; beniuolentiã: ſiue ꝙ in Sphortiæ aduerſo caſu ſui (ut fit) miſereret. Cæterum Franciſcus inito cum ſuis cõſilio: Orthona quæ urbs eſt in Pelignis: cum uniuerſo cõceſſit exercitu: qua ſuorũ militũ munita præſidio de prima uigilia inde mouens cum reliquis copijs recepit ſe Beneuentũ: unde idibus Ianuarijs ad reginã Ioannã proficiſcit: & uiſendi gratia & percunctandi: quid ſe faceret iuberet. Hæc amiſſa Neapoli ſe continebat Auerſæ: quæ ut Frãciſcũ eſt coram intuta: ſe ob Sphortiæ patris deſideriũ a lachrymis moderari nõ potuit. Dein pauca pro re locuta: ſed maternæ charitatis plena urbis oppidaq; omnia quibus donarat Sphortiã: tranſfert in Franciſcũ filium pleno iure: iubetq; ut & ipſe reliquiq; fratres atq; ipſorum poſteri perpetuo ſeruent Sphortiæ cognomentũ: Idq; in hanc diem uidemus aſſidue propagari. At hæc mandat: ut collecto uniuerſo exercitu properet ad Neapolim obſidendã. Nã iccirco ꝓperãdũ eſſe regina iudicabat: quoniã rex Alphonſus aberat profectus anno proximo poſteaq̃ eſt a Sphortia pugna ſuperatus: in citeriorem hiſpaniã cũ uniuerſa claſſe ad renouandas augendaſq; uires cõparãdaſq; pecunias: relicto Petro fratre cũ præſidio nõ mediocri gotthalanoꝝ & equitibus italis tribus millibus. Cum reginæ Ioannæ uolũtate ac iuſſis paruiſſet: q̃ primũ Franciſcus Sphortia: & ad eas pecunias q̃s non admodũ multas a reginæ quæſtoribus acceperat: collegiſſet: etiam ex amicis & ſubditis quãtas potuit: comparato inſtructoq; robuſtiſſimo firmiſſimoq; exercitu: Neapolim confeſtim obſedit: eam quotidie uarijs prælijs oppugnationibuſq; concutiens. Idq; breui effecit: tum uiribus: tum ingenio: ut qui præſidio intus erãt: deſperare cœperint rebus ſuis: cũ hæc claſſis ſuperuenit: quã dux ille clariſſimus Philippus Maria ĩ reginæ auxiliũ miſerat: munita

Bracius
Orthon orthonis Orthona accuſatiuus ẽ græcus
Peligni
Beneuentũ
Ioanna regina Neapolis
Auerſa
Alphõſus rex
Hiſpania citerior
Petrus
Gotthalani
Philippus Maria dux

nauibus roſtratis: ijſcꝫ ingentibus quattuordecim & triremibus quincꝫ ac uiginti myoparonibuſcꝫ nonnullis: huic præerat uir
Guido torel.
bellicis laudibus celeber Guido torellus. Quare qui pro rege Alphonſo erãt in urbe: intellecta periculi magnitudine: ſecuti admonitionem unius Franciſci Sphortiæ ac fidẽ: & ꝙ conſtituto ab Al
Berardinus Vbaldinus
phonſo ſtipẽdio careret. Berardinus Vbaldinus ac Iacobus cau
Iacobus caudola
dola: id omne præſidiũ deſtituere profecti: alter ad Bracium: Iacobus aũt ad reginam. Poſt hoꝝ abitionẽ Franciſcus Sphortia ter
Bracius
reſtri oppugnatione: Guido aũt maritima adorti muros ui tandẽ urbe potiti ſunt: ſine ulla etiam ciuiũ offenſione: tanta fuit noſtri illius moderatiſſimi principis uel innocentia uel prudentia. Neapoli per hunc modum ex ipſius Petri & gotthalanoꝝ manibus recuperata reginæcꝫ reſtituta: cũ Franciſci Sphortiæ nomen quotidie
Philippus Maria
redderet illuſtrius: idem Philippus Maria: ut erat ſumma prudentia princeps & egregius uiroꝝ fortium cenſor ac iudex: curabat ꝑ Guidonẽ torellũ apud reginã: ut tãta ꝓbitate adoleſcentẽ ſibi tantiſper cederet: donec Bracij audaciã: qui Aquilam obſidione acer
Bracius
Aquila
bius præmebat: in Martini pontificis maximi: & ipſius etiam regi
Martinus põ.
næ cõtemptum: & detrimentũ refringeret atqꝫ obtereret. Non dif
Capua
ficulter qđ petebat impetrauit. Nam tũm regina Braciũ timebat: ne ſi Aquila potiretꝰ cũ & Capuã haberet & alia plæracꝫ oppidã regni ſui ſentiretcꝫ cum Alphonſo: ſe uniuerſo regno ſpoliaret: tũ Frãciſcus Sphortia partis Philippi ſequi quodam naturæ ductu: maiorẽ immodum cupiebat: præſertim ꝙ etiã noſſet ea fuiſſe mente eo animo patrẽ Sphortiam ut oĩa in poſterũ ageret ex Philippi ſentẽtia: accepiſſecꝫ iam ab illo aureũ nummũ duodecim milia: quo & ſeſe una cũ reginæ eccleſiæcꝫ exercitu opponeret Bracio: & ĩ proximã æſtatem cum imperio equitum decẽmillium: ac peditum
Ethruria
quincꝫ milliũ in ethruriã proficiſceretꝰ aduerſus florentinos. Fran
Florentini
ciſcus igiꝰ Sphortia agẽs ætatis annũ iam tertiũ & uigeſimũ proficiſcitur nomine Mediolanenſiũ ducis Philippi Mariæ pro Martino pontifice: & Ioanna regina Siciliæ aduerſus Bracium: ꝗ Aquilam urbem conſtantiſſime ſimul & acerrime oppugnabat. Erant
Iacobus cau.
in ea eccleſiaſtica expeditiõe: cum Iacobus caudola & Michael At
Michael attendulus
tendulus duocꝫ Lodouici ſeuerinas & columna: tũ etiã tartaliani equites: nam Tartalia ipſe duobus ante annis Martini pontifi
Lodouicus ſeuerinas
cis iuſſu Auerſæ fuerat obtruncatus: atcꝫ alij cum ijs una permulti & illuſtres & magni uiri. At Bracius aduenientiũ contra ſe uiriũ
Lodouicus columna
nõ ignarus: ut erat uir animo ingenti: pugnandicꝫ æque atcꝫ bellandi callentiſſimus: cum collem per quem illis iter futurum erat:

duobus munierat caſtellis cum præſidio peditū circiter quinq; mi
lia: ad radices autē collis qua illis deſcenſus erat in campeſtrē pla/
niciem: quæ collē ab Aquila dirimit: oīa aquis ex proxima foſ/ Aquila
ſa ui deductis in ſtagni ſimilitudinē complerat. Inde ſua ipſe tene/
bat caſtra cū equitibus ad quattuor milia exercitatis & fortibus:
quos oīs in quattuor & uiginti ordines ad pugnam inſtruxerat:
Nicolao picinino uiro bellicoſo & impigro cū equitibus quadrin/ Nicolaus pici
gentis & ualido peditatu e regione urbis in colle: qui uocaẗ ſanctæ ninus
Mariæ ad manipulū: ne quis impetus ex urbe erumpens ſuos pu/ Collis ſanctæ
gnantis ad terga adoriretẗ. Præterea ſpe uincendi ea maxime duce/ Mariæ
batur Bracius: quod exiſtimaret hoſtium duces propter ambitio/ Bracius
nem nunq̄ inter ſeſe conuenturos. Sed tantā uim habuit manſue/
tudo ingeniiq; dexteritas ac facundia noſtri principis & monēdo
& hortando & ſuadendo: ut ne minima quidē animoꝝ irritamen/
ta in uniuerſo illo exercitu interuenerint. Cōſederat igiẗ eccleſiaſti
cus exercitus ex altero collis illius latere: quē Bracius caſtellis pedi
tatuq; munierat: ad ſeptem milia paſſuū iter ab Aquila: cum adue
nit a Bracio cum litteris tubicen: quibus ille duces oīs & prouo/
cabat & hortabaẗ ad pugnam: addens eis per ſe licere & ſine una
prorſus uel moleſtia uel impedimento: & aſcenderēt collem: & ex
colle in campū equum deſcenderēt: idq; iureiurando inuiolatū fo/
re affirmabat. Quibus abditis cum ſilentiū a cunctis ducibus ſer/
uaretur: conuerſus Frāciſcus Sphortia ad legatū apoſtolicū: Fran/ Frāciſcus pic/
ciſcum piccolpaſſum integerrimū illum uirū & ſapientē: qui poſt/ colpaſſus
ea Mediolani archiepiſcopū geſſit: Si iuſſeris inquit pater reueren/ Mediolanum
diſſime: poſteaq̄ nemo audet reſpondere: ipſe ut iuuenis reſponde
bo? Reſpōde igiẗ inqt ille ſubridēs. Tū cōiectis ī tubicinē ſuis uigē
tioribus illis oculis: ac ueluti radiātibus: dicito inquit Bracio: nos
pro arbitrio noſtro uenturos aduerſus ſeſe uel inuitum & in ſuam
quidē rem malā. Captato igiẗ tempore ex cōmuni ducum omniū
conſilio collem aſcendūt inſtructa acie: eaq; diſtributa in equitum
ordines uiginti pari fere numero Bracianis: peditibus uero q̄ngē/
tis ac mille. Poſt hos oīs ſequebanẗ impedimēta: & qui ad mini/
ſteria accōmodati ad pugnandū uſui haud eſſent. Cum illuxiſſet
cœpere ad radices collis deſcēdere: & oēs quidem pedites (Nam
propter callis anguſtias ac rupis difficultatē coacti ſunt oēs equo
deſcendere) at Bracius ſiue quoniā iureiurando per litteras ſe ob/
ſtrinxerat liberum deſcenſum illis fore in campeſtrem planiciē: ſiue
quia (ut erat animo excelſo & inſolenti) iactabūdus inter ſuos præ
dixerat: propterea ſe illis liberum præbere deſcenſum: quo nemo

Pugna cōſeritur

Fulignatus

Euripides Polynices

Nicolaus picininus

prorſus ex ea pugna euaderet: ſuos omnis cōtinuit intra aciem: donec uniuerſus ille exercitus in æquo cōſtitit campo. Dein collatis ſignis pugna cōſeritur intra ſecūdū lapidem prope Aquilam maximis utrinq; uiribus: & exæſtuantibus animorum ardoribus: ac ſummo cum uitæ periculo uniuerſum certatur diem: uaria mutabiliq; fortuna: utrinq; uulnera: utrinq; cædes. Nec uno ī loco prælia: hac fugiūt: illac præmunt. Inter ſpem ac metum omnia tumultuantur. Iidem eodem fere momento & uictores & uicti: cum tandem eccleſiaſtico cedente exercitu præmentibuſq; robuſtius Bracianis: ac iā prope uictoribus: hic generoſo & inuicto animo adoleſcens tanq̄ e ſpecula quadam inter fortiſſime dimicandū ultimi diſcriminis magnitudinē cōſpicatus ueluti horrēdum aliquod fulmen in cōuertiſſimum mutuis inter ſeſe uulneribus digladiantiū agmen tanta ui: tanto impetu irruit: ut cum in ipſum Bracium inter omnis generis tæla: ac cædes peruicatius fertur: hunc ille inopinato metu perculſus capiti ſuo infeſtius imminentem diſtricto gladio haud amplius ſuſtinuerit: ſed confeſtim auerſo equo celerem uerteret in fugam deiecta ultro ex capite caſſide ne poſſet agnoſci. Erat eñ Bracij caſſis ſerico tecta purpureo: & argenteo torque inſignis: quē eminentiores pilæ argenteæ decorabant. Cum ita Frāciſcus Sphortia per innumerabilia occurrētium uulnera Bracium inſequit: effectum eſt deniq;: ut & ille fugiēs ab expedito & audaciſſimo equite Sphortiano Fulignato in occiput lœtale uuluus exciperet: & ita repente ex equo ruens ſuum uniuerſum exercitū ſecū in ruinam traheret. Ex quo intellectum eſt: quod apud Euripiden ait Polynices: Securus imperator audaci præſtat. Dum ſibi Bracius certam uictoriā pollicetur: iuſſis tum ijs peditibus quos præſidio locarat in caſtellis: ne prius hoſtis a tergo adorirentur: q̄ ipſe iuſſiſſet: tum etiam Nicolao picinino: ne ſe ullo ſui diſcrimine loco moueret: & iubendi: & uiuendi finem ſortitus eſt. Nam eo uulnere poſtridie animā efflauit: tertio nonas Iunias: & Aquilā miſerabili excidio liberauit. Nec illud certe ſilentio eſt prætereundū Franciſcum Sphortiā: Bratius ubi primum in caſtra ſemianimus eſt relatus: cœpiſſe illum amicis mitiſſimiſq; uerbis ad bene ſperandū cohortari: ſuoſq; medicos ad eū curandū q̄ diligētiſſime adhibuiſſe: nihilq; omnino prætermiſiſſe: qđ uel ad optimi uiri: uel ad fideliſſimi amici officiū pertineret. Demūq; ubi illū extremus defeciſſet ſpiritus: nō ſecus illachrymaſſe ac ſi pater extitiſſet. Cæterū poſtea q̄ Frāciſcus poſt tantæ uictoriæ gloriā iuiſſet in urbē Romā pontificis Martini & uiſendi & ſalutādi gratia: tū ē ab illo paterna qua

dã exceptus dilectione honoratuſq; egregie: tũ etiã hãc laudem re/
portauit ut diceret Martinus: Es tu ſane fili noſter chariſſime Frã
ciſce Sphortia & ſpecioſus & prudens & robuſtus & fortis ac facũ/
dus & de Romana eccleſia bene ꝓmeritus? Abi igit̃ in dei bñdicti
one & de nobis tibi in chriſto ieſu oĩa pollicere. At Philippus Ma/ Philippus Maria
ria cũ in dies magis atq; magis incremẽta ꝓbitatis atq; cõſilij uide
ret ĩ Frãciſco Sphortia coaleſcere: maxĩo curauit ſtudio: ut eũ oĩno
ſuũ efficeret. Itaq; & Martini põtificis opa: & magno ſuo honorifi/
coq; ſtipẽdio hũc ad ſe accerſitũ multis maximiſq; in rebus & belli
& pacis exercuit. Venit is primũ Mediolanũ: cũ ageret quartũ ac
uigeſimũ ætatis annũ: quo ipſo etiã anno diuina q̃dã ꝓuidẽtia na
ta eſt Blanca Maria pridie Kalendas apriles. Sua uero tũ pñtia & Natalis Blancæ Mariæ
oratione: tũ etiã prudẽtia atq; morũ grauitate & elegãtia nõ mo/
do æquauit: ſed mirũ in modũ ſupauit oẽm de ſeſe apud Philippũ
expectationẽ: adeo ut uel ex eo tẽpore cõſiliũ Philippus id inierit:
qđ paucis poſt annis abſoluit: unius ſibi Franciſci Sphortiæ & ge
neri faciundi per natã infantulã & per adoptionẽ una cũ filia bo/
norũ oĩm hæredis ac toti imperij ſucceſſoris cõſtituẽdi. Fuit enim
Philippus Maria ſupra omne hoĩm genus: qui ea tẽpeſtate reliq̃s
principes longiſſime ſuperarit intelligẽdo & iudicãdo. Quare Frã
ciſcũ unũ ſingulis pene diebus ad ſe accerſitũ cũ libenter audiebat
de rebus maximis & grauiſſimis: acute multa copioſeq; loquẽtẽ:
tũ ipſe quoq; permulta ex eo pcũctabat̃ acriter excogitata & calli
de: ad quæ ita ſtrenuus adoleſcẽs alacriter ac prudenter reſponde/
bat: ut diuino potius: q̃ humano præditus uideri poſſet ingenio.
Interea uero tpis cũ res publica florẽtina ipſius Philippi Mariæ ui
ribus grauius præmeret: eoq; foret iã res deducta: ut ſuæ libertati
metueret plurimũ: mittũt̃ a Florẽtinis ad Venetos legati: q p mul Florentini Veneti
tã in Philippũ expoſtulationẽ eos docerẽt: quãto eẽnt ĩ piculo: qđ
q; diutius ſoli tãtã belli molẽ ferre nõ poſſent: & q̃ uniuerſæ Ita/
liæ metuẽdus Philippus foret ob ingenij uerſutiã: auiditatẽq; do/
minãdi. Nec eẽ credẽdũ eſſe quietẽ Philippũ dein acturũ occupa/
ta florẽtina republica. Cõgerebãt ĩ illũ delicta plurima acutius ex
cogitata. Supiora tpa memoriter referebãt: qbus Philippi maio/
res ab Italia pturbãda nũq̃ deſtitiſſent: Mediolanũ officinã eẽ bel Mediolanum
li iuidioſo noĩe dictitabãt. Solãq; eã urbẽ ex uniuerſo terraꝝ orbe
tũ ob munitiſſimũ loci ſitũ: quẽ tria ingentia flumina Padus: Ad/ Padus
dua: Ticinus reddũt undiq; tutiſſimũ ab oĩ hoſtiũ impetu: tũ ob Addua
frequẽtiã populi: quæ ẽ maxĩa: nulliuſq; rei neq; ad uictũ neq; ad Ticinus
uitæ cultũ indigens: tum etiã ob opificũ multitudinẽ ac uarietatẽ

bellis creſcere ac locupletari. Quãobrẽ poſtulabãt: cõtẽdebãt: obſecrabãt: ut auxilio ſibi præſidioq́ eẽnt. At ueneti & ſi nõ obſcure animaduertebant: quo magis augeret Philippi imperiũ: eo rebus ſuis futuꝝ periculoſius: tamẽ ad bellum capeſſendũ nulla prorſus iniuria ab illo prouocati nõ facile adducebant: præſertim ꝙ ſocietas etiam intercederet in alteꝝ quinquenniũ ex icto fœdere duratura. Tum unus ex legatis florentinis Rainaldus albitius: uir non minus elatus & audax: ꝗ̃ diſertus: ubi uidiſſet nullis rõnibus Venetũ ſenatũ adduci ad ferẽdũ ſuæ reipublicæ auxiliũ in Philippũ: Vos inquit patres cõſcripti: cum annis ſuperioribus Genuẽſibus auxiliũ ueſtrum implorantibus id illis ferre noluiſtis: fecerunt Philippũ Genuenſes dominũ: qui nõ erat: eadem nos ratione illũ reddemus regem: quo uos prope diem imperatorẽ conſtituatis. Quæ cum dixiſſet: turbato ac minaci uultu: e ſenatu abiens una cum cæteris legatis diutius nihilo cunctatus ex urbe deceſſit florẽtiã rediturus. Tum Veneti de re nixius cõſultãtes in maximã inter ſeſe uenere diſceptationẽ: cum alij honeſtatem tuerent: alij utilitatẽ. Tandẽ uero Fredericus cõtarenus: uir grauiſſimus inter uenetos: ideq́ diſertiſſimus: adductis multis rationibus & exemplis: tum romanis: tum peregrinis: quibus argumentaret non oĩa promiſſa ſeruanda eſſe: ut uel inſidioſa uel iniuſta: & ea præterea quæ honeſta fuerint ſolere mutari cum tempore: atq́ illos oĩs iniuſtos eſſe: q nõ propulſant cum poſſunt iniuriã uel ab ignotis: adderetq́ magnã utilitatis uim rapere ad ſeſe honeſtatis & dignitatẽ & nomen. Ad hæc quantã calamitatẽ uenetæ reipublicæ poſſet afferre uictoria Philippi de florentinis: cum & dominaret genuẽſibus: & ſocietatem haberet cum Martino pontifice maximo: & de Ioanna regina oĩa quiret pro uoluntate decernere. Nec ẽm defuturam Philippo cauſam inferendi belli in Verona atq́ Vincentia pro iure patrio repetẽdis. Huiuſmodi inq̃ rationibus alijſq; ꝗ̃ plurimis ſenatum perpulit: Fredericus ad ferendũ florẽtinis auxiliũ: quod petebãt: ubi minus ſe Philippus a bello retraheret. Quam quidẽ rem eo facilius perſuaſit: quod Franciſcus cremagnola: qui non multo antea trãſfugerat a Philippo ad uenetos: eos in magnã ſuſpitionẽ iniecerat: de illius aduerſus ſe uoluntate celeris uictoriæ ſpem afferens. Præterea dux ille prudentiſſimus Frãciſcus Foſcarus: cuius auctoritas erat apud oẽs maxima: uno ſolũ quæ Fredericus diſſeruerat comprobauit: uerũ etiam accuratiſſima oratione oſtendit ultimũ in rempublicam uenetam excidium peruentuꝝ: ubi minus & ꝗ̃ primũ & fortiter aduerſus Philippũ bellum capeſſerint. Con

Rainaldus albitius

Genuenſes

Fredericus cõtarenus

Genuenſes

Martinus põtifex maxi.

Ioanna regia

Verona

Vicentia

Franciſ. Cremagnola

Franciſcus foſcarus

feſtim ergo ex itinere legatis Florētinoꝝ reuocatis: ſocietatē quam
petebant ineunt: ac firmant æquis cōditionibus. Dein miſſis e ue/
ſtigio Mediolanū oratoribus: Philippum monēt: ut ab om̄i in Flo
rentinū populum ui iniuriaꝗ deſiſteret: Quod ſi ſecus faciat: fore
ut ſponte cauſam ſuā ageret. Quod Venetoꝝ quaſi edictū cū Phi/
lippo inſolentius uideret: primo cœpit ſtomachari: dein ſecum ani
mo uolūtas haud ſolere Venetos ſe iniuſticiæ obnoxios unꝙ face
re fœdus decēnale iam quinto anno antea percuſſum ac mutua ſo
cietatis iura afferebat. Præterea Florētinos belli aduerſus ſeſe au/
ctores extitiſſe: qui nulla iniuria laceſſiti ultro armis fuerint ſe ad/
orti. Quæ dū citro ultroꝗ gerunt: clam Veneti parāt omnia: quæ
ad bellum attinēt. Nec Italiæ ſolum: ſed peregrinos quoꝗ potēta
tus excitant: accinguntꝗ in Philippum: cum is nulla ratiōe addu/
ci poſſet: ut crederet Venetos tum ob inueteratā ac perpetuā ami/
citiam: tum ob initam nouiſſime ſocietatē quicꝙ quo ſibi incōmo
darent temptaturos. Sed longe præter eius opinionē cecidit. Inte/
rea em̄ tpis Gelphi Brixiani factiōis eius auctoribus Petro Achil
leꝗ aduocatis: ambobus & fratribus & opulentis: & apud ciues
municipeſꝗ chariſſimis: audita Venetoꝝ ac Florētinoꝝ ſocietate
deficiūt a Philippo: ad Venetos eis dedita ea urbis pte ubi Gebelli
ni minus habebāt uiriū. Nam urbiculæ quas hi potiſſimū inhabi/
tant ſtabant: & uetus quæ uocatur: & noua una cū ſubiecto ſubur
bio atꝗ arcibus: tam portaꝝ: ꝙ ea quæ ualidiſſima eſt in ſummi/
tate urbis ꝓ duce Philippo. Res aūt geſta eſt noctu feria prima: q
dies ēſt ſolis: ad ſextūdecimū Kalēdas Apriles: Anno a natali chri
ſtiano ſexto ac uigeſimo ſupra quadringenteſimū & milleſimum.
Equites nulli hoſtium ea nocte in urbem ingreſſi: nec alij prorſus
ulli præter pedites octingētos a Cremagnola ex cōpoſito ſubmiſ/
ſos: & frequentē municipum manū quos hi fratres ex eadē factio/
ne clam collectos muro per inſidias fracto ſecum adduxerāt. Erat
Frāciſcus Sphortia per id temporis Mediolani apud Philippum:
ſed eius milites alij apud montē clarū: alij in proximis municipijs
hibernabant. Qua quidem re eadē nocte audita Brixiam adequi/
tantes in urbiculas mane excepti ſunt. Qui urbem tradiderant Ve
netis: mox eius uias dolijs humo completis trāſuerſis trabibus re/
pagulis & catenis muniebāt: ne quis ſubitus impetus rem peruer/
teret prius: ꝙ Cremagnola cū uiribus aduenifſet. Philippus ea re
rumoribus ac nuncijs curriculo audita: Franciſcū in ſubſidiū mit/
tit: qui incredibili uſus pernicitate: feria tertia: qui dies eſt martis:
cū reliquis ſuis copijs ex altera ipſe parte urbiculas eſt ingreſſus:

Mediolanū

Brixiani
Gelphi
Petrus
Achilles ad/
uocati
Gebellini

Quo tempore
Brixiani defe/
cerint a Philip
po duce
Cremagnola

Fran. Sphor.
Mediolanū
Mons clarus

Ex altera uero eodē tempore in urbem Cremagnola cū equitibus
quattuor milibus ingentiq; peditatu. Reliqui autē om̄es ducales
Flāminij exercitus ī Flāminijs ægebāt: & in Ethruſcis cōtra Florētinos. Cō/
Ethruſci ſpirant præterea una cū Venetis in Philippū Mariā hi om̄es: Ami/
Amideus dux deus dux Allobrogū: quos nomine deprauato a ſabbatis monti/
Sabbati mōt. bus Sabbaudiēſes pro ſabbatenſes appellant: & Eluetij: & tres illi
Sabbaudiēſes Marchiones: Mōtis ferrati: Aeſtenſis: Mantuanus: ad hæc potētiſſi
Eluetij mus rex Alphonſus: qui una cū Fliſcis Fregoſis & Adornis rē Ge/
Marchio mon nuenſem mari terraq; turbabat. In tot & tam magnis tamq; pericu
tis ferrati loſis & repentinis rerū difficultatibus: ſolus Franciſcus Sphortia
Marchio æſtē. Philippi ducis & ſuſtinebat & tuebat̄ imperiū: qui aſſidue die no/
Marchio man ctuq; ex urbiculis aduerſus hoſtes in urbem erumpēs: eos cōtinuis
tuanus prælijs laceſſere: urgere: uexare: cædere: interimere: ac nūq̄ quietos
Alphōſus rex ſinere: tantāq; in deſperationē agere Cremagnolam: ut mentis fere
Fliſci atq; ſenſus inops quid conſilij caperet eſſet neſcius: quippe qui ſu/
Fregoſi perioribus temporibus cum pro Philippo militaret: uincere ſemp̄
Adorni conſueſceret: nunc ipſe quotidie uinceret̄. Quare quoad a conferen
da manu abſtinebat: idq; totum ei negociū erat: ut caſtellis e regio/
ne portaꝝ obiectis per catapultas & plumbeas pilulas moleſq; bō
bardaꝝ Franciſcus Sphortia a frequēti eruptiōe coerceret̄. At dux
Philippus huic magis q̄ Brixiæ metuēs: immiſſa in urbiculas uali/
da peditum manu: Franciſco iubet: ut ab eo præſidio ad montē cla/
rum ſe recipiat: & in proxima mūnicipia: donec coactis alijs exerci/
tibus ex Ethruria & Flāminia obſidentes præmanēt obſidione. Pa/
ret Franciſcus ac per medias hoſtiū munitiones ubi illuxiſſet: poſt
quadrageſimū ex quo uenerat diē: cum ſuis om̄ibus erumpēs uno
impetu ſtrenuaq; ui inter occurrētiū tæla ac iactus ex urbe egredit̄.
Hunc inſequit̄ maximis uiribus Cremagnola: cuius ille inter equi/
tandū ferociā ſæpe cōuerſus reprimit ac retundit. Sed ubi uentum
Mons clarus eſt in campeſtre ſpaciū Mōtis clari: tum facta Phalange alacerrime
fert̄ collatiſ ſignis in Cremagnolā: ubi pulcherrimū erat uiſu q̄ & cō
ſtanter & fortiter pauci Sphortiani cū tanto Venetoꝝ exercitu: &
adoleſcēs adhuc Franciſcus cū Franciſco ueterano diu multūq; di/
micarēt. Eaq; de utroq; & duce & exercitu opinio apud oēs cōſtitit
niſi nox pugnā ſuo interuētu diremiſſet: nō minorē de Cremagno/
la uictoriā fuiſſe Franciſcū Sphortiā eo die cōſecutuꝝ: q̄ eidē antea
de Bracio contigiſſet. Cæteꝝ hic in Montē clarū ſe recepit: & ille in
urbē Brixiā ad urbiculas oppugnādas. Quo magis ipſe mecū ma/
giſq; conſidero admirandā illā ac prope diuinā Philippi Mariæ in/
genij acrimoniam: eo magis illum mihi uideor cæteris mortalibus

præſtitiſſe & cõſilio & prudẽtia. Nõ præſentia eñ modo ſũma in-
duſtria diligẽtiaq; gerebat: ſed futuris q̄buſq; caſibus ita grauiter ſa
piẽterq; ꝓuidebat: ut nihil unq̃ ei accidere poſſet inopinato. Vide
bat ſibi eſſe bellũ cũ duabus potẽtiſſimis & locupletiſſimis rebus
publicis: quibus ſe pecuniaꝝ magnitudine: quæ belli ſunt nerui lõ
ge inferiorẽ intelligebat. Quæ eñ aut principis aut regis cuiuſq; ui
res adeo firmæ ſint: q̃s Venetoꝝ Florẽtinoꝝq; pecuniæ nõ frangãt
ac peſſundẽt? Itaq; nullũ ſibi præſidiũ firmi⁹ ducebat: & certi⁹ uni⁹
Franciſci Sphortiæ fide: integritate: prudẽtia: animi magnitudine.
Accedebat ad rẽ qđ ex Mathematicis uatibuſq; didicerat: eũdẽ Frã
ciſcũ Sphortiã primũ adhuc fore principẽ in Italia: & q ſolus affli-
ctas Philippi res ac pene ꝑditas uitali ueluti afficeret ſenſu: & ĩ læ-
tiorẽ fortunã erigeret atq; ſtabiliret. Quibus cogitatibus factũ eſt
ut uitæ Frãciſci Sphortiæ Philippus mallet: q̃ Brixiæ recuperãdæ
cõſulere. Nã (qđ ſæpe dicere poſtea Philippus cõſueuit) niſi Frãci
ſci Sphortiæ uita charior ſibi q̃ Brixia extitiſſet: nunq̃ Brixiã ami
ſiſſet. Sed ut ad rẽ q̃ de cœpim⁹ reuertamur: cũ dies ac noctes mu-
rũ nouæ urbiculæ & bõbardaꝝ & uarioꝝ tormẽtoꝝ molibus Cre
magnola concuteret: nec intima Philippi præſidia minore aut ſtre
nuitate aut induſtria ad repugnandũ uterent̃: aduenere tandem ex
Ethruria & Fãminia ducales exercit⁹: q una cũ ipſo Frãciſco ꝓpe
Brixiã cõſederũt ad duo milia paſſuũ hoſtis incluſos ꝓuocãtes in
pugnã. Aberat ꝑ id tp̃is Cremagnola: q ſibi metuẽs ab aduenien-
tib⁹ copijs: ſimulato lateꝝ dolore prexerat ad balneas Patauinas.
Qui uero ꝓ imperatore intus erat: Ioãnes Frãciſcus princeps Mã-
tuan⁹ pugnãdi ijs copiã nullã faciẽs urbiculæ expugnatiõe erat in
tẽtus. Hic ſi uni Frãciſco Sphortiæ fuiſſet obtẽpatũ: & Brixia eſſet
minimo labore recuꝑata: & de hoſtibus pulcherrĩa ſũpta uictoria.
Cõſulebat eñ ut oĩ cũctatiõe ſublata ꝑ urbiculas ĩ urbẽ ingreſſi Ve
netũ hoſtẽ adorirent̃ prius q̃ & a Venetis maiores cogerent̃ uires
& a Florẽtinis auxiliares copiæ mitterent̃. Id cõſilij ſolus Nicolaus
Picininus & ꝓbabat & laudabat. Nã Angelus ꝑgulan⁹: & Cæſar
Brixianus: & Nicolaus Guerrerius: & cũ his Cicchus Patauinus:
cæteriq; duces Frãciſci gl'iæ inuidẽtes: ſecus q̃ ſentirẽt oĩa gerebãt.
Quibus diſſenſiõibus factũ eſt: ut & Cremagnola in meliorẽ addu
ctus ſpẽ reuerterit ex balneis ad exercitũ: & Veneti maioris quoti-
die copias cõpararint: & Florẽtini in auxiliũ miſerint Venetoꝝ ex-
ercitatiſſimũ quẽ habebãt & prudẽtiſſimũ imꝑatorẽ Nicolaũ tho-
lentinatẽ cũ equitũ quattuor milibus & duobus milibus peditũ.
Nã ipſi oĩ belli moleſtia liberati: iã nihil ſibi neq; in Ethruria nec in

Mathematici uates

Balneæ patauinæ

Ioãnes Franciſcus Marchio

Nicolaus picininus

Angelus pergulanus

Cæſar brixia.

Nicolauſ guerrerius

Cicchus pata.

Nicola⁹ tholẽ.

Ethruria

Flāminij
Brixia

Flāminijs metuēdū eſſe intelligebant. Is Nicolaus Tholētinas ubi primū Brixiā uenit: cognita ducaliū ducū diſſenſione: maturandū eſſe arbitratus: ne ſi illi fortaſſe reſipiſcerent: difficilior foret bellandi prouincia: ingentē foſſam deduci iubet in lōgitudinē ad paſſuū quinq; milia: qua tranſitus prohiberet̃ hoſtibus ad ullum omino aut auxilium ferendū obſeſſis: aut minime cuiuſq; opis adminiculum. Erat aūt ea foſſa & aggere & uallo & caſtellis nonnullis atq; frequentibus munita turribus: ac pluteis acta in latitudinē paſſus duodecim: & tantūdem fere in altitudinem.

Exercituum numerus
Foſſa qualis

Venetoꝝ Florentinoꝝq; exercitus complebant̃ hominibus ſupra triginta milia: Philippi autem ducis ad tria ac uiginti millia. Equitatus utriſq; pene par. Sed hoſtiū peditatus multo ſuperior. Cū hæc a Venetis ſuaſu Nicolai tholentinatis gerunt̃: uoluit ſæpenumero Franciſcus ea molientis adoriri. Non modo habuit neminem præter unū Nicolaum Picininū: qui cum eo ſentiret: ſed omnes potius aduerſantis ſeq; apud Philippū inſimulātis: qđ clam Venetis faueret. Quas obtrectatoꝝ inuidentiūq; calumnias: ꝗuis nō obſcure Franciſcus reſciſceret: nunꝗ tamē induci potuit: ut illorum mallet ſimilis eſſe ꝗ ſui: cum tandem poſt urbicularū muros continuis tormentorū ictibus terræ æquatos.

Antonius landrianus
Arcis Brixianę deditio

Antonius landrianus: ac cæteri fortiſſimi uiri: qui arci præerāt: rei frumētariæ cōmeatuſq; defectu honeſtas pacti in ſumma neceſſitate cōditiones arcem hoſti dediderūt poſt menſem & annum unū: ex quo die Petrus Achilleſq; aduocati urbē Venetis prodidiſſent. Reddiderat ſæpe iā Franciſcus Sphortia Philippum ducem & litteris & nuncijs certiorē ſe plurimū uereri: ne quid aduerſi eius exercitus caperent: idq; ob ſolam ductoꝝ diſcordiā: itaq; eum monuerat aliquem uniuerſis præficeret copijs: cuius ſaltem auctoritati audiāt cæteri: ſe eñ ſemper paratum fore: qui omi in re pareat iuſſis eius. Legit̃ a Philippo totius imperator exercitus:

Carolus malateſta
Fran. Sphor.
Guido torellus
Machalaū
Compilianū
Fontanella
Nardinus

Carolus malateſta piſaurenſis: quem monet ut copiaꝝ ſuarū duces audiat quidem omis: duorum aūt ſolum conſilia exequat̃: Franciſci Sphortiæ: Guidoniſq; torelli. Id ſi factum eſſet cōflictus ille qui uocat̃ ad Machalaū: nunꝗ profecto accidiſſet. Erāt ducales uires ad Compilianū: Venetæ uero ad Fontanellā. Quinto idus octobres: qui dies erat ſolis: & idem dicatus omnipotenti domino: iubet Carolus: nemo ea luce bellandi gratia equum aſcēdat: ſed diuinæ uenerationi quiſq; ſtudeat. Hoſtes illius inſcitiæ nō ignari: peditem inſtruunt: qui petitis ducalibus caſtris Nardinum peditem Sphortianū ad ſingulare certamē prouocet: Ille ut militaris mos eſt: non detrectat pugnā. Itur in duellum: ſolus Franciſcus

Sphortia ſpectat armatus. Idq; ut cæteri faciant monet. Et imperator obaudit: & cæteri negligunt. Inter duelli ſpectaculum celeri agmine acieq; uniuerſa ad pugnãdum inſtructa: Cremagnola ſuper uenit ea uia: qua Machalaum itur: Angelus pergulanus: & Nicolaus idem peruſinus: cui ex breuitate corporis Picinino cognomẽ tum erat: dum illac per ocium obequitãtes: inopinato in hoſtilem exercitum incidunt: intellecta periculi magnitudine quõ reliqui & duces & cõmilitones ſe parent ad pugnam: ita ut erat leui armatura: manum conferunt. Tumultuarij milites concurrũt undiq; pro ſeſe: quiſq; nullum uitæ periculum detractantes. Verum quid & pauci & inermes: & inter paluſtris difficultates quæãt tantã uim: tantum impetum ſuſtinere aduerſus callentiſſimum imperatorem & uiginti milia equitum: tantũq; peditatum? Equitatus hoſtilis uiam omnẽ occuparat. At pedites ad utrãq; uiæ illius partem ex paluſtribus lõgis lanceis: catapultis ac iaculis ducalis milites atq; equos paſſim tranſfodiebant. Quid multis? Vix dici queat: quanta cæcitas oculos: quantus error mentes ducalium & militum & ducum in ea uia ad Machalaum interceperit: adeo ut ex cæcitare erroreq; pugnandi Machalaum accepiſſe nomen uideatur. Omnes enim ſubito perinde atq; excordes: & amentes in fugam uerſi nihil præter cæcas corporis partes hoſtibus obiecere: Solus Franciſcus Sphortia tanquam irritatus draco ex eo duelli ſpectaculo prouolans ad clamorem dum hac illac fulmineum coruſcat enſem: alijs uulneratis: alijs interemptis: tum Angelum pergulanũ ex hoſtium trahẽtium manibus captum liberat: tum etiam tamdiu irruentiũ molem ſuo maximo cũ uitæ diſcrimine ſuſtinet: ut & cæteri ductores minore cum dedecore ſeruarentur: & ipſe ſua cum ſumma laude ita dimicans referret pedem: ut receptui ceciniſſe: non euaſiſſe iure foret iudicãdus. Cæterum Philippus ea ingenti clade perculſus: accõmodato conſilio tempori per Bergomi deditionem cum hoſtibus bellũ ſoluit anno ſecundo poſt libere potitos Brixia Venetos. Quo quidem tempore quoniam ſolus Franciſcus Sphortia & animo uideretur inuictus & corpore: mittitur a Philippo in auxilium Genuenſium: quos ut modo memineramus: & Alphonſus mari: & exules terra: quietos eſſe non ſinerent. Superato aũt Appennino inter loca confraga & præꝛupta: ij quos ſibi amiciſſimos dux Philippus exiſtimabat: uſi ligurum ſcilicet fide & conſtantia circumfunduntur undiq; cum tanta catapultarũ ui: & omni miſſilium genere ut nõ ſecus atq; alpina grandine oẽia tælis paſſim ſternerent. Dura profecto & horrenda uniuerſis militibus uiſa eſt ea tam repenti-

Pugna Machalaũ

Angelus

Nicolaus picininus

Conflictus Machalaũ nomen eſt græcũ compoſitũ ex mache: qđ pugnã ſignificat: & alaos cæcũ & errantẽ

Angelus pergulanus

Bergomũ

Genuenſes

Alphõſus rex

Appẽninus.

Ligures

na pugnādi facies:præſertim cū non pugnādi modo: ſed ne ſtandi
quidē ob locorum malignitatē ulla facultas eſſet. Itaq; ſibi quiſq;
Gerardus gratianus
diffidere ac iam dedēdi ſui habere rationē. Quod cū Gerardus gra
tianus ipſius Franciſci ꝓpinquus uirq; fortiſſimus equo intra cau
tes lapſo fecilſet:ſeq; uniꝰ accolæ fide credidiſſet:ſtatim ab illo ubi
caſſidē poſuiſſet:ſcorpionis cornu percuſſus ī caput interijt. Quod
liguris facinus corā Franciſcus intuitus:& illi continuo reciſo enſe
ceruice uitā abſtulit:& reliquos ſuos per uaſtam urgentiū cædē ho
Ronchum
ſtium ad caſtellū Ronchum egit incolumes. Quo in loco a fœmina
Iliana ſpinula
nobiliſſima Iliana Spinula: cuius erat caſtellū & perbenigne exce/
ptus eſt & ꝙ honorifice. Inde aūt Genuēſium rei ea ſtrenuitate for/
Alphōſus rex
titudineq; proſpexit:ut omēs Alphonſi regis exulūq; conatus fru/
ſtra ſuſcepti fuerint. Et ne ab Iliana ſuperatus animi gratitudine ui
deret:tum eius filiā nobili uiro nō parua cum dote uxorē tradidit:
tum ipſam & habuit ſemper in honore & continuis beneficijs affe/
cit. At ne prætereundum quidē reor qualē ſe præſtitit in Mōtis fer
Theodorus
rati Marchionē Theodoꝝ Palæologū: quē cum intra paucos dies
quoniā nulla unꝙ non modo affectus iniuria: ſed multis ſæpe or/
natus beneficijs:ſecunda uſus Venetoꝝ fortuna bellū ultro Philip
po intulerat:patrito auitoq; omī dominatu eieciſſet:ſolus dein au/
ctor fuit:ut in poſſeſſionē amiſſi modo principatus per Philippum
reuocaret. Confugerat eñ Theodorus ad Venetos: quoꝝ præſidio
ubi intellexit ſe nihil omnino effectuꝝ: uideretq; Philippū ducem
eſſe iure indignatū aduerſus ſeſe: Franciſco Sphortia & deprecato/
re & amico omīa eſt ex ſentētia ſua apud munificentiſſimū illū prin
cipē conſecutus. Num uero laudatiſſimū illud Franciſci facinus
Mons caluus
ſilentio inuolui patiamur? Quo tempore Montē caluum ui cœpe/
Diuus Frāci.
rat:uirgo præſtanti forma honeſtoq; nata genere confugerat una
cum alijs multis(ut fit)in diui Franciſci templum. Hāc miles quiſ/
Maria Virgo
piam Sphortianus eodē in templo ui raptā:ac Mariæ uirginis ſub
latis fletibus atq; hululatibus auxilium implorantē:in ipſius Ma/
riæ uirginis ſacello compreſſit. Quod impietatis flagitium cum pri
mū Franciſcus didiciſſet:tum illum iuſſit obtruncari inquiēs:neq;
amorē odio:neq; religionē immundicia pollui debere: tum puellā
ſoluta ex pecunijs ſuis dote uiro tradidit:cui antea fuerat deſpon/
ſata. His aūtē rebus non ſapiēter minus geſtis ꝙ fortiter atq; fortu
nate: Franciſco Sphortia ſtipendio ducali iam functus accerſitur a
Paulus guinigius
Paulo Guinigio tyranno Lucēſi: magnis præmijs in auxiliū cōtra
obſidionē Florētinoꝝ:qua ad deditionē uſq; premebat: Admiſſa
Florentini
cōditione:eo cum expeditis uiribus firmiſſimiſq; profectus primo

aduentu hoſtē uertit in fugā: Paulūqꝫ & Lucā atqꝫ oēm Lucēſem agrum om̄i liberat & detrimēto & metu: cū interea tp̄is Paulus tyrannus: ut erat mercādi ꝙ regnandi doctior: quo ſe om̄i ſollicitudine metuqꝫ liberaret: clam agit cum Florētinis de Lucæ deditiōe: pactus ingentē auri uim: & ciuitatis Florētinæ donationē. Quod ubi apud Lucēſes increbruiſſet: illi facto confeſtim impetu tyrannū captiuum faciunt aguntqꝫ ad Franciſcum una cum eius liberis ac rogant: ut eo interempto ipſe urbis illius capiat dominatū. At Franciſcus & ſi intelligebat: & quid Paulus mereretur: & quid ſibi liceret: tamē ne qua in famæ labecula ſuā innocētiā pollueret: detrectato illius illuſtris reipublicæ munere quod ultro a ciuibus cunctis offerebat̄: urbē liberā dimittit: Paulum uero cum liberis om̄i offenſione illæſum mittit ad Philippum Mariā: cui norat illum eſſe chariſſimū. Dein pacata re Lucenſi: in Galliā Ciſalpinā ex Ethruria reuertit̄. Agebat apud Mirandulā Franciſcus eo cōſilio: ut inde in Apuliā proficiſceret̄: cum Florētini rurſus maximo comparato exercitu Lucā obſidione præmunt: belli duce Guidone Antonio comite urbinati: eamqꝫ quotidie tormētis & om̄i uincēdi arte conatuqꝫ oppugnāt. Philippus Maria coactus ea neceſſitate auxilium ferre amicæ urbi: miſſo Nicolao Picinino cum maximis copijs Florentinos ſuperat pugna cū ipſoꝝ ingenti clade. Itaqꝫ rurſus turbata pace Veneti maiore ꝙ antea apparatu bellū aduerſus Philippū mouēt: & ipſe Philippus rurſus maiore ꝙ nuper & ſtipēdio & ſpe accito Frāciſco Sphortia accingit̄: nō modo ad repugnādū uiribus Venetoꝝ atqꝫ ſocioꝝ: uerūetiam ad oppugnandū. Venerat Frāciſcus Cremagnola cū magno equitū ac peditū numero: ut Suncinū ꝓditione reciperet. Qđ Frāciſcus Sphortia ꝗ in agro hibernabat Cremonēſi: cū ꝑ exploratores accepiſſet: obuiā ꝓfectus pugnā cōſerit eūqꝫ turpiſſimā uertit in fugā: captis equitibus quingētis ac mille: peditibus uero ſupra quingentos. Id autē geſtū eſt ad ſextūdecimū Kalēdas Iunias. Neqꝫ dein m̄ltos poſt dies maiore etiā clade Veneti eiuſdē Frāciſci Sphortiæ ſingulari prudētia incredibiliqꝫ uirtute ꝑculſi ſunt. Claſſis em̄ Veneta præfecto Nicolao Taruiſiano Padū iam ſuparat ſupra Cremonā uſqꝫ. Ea cōſtabat galeonibus maximis ſeptē ac triginta: triremibus aūt ac biremibꝰ alijſqꝫ nauigijs circiter cētū. Galeones uero aliq̄nto ſūt ꝙ triremes breuiores. Sed cū latiores: tū etiā multo ſublimiores: quippe ꝗ ſurgāt in tabulata duo: & ſemis pupibꝰ & proris altius ſublatis atqꝫ munitis turribꝰ agunt̄: aut ut triremes uelis ac remis ferūtqꝫ ſup caruchos latioris pluteos: ex qbꝰ ſingulꝰ q̄ttuor & ſex armati uiri iaculꝰ ac ferreis ſudi-

Luca
Lucenſes
Gallia ciſalpi.
Ethruria
Mirandula
Appulia
Florentini
Luca
Guido antonius urbinas
Philippus Maria
Nicolaus picininus
Veneti
Frāciſcus cremagnola
Suncinum
Nicolaus taruiſianus
Padus
Cremona
Galeones cuiuſmodi ſint

bus & catapultis & ſaxis atq; omni teloꝝ iactu acerrime prælient. Contra uero ducalis claſſis deuehitur galeonibus: & aliorū nauigiorū genere circiter quinquaginta: cuius præfectus erat Pacinus Euſtachius Ticinenſis. Is cum primū aduentaſſet in conſpectū claſſis hoſtilis: ut erat uir animo minime demiſſo: & naturæ fluminis peritiſſimus: ueritus q; imbribus paululum excreuerat: fore: ut decreſceret: ubi pugna protraheret: & ita deteriore ſe futurū conditione in hoſtilem claſſem impetū facit: pugna utrinq; ui magna alacriterq; conſerit. Cadunt utrinq; multi cruoreq; madēt oīa: cū tandem noctis interuentu ab utriſq; pugna deſiſtit: amiſſis tamē e ducali claſſe galeonibus quinq;: quoniam a claſſe reliqua ſeparati ab hoſtiū multitudine circumuenti interceptiq; ſunt. Quo factum eſt ut in ducali claſſe pauliſper trepidaretur. Id Franciſcus ut animaduertit: lectis e militibus ſuis: quos ad nauale prælium maxime ſenſiſſet idoneos: ultro ipſe claſſem inſcendit: duobus prius ornatis: qui ex eorum equitum ordine: quos Callippos nominant: ueluti ab ſe tranſfugæ peterēt Cremagnolam: qui ad tria milia paſſuum inde eū uniuerſo diſtaret exercitu: quo tempeſtiue ſi uſui foret: Venetæ claſſi auxilium ferret. Hi ergo Calippi duo cum ueniſſent ad Cremagnolam mane: multa ut erant edocti antea queſti de Franciſci Sphortia ſubdunt interloquendū ducales copias oēs inſtructa acie eſſe iam motas ad eum adoriendum. Quibus auditis dum ſuos Cremagnola parat ad pugnam: claſſis ducalis cum primū illuxiſſet: unius Franciſci Sphortiæ cohortatione Venetam claſſem inuadit magnis clamoribus magnoq; & animoꝝ & corporū robore. Franciſcus aūt ipſe cum militibus ſuis conuerſo galeone: quem inſcenderat in eum quo præfectus Venetus uehebat: galeonē tanto animi ardore: tanta ui: tantis oppugnant uiribus: ut Nicolaus Taruiſianus nequiuerit diutius impetum ſuſtinere: quin ex prætorio galeone in ſubiectum myoparonē demiſſus: deſerta claſſe fuga ſaluti ſuæ conſuleret. Per magnam ea pugna cladem Veneti accepere: quippe qui galeones nouē ac uiginti amiſerint: & reliquam fere claſſem uniuerſam multis hominum milibus opibuſq; refertam. Fuitq; ea res uel in primis cauſa: ut Franciſcus Cremagnola apud Venetos in eam perfidiæ ſuſpitionem uenerit: qua proximo anno poſtea Venetijs eſt publice obtruncatus. Hæc enim pugna profligata eſt in Pado non procul a Cremona: anno a natali chriſtiano primo ac trigeſimo: ſupra annū quadringētesimū ad milleſimū: ſecūda feria nono Kalēdas Iulias. Dein poſtero anno publicæ ac magna cū celebritate atq; lætitia Blanca Maria nata iam annos ſeptē

[Margin notes: Pacinus Euſtachius — Nicolaus Taruiſianus fugit — Veneti — Fran. Cremagnola — Natalis Blancæ Mariæ]

deſpōſata eſt Franciſco Sphortiæ: id quod anno ſuperiore Philip-
pus pater promiſerat: quo tēpore hunc in uicecomitū familiā una
cum ſuis omnibus filijs poſteriſq; receperat atq; adoptarat. At
ubi rurſus ob claſſem amiſſam Veneti fœdus percuſſere cum duce
Philippo: qui etiam ipſe tum ob Nicolaum picininum apud Labi
næ pontem ad debilitatem uſq; catapulta uulneratum ad ceruicis
neruum ſub occiput: tum quia maiora quædā: ut erat diuino quo-
dam & ingenio & ſapientia princeps: animo moliretur: non inui-
tus bellum ſoluit. Franciſcus Sphortia ex ſoceri ſentētia abiens ex
hac ciſalpina gallia in appuliam aduerſus Alphonſum regem pro-
fecturus: recepit inter eundum in ultroneam deditionem picentes:
qui ob duriorē prouinciæ adminiſtrationem Ioannis uirelleſci ri-
cinatenſis epiſcopi apoſtoliciq; legati defecerant ab Eugenio quar
to: qui Martino nuper uita functo in pontificatū ſucceſſerat. Quā
quidem rem Eugenius: ut erat iuſticia & innocentia ſingulari: non
modo moleſte nō tulit: ſed hunc potius in proximum annum & pi
ceni in quartam uſq; progeniem marchionem eſſe iuſſit: & totius
romanæ eccleſiæ uexilliferū: donec uiueret: ſponte cōſtituit. Quid
enim bella ea cōmemorem quæ dein tam multa ſocero etiam Phi-
lippo aſſentiente & pro Venetis: & pro Florētinis: & pro Romana
eccleſia cum ſuo maximo nominis ſplendore confecit? Haud ſatis
ſcio: utri magis accuſandi ſint: pricipes ne qui ſeſe nimis quādoq;
ijs facilis ad credendum prebent quos habent familiaris: an prin-
cipum familiares qui aliquo ſuo uel commodo uel affectu alia q̄
ſentiant illis perſuadent. Erant Frāciſcus Sphortia Nicolauſq; pi
cininus ut præſtātiſſimi duo ac primarij in uniuerſa Italia impera-
tores: ita mirifica inter ſeſe beniuolentia & ſuauiſſima cōiuncti cō
ſuetudine: adeo ut non conſilia modo cōmunia haberent: ſed mu
tuis ſe pecunijs adiuuarent Et ne id mirandū quidē: nam ab uſq;
Sportia patre Franciſcus norat amicum extitiſſe Nicolaum: quip-
pe qui & in Michaelem Attendulum: quo primum tempore in car
cerem Neapoli coniectus eſſet Sphortia: ſe beneficium præſtitiſſet:
& captus poſtea: cum pro Bracio bellum gereret: perhumaniter a
patre foret liberaliterq; tractatus. Sed duo potiſſimū fuerunt ſcri
bæ diſcordiarum omniū auctores: quæ poſtea inter Nicolaū Frā-
ciſcūq; ortæ ſunt: Antonius Piſaurenſis: & Immolenſis Iacobus:
qui cum nullis poſſent pecunijs ſatis ingurgitari: niſi quicquid Ni
colaus acquireret: uel ſtipendio: uel præda diriperēt: illumq; noſ-
ſent uirum magis bonum: q̄ callidum: at Frāciſcū Sphortiam om
ni in re ſtrenuum ac prudentem: ueriti ne aſſidua talium amicorū

Nicolaus picininus
Labina
Gallia ciſalpi.
Appulia
Alphōſus rex
Picentes
Ioannes uirelleſcus
Eugenius pō.
Martinus pō.
Veneti
Florentini
Romana eccleſia
Frā. ſphortia
Nicolaus picininus
Sphortia
Michael attendulus
Neapolis
Bracius
Antonius piſaurenſis
Iacobus immolenſis.

cõſuetudine inſidiæ fraudeſq; ſuæ aliquãdo ꝓdirent in lucẽ: nũq̃ deſtiterunt perditiſſimi nebulones: donec per uarias calũnias atq; maledicta hominẽ ſimplicẽ & ad credendũ facilem ab optimo amiciſſimoq; uiro abalienarunt. Quibus quidem duorum ſcribarum inſidijs cũ maxima bella inter duos clariſſimos imꝑatores ſecuta ſunt: tũ ad Philippũ eximium illũ atq; diuinũ principẽ maxima incõmoda calamitateſq; deuenere. Sed hæc ego qui utriuſq; memoriam colam (ut par eſt) ſanctiſſime: ne uidear mortuos in alterius uitæ tranquillitatẽ per cõmemorationẽ diſcordiarum tanq̃ irritare: de induſtria prætereunda cenſui. Quare minime explicabo uel quæ in Picẽtibus: & Vmbris: Ethruſciſq; Frãciſco Nicolaus incõmoda ſæpe intulerit nulla ſua cũ laude: dum ſe modo eccleſiaſticis: modo Alphonſi copijs coniungit: uel quotiens ab eo fuſus fugatuſq; fuerit: cum ad Bargã quã obſidebat in agro Lucenſi: tum ad Tenere prope Veronam: ab qua ipſa paucis poſt diebus: quã ꝓditione cœperat noctu: cum ingenti detrimẽto expulſus eſt. Nam ad montem laurum non longe ab Iſauro flumine: quanto cum uulnere eundem Nicolaum maxima pugna ſuperatum uictũq; oppreſſerit nouerunt omnes. Quod certe inuitum Franciſcum Sphortiã feciſſe illud eſt perſpicuum argumentum: q; poſtridie illius diei cũ didiciſſet ꝑ magna eum præmi inopia: amiſſis & ueſtimẽtis & mulis & impedimentis & pecunijs: & reliquis rebus omnibus una cũ caſtris: adhibita curriculo diligentia: quicquid in exercitu eſt repertum: id omne miſit ad eum dono cum aureis inſuper mille. Ex quo poteſt liquido perſpici: q̃ illi fuerint improbi atq; nefarij: qui Nicolaũ Picininum ab amico tam miti: tã clæmenti: tam munifico diremerũt. Quanta præterea humanitate eſt uſus: cum eodem fere anno Franciſcum picininum in Picentibus prope mõtem ulmum cũ uniuerſo patris exercitu uæhemẽtiſſimo prælio profligatũ cœpit? Nam cum acerbiſſimo eo nuncio tantam Nicolaus in iram doloremq; exarſiſſet: ut intra paucos dies uita deſereretur: Franciſcus eius obitum cum primum accepiſſet: tanto mœrore affectus eſt: ut poſt amiſſum patrem nihil unq̃ doluerit magis. Quod autem munus præſtare pietatis potuit: tũ Nicolai picinini memoriã atq; uirtutem ſummis extulit laudibus: tum Frãciſcum eius filium: quẽ in arce Firmana cuſtodiri iuſſerat: donatũ pulcherrime miſſum fecit. Quis igiť uſq̃ fuerit ita ab omni hominis natura alienus: qui minus optarit tanta humanitate & lenitate uirum (ſi fas eſſet) immortalem fieri? At illud certe eſt incredibili quadam admiratione proſequendum: quod cum excellentiſſima: ac fere diuina Franciſci

Picentes
Vmbri
Ethruſci
Alphonſus
Barga
Tenis
Verona
Mons laurus
Iſaurus
Franciſcus picininus
Mons ulmus
Picentes
Nicolaus picininus moriť

Sportiæ uirtus uſq; adeo ſupra humanũ excreuiſſet ingeniũ: ut Al phonſo regi: & ipſi quoq; Eugenio põtifici maximo formidabilis facta iã eſſet ingẽtes atq; primariæ uires Italiæ in eũ cõcitarentur. Nã & Alphonſus quas habuit oẽs collegit in eũ copias: & Eugenius ꝓ auctoritate illa apoſtolica: quæ apud uniuerſam chriſtianã religionẽ uenerabilis habet & ſacroſancta: nõ modo reliquos Italiæ principatus ꝓpe cũctos in eũdẽ hũc cõmouit: ſed ipſum quoq; Philippũ Mariã ſocerũ: ut aduerſus dilectiſſimũ generum mitteret maximos illos ſuos inuictoſq; exercitus: ueluti coegit. Etem Veneti atq; Florẽtini: qui huic uni ſeſe auxilio potiſſimũ debebãt ob maxima bñficia: plurimaq; accepta: tũ cenſure eccleſiaſticæ metu: tũ periculi magnitudine id facere ſunt deterriti. Quare cũ non modo oppida nõnulla: atq; urbes & in Picẽtibus & in Vmbris maximi anathematis formidine: ut appellant a Frãciſco Sphortia defeciſſent: uerũetiã neceſſarij ipſi & ſanguine cõiũctiſſimi deſciuiſſent: unus dũtaxat Fredericus comes Vrbinas inuẽtus eſt: qui ꝓ id tp̃is ætate adhuc adoleſcẽs: ſed morũ grauitate admodũ ſenex: ac mirifica ꝓbitate illuſtris a fidei ſanctitate nõ recederet. Erant hoſtiles copiæ ſupra uiginti hoĩm milia: Sphortianus aũt exercitus omnis cõſtabat militibus ad ſummũ ſex milibus. Cũq; reliqua loca omnia Franciſco Sphortiæ ſuſpecta eſſent & inſidiarũ plena: neq; ab hoſtilis pugnãdi facultas offerret ulla: ſed eo tenderet hoſtibus omnis callitas & induſtria: ut hic intercluderetur cõmeatu: ſolus inquã is Fredericus inuẽtus eſt: cuius incorrupta fide & beniuolẽtiſſimi animi cõſtãtia nobiliſſimus ille princeps in tantus rerũ oĩm fluctibus ſibi tutius nihil duxerit: itaq; in tãta hoĩm perfidia leuitateq; ſuorũ ſe recepit tãq; in oportunã aliquã ſtationẽ in agrũ urbinatẽ. Quo cũ hoſtiles etiã copiæ eſſent cõtinuo ſubſecutæ: neq; ſæpius ad pugnã prouocatæ in æquũ campum deſcẽdere unq̃ auderent: ſed more Fabij illius dictatoris ſe locorum difficultatibus uſq; tutarent: rem frumentariã cõmeatũq; prohibẽtes: nunq̃ deſtitit Fredericus ꝓ maxima ſuorũ ſubditorum omnium: ſuaq; incommoda atq; detrimenta leuare omnẽ Sphortianã difficultatẽ: & id quidẽ cũ extremo ditionis ſuæ diſcrimine. At malebat egregius adoleſcens (ut erat animo inclyto) & dominatũ oẽm & uitã etiam ipſam: id quod palam aſſidue dictitabat amittere: q̃ pati ut de fide cõſtãtiaq; ſua quicq̃ deſiderãdũ uideret. Qua quidẽ pſeuerãtia factũ eſt: ut & reliqui hoſtes fruſtrati opiniõe ſua: ſpem potiundæ uictoriæ omnẽ amitterẽt: & magnanimus dux ille Philippus Maria in maiorẽ adductus admirationẽ de inſuperabili gene-

Alphõſus rex

Eugenius põtifex

Philippuſ Maria dux

Veneti

Florentini

Anathema

Fredericus urbinas

Qu. fabius dictator

ri probitate & ſapiētia: nullum ſibi præſidium regni ſui certius fir miuſq; uideret: q̄ſi unum Franciſcum Sphortiam ad ſe tutādum q̄ primum accerſeret. Id autem eo erit facilius aſſecutus: quod eo de ipſo Vrbinati Frederico tanq̄ deprecatore apud generū ipſum quem alienatū ab ſe exiſtimabat: eſt uſus. Decreuerat eī is & iure quidem fortaſſis & de Eugenio & de Alphonſo: ab quibus neq; diuino neq; humano iure foret armis per omnē contumeliā acerrime appetitus: debitam capere ultionem. Tanti autē fecit unius Frederici ſtudium: pietatemq; erga ſe: ut cum facile iam poſſet uim omnem hoſtiū retundere atq; opprimere (Nam auxiliares copiæ a Florētinis & a Venetis iam aduenerant) id certe facere noluerit: tum magni eſſe ducens animi obliuiſci iniuriarū: tum etiam grati Frederico ipſi gratificari plurimum: quem in ſe adeo beneficū foret expertus. Quamobrem & cum hoſtibus cōtinuo bellum ſoluit: & ſe cum primum per honeſtatem poſſet: iturum ad ſocerum cum omnibus ſuis uiribus eſt pollicitus. Ipſum uero Fredericum ex eo tēpore non ſecus ac ſi eſſet filius dilexit ſemper: & quod honorificum præſtare maximeq; utile munus potuit: eundem præfecit belli ducem uniuerſis ſuis exercitibus. Qua quidem dignitate ita ille eſt uſus: ut ſimul cum ætatis ꝓgreſſu charior quotidie ſapientiſſimo & grauiſſimo principi atq; iucūdior redderet. Sed iam cæteris maximis facinoribus ſplendidiſſimiſq; omiſſis: quæ innumerabilia pene ſunt: ad propria paucis ueniamus. Vt ſunt res humanæ oēs fluxæ ac breues: egregius ille princeps Philippus Maria Anglus: qui uno ſapientiſſimorū omniū hominū iudicio potuit cum omni antiquitate in omni gloriæ genere de nominis immortalitate contendere: inopinato migrarat ex hac uita: cū Franciſcus Sphortia eiuſmodi caſus omnis ignarus: ut erat animo in ſocerū & beniuolo & pio: reuertitur in hanc galliam ciſalpinam cū uxore: ac liberis: ualidiſſimoq; exercitu: quo illi auxilium ferret aduerſus Venetos: qui iam agrum mediolanenſem inuaſerāt: & multis oppidis captis uſq; ad portas urbis omnia ferro igniq; uaſtantes: quotidie circumquaq; diſcurrerent. Igitur ubi Cremonam uenit: quā dotalem annis ſex antea una cum uxore Blanca Maria a Philippo ſocero acceperat: inita pro tempore cum Mediolanenſibus ſocietate: quos norat hæreditario iure ad ſeſe uxoreq; pertinere: Placentiā celeriter obſidet (Hæc eī indigne ferens Mediolanēſiū dominatū ad Venetos ultro defecerat) Munierāt Placentiam Veneti firmiſſimo equitatu peditatuq; ſub æſtenſis Thaddei ductu uiri impigri & conſtantis. Quam peruicatius repugnātem: ubi in

Marginal notes: Philippuſ Maria; Gallia ciſalpina; Cremona; Blāca Maria; Mediolanēſes; Placentia; Mediolanēſes; Veneti; Thaddeus æſtenſis

tra paucos dies ui expugnatã captãq; & direptam (Quis eñ armatis uictoribusq; militibus modum imponat) Mediolanẽsibus pro ſocietatis fœdere tradidiſſe: Atq; in annũ deinde proximũ claſſem illã & magnã & formidabilẽ: cui Andreas Quirin⁹ præerat uir mercaturæ q̃ bello nauali aptior: mira induſtria ac uirib⁹ apud Caſalẽ maiorẽ ex arido & fudiſſet & cœpiſſet in Pado: mox trans Adduã acto exercitu Carauagiũ: quod iam antea Veneti occupauerãt: circumſedit oppidũ ſane cum populo freq̃uẽs: tum a Venetis completum maximis uiribus. Occurrunt Veneti cum potẽtiſſimo firmiſſimoq; exercitu fortiũ uiro℞ ſupra uiginti milia: qui tandẽ poſt plurima quotidie periculoſiſſimaq; prælia: cum intelligerẽt oppidum ad triduum uſq; in ius noſtri principis conceſſuru℞: freti uiribus ſuis: & quod exiſtimarẽt oculatiſſimũ & uigilantiſſimũ agrum perinde atq; dormitantẽ poſſe opprimere: caſtra adoriunt̃ ad eam partem quã opinabãtur incuſtoditã. Quare cũ per uiã Fori noui in caſtra impetum audaciter faciunt: ſumma prudẽtia incomparabiliq; uirtute unius Franciſci Sphortiæ tanta clade perculſi ſunt: ut niſi pauco℞ Mediolanenſiũ quorũdam: qui & ei & uniuerſæ reipublicæ inuiderent: ſanis conſilijs coniuratio obſtitiſſet: actum eſſet eo die de oĩni Veneto℞ imperio. Cæte℞ hoc loco quæ deinceps ſecuta ſunt: nõ ab re mihi prætereunda iudicaui: ne ſi alio℞ errata cõmemorauero: ſanata uidear & conſolidata iam uulnera ueluti refricando: magis exacerbare. Illud ſane oĩbus & perſpectum eſt & cognitũ: tantã noſtri diuini illius principis & ſapiẽtiam & conſtantiã inauditãq; bonitatẽ extitiſſe: ut uniuerſus Mediolanenſis & ſenatus & populus tandẽ ubi ſeſe collegiſſet: reiectis oĩbus Veneto℞ & ſuaſionibus & ſubſidijs: unũ Franciſcum Sphortiã una cum Blanca Maria mulie℞ clariſſima℞ omniũ: quæq; ſunt aut fuerũt unq̃ aut in poſterum ſunt futuræ: integerrima optimaq; uiragine ad totius reipublicæ imperium mirabili concordia atq; beniuolẽtia accerſierit: & eundẽ q̃ diu in uiuis fuit: ſumma cum fide atq; pietate nõ ſecus ac parentẽ: tum ſemper obſeruauerit: tum aſſidue obſeruet uel mortuum. Quid eñ ſim prolixior in referẽdis alijs eius rebus tam multis tamq; magnificis: quas uel belli uel pacis & in oĩni laudatiſſimæ uitæ genere cum ſempiterna ſui nominis celebritate confecit? Nonne id unum exploratiſſimũ eſt illius mirificæ uirtutis documentũ: q̃ unus Franciſcus Sphortia apud oĩs principes chriſtianos uenerabilis: apud Barbaros uero & aduerſarios chriſti nominis eſſet admodũ formidabilis? Nam qualẽ præterea uel erga maximos eccleſiæ Romanæ pontifices: uel erga Pherdinandũ regẽ

Andreas quirinus
Caſaliſ maior
Padus
Addua
Carauagiũ
Forũ nouũ
Blanca Maria
Fran. Sphor.
Pherdinãdus rex

Alphõſus rex diui illius regis Alphonſi filium: uel erga inuictiſſimũ regẽ Franco
Lodouic⁹ rex rum Lodouicum ſe præſtiterit: totus terraꝝ orbis: & uidit & admi
ratus eſt. Sed quid plura in medium referã? Vno Frãciſco Sphor
tia nemo humanior: nemo benignior: nemo melior: nemo ĩmorta
li deo per omnẽ iuſticiæ & æquitatis pietatiſq laudẽ hominibuſq
acceptior aut charior unq fuit. Adde quod in tanta filioꝝ proſpe
ritate rebuſq ſecundiſſimis: regno florẽtiſſimo: ſũma gloria: uali
tudine integra: leuiſſimo genere mortis ita intra biduum eſt extin
ctus: ut eam pro ſua illa acutiſſima mentis acie incredibiliq prudẽ
Complexio ar tia intellexerit quidẽ non aũt ſenſerit. Quæ cum ita ſint: noſtri mu
gumẽtionis neris eſſe arbitror illuſtriſſimi principes: ut modum iam tandẽ no
ſtro huic tam diuturno luctui imponamus: quod ut ipſi primi fa
ciatis: quo cæteriſ quoq grauitatis exemplo ſitis: nõ debeo uos nõ
monere: adhortari: orare: obteſtari. Vincenda eſt em̃ uobis animi
mollicia: & lachrymæ om̃es reprimẽdæ: ne quo magis in parẽtem
pij uideri uultis: eo minus in deum ſperare iudicemini. Nam ſatis
eſt mea quidẽ ſentẽtia: uel pro imbecillitate naturæ: uel pro cõmu
ni cõſuetudine annũ iam totum in luctu mœroreq agitaſſe. Rede
at deniq animi tranquillitas cum priſtina illa uultus ſerenitate or
natuſq elegantia. Quod ſi minus fortaſſe ueſtra cauſa facturi ſitis:
id ſaltẽ huic ueſtræ uniuerſæ reipublicæ cõdonate: quæ non ueſtra
minus q̃ amiſſi principis cauſa in extremis uerſat̃ angoribus: Nã
cũ illo actũ eſt q̃optime: qui ꝑ oĩa ut ſummatim cõplexi ſumus: &
animi & corpis & fortunæ bona ad qntũ & ſexageſimũ uſq annũ
uictis om̃ibus & inimicis & hoſtib⁹ perſeuerauit inuictus: & ita pa
cata oĩa atq tranquilla a nobis abiens reliquit: ut cum om̃es eius
Appuli abeſſent exercitus: alij in Appulis: ut regi Pherdinãdo pro affinita
Pherdinãdus tis iure inſeruirent: alij in Flãminijs: ne quis impetus oriret̃ aut in
rex Bononiẽſes: aut in Senẽſes: aut in Florentinos: quos ſocios amicoſ
Flãminij q haberet. Alij in Gallis tranſalpinis: quo adeſſent Lodouico re
Bononiẽſes gi: ab quo propter Sagonã dono Genuãq acceptã bene eſſet affe
Senẽſes ctus: ne minimus quidẽ tumultus in hanc uſq diẽ in uniuerſo eius
Florẽtini imperio ſuſcitatus ſit. Itaq nobis moderate ferenda eſt huiuſmodi
Galli tranſal hominis naturæ neceſſitas: tum quia mortalibus cunctis & cõmu
pini nis eſt & debita: tum etiã quia ærumnis præſentis uitæ nos liberãs
Lodouic⁹ rex ſe ducẽ præſtat ad meliores æui tranquillitatẽ. Quid em̃ eius mor
Sagona tẽ doleam⁹: cuius uita om̃is plena fuerit honeſtatẽ: & aduerſæ nulli
Genua ſubiecta fortunæ? Nã recte Pindarus: Præmiũ primũ tibi res ſecũ
Pindarus dæ Afferẽt. Laus hinc ſequit̃ probata. Quæ duo quiſquis tenuit:
beatus iure uocet̃. Tanta erat ſapiẽtia noſtri principis: tm̃ om̃ibus

in rebus conſiliū: tanta moderatio: tāta grauitas: ut non ſolū nihil unq̄ pateret̄ aduerſi: ſed fortunæ ipſi tanq̄ dominaret̄: quicq̄d uł magnū: uel appetēdū in uita ſit: in ſua poteſtate uſq̄ habuiſſe uideatur. Eſt ille fœliciſſim⁹: ait: apud Euripidē: Hecuba: mali nihil cui accidit uiuo. Quis aūt uir ſapiēs fragilē hāc atq̄ breuē uitā nō contemnat habeatq̄ pro nihilo: quo ſolidā ſempiternāq̄ cōſequatur? Hac ſane ratione uerā beatitudinē docebat Epicurus in hac hoīm uita nullo pacto ineſſe poſſe: quia corruptiōi ſubiecta foret. Ob eā q̄ rem uocat deū beatū: q̄d & incorruptus ſit & ſempitern⁹. Quid igit̄ illū poſt uitā tam diu bene actā adeo doleamus obdormiſſe in domino: tanq̄ adhuc uelimuſ inter hoſce turbulentiſſimos fluctus agitari laborareq̄ aſſidue? Hūc oīb⁹ & prælijs corpis: & ſæculi cladibus liber ſuijpſius uictor euaſit in cælū: quē ſi magis q̄ noſipſos caſte ac pie diligeremus: gauderemus ſane: nō doleremus. Si diligeretis me: ad Apoſtolos ait Chriſtus: gauderet. utiq̄ q̄ uado ad patrē. Nec eñ oībus: ut ſcriptū reliquit Cicero in cōſolatione de filiæ ſuæ obitu: ijdem illi ſapiētes arbitrati ſunt: eūdē curſum in cælū patere. Nā uitijs & ſceleribus cōtaminatos deprimi in tenebras atq̄ ī cœno iacere docuer̄t: caſtos aīos: puros: integros: incorruptos: bonis etiā ſtudijs atq̄ artibus expolitos leui quodā & facili lapſu ad deos: id eſt ad naturā ſimilē ſui ſupuolare. Euolauit inq̄ Frāciſcus Sphortia ex his terrenis tenebris in ſerenā illā cæleſteq̄ regionē: ut ei⁹ cōſpectu atq̄ uiſu in oēm æternitatē fruereт̄: ad cuiuſ imaginē ac ſimilitudinē nouerat ſe creatū. At ſtultū eſſe quis dixerit nō dolere id oportere: q̄d ſua natura ſit malū: tanq̄ mors ī bonis ſit numerāda qua tollit̄ uita. Præterea alias quinq̄ afferri poſſe lugēdi cauſas: quaꝝ una ſumitur ex eo incōmodo: q̄d ipſi accipimus ex illius obitu quē dilexerimus. Altera uero q̄d exiſtimem⁹ animū ſine uæhementiſſima doloris acerbitate a corpore cui penitus inhæret infixuſq̄ eſt: ſeparari haud poſſe. Tertia autē cauſa ſuſcipit̄: q̄ arbitremur eundē quē lugemus priuari huiuſce uitæ uoluptate. Adducūt etiā quartam ex horribili metu ſempiterni ſupplicij apud inferos. Sunt præterea nonnulli ingenio uſq̄ adeo depriuato: & ab oīni hominis natura dignitateq̄ alieni: ut animū opinentur una cum corpore interire: diſſipari: deleri. Itaq̄ eos ferreos eſſe dicunt planeq̄ amētis atq̄ inſenſatos: qui minus doleant mortem ac ſummis ducant in malis. Sed has ego ſingillatim lugendi cauſas ſoluam & facile: & uero: & breuiter. Et primū quidē ex antiquoꝝ philoſophoꝝ ſententia probatur animi immortalitas. Nam poetæ omni doctorum hominū genere longe antiquiores: quid ſenſerint de animorū

Euripides Hecuba

Epicurus

Apoſtoli Chriſtus Cicero

Confutatio & confirmatio

Quot ſunt lugendi cauſæ

Prima cauſa

Orpheus
Homerus
Probatio im/mortalitatis aīoꝝ ꝑ rōnes
Platonica ani/mi definitio

æternitate: cum Orpheus & Homerus: tum alij & græci & latini fe re innumerabiles ſunt locupletiſſimi teſtes. Plato duplicē eſſe ani mū docet: qui rationis particeps ſit æternus: alteꝝ mūdi: alteꝝ ho minis. Ita aūt a Platone animus definit̄: Animus eſt eſſentia incor porea ſeipſam mouēs ac rationalis. Ea aūt ratione animi īmortali tatē probat Plato: qꝺ is per ſeſe moueat̄ & ſemper ac cæteris quæ cunqꝫ mouent̄ & fons ſit & principiū motionis. Nec em̄ latere nos debet īmortalitatē dupliciter accipi: qꝺ aut aliqd īmune ſit mor tis: qm̄ eius ſua natura capax nō ſit: ut anim⁹: Aut qꝺ alteri⁹ bene ficio a morte reddat̄ incolume: ut mūdus ſcꝺm Platonē. Qua etiā ratione aliquid agitari dupliciter dicit̄: Nā & de eo accipi ſolet: qꝺ ex quo principio eſſe cœperit: ſemper mouet̄: ut mūdus: & qꝺ ſem per & eſt & mouet̄: ut animus. Nec ſane ulla poſſum ratiōe aſſequi; quid illos mouerit: qui omnē animū uoluerunt una cū corpore in terire. Nam ſi ita foret: & mundus iampridē & quæ in mundo ſunt: oīa periſſent. Sed quo pacto mundi animū immortalē dixerunt: hominis aūt mortalē: cum & principiū uterqꝫ motiōis ſit: & uterqꝫ uiuat a ſeipſo: & eadē eodē attingat modo: quippe qui intelligat & quæ in cælo ſunt: & quæ ſunt ultra cælū: & quicquid eſt ſcꝺm eſſen tiam: quærat aſcendatqꝫ ad primū uſqꝫ principiū. Itaqꝫ cōtempla

Plotinus

tio ſcꝺm Plotinum: quæ ab ipſo fit: ex ijs quæ in ipſo admirabilia ſunt: & ex unoquoqꝫ quod in ipſo eſt: & quod eſt ex Academica re cordatione: etiā ante tempus ipſa dat eſſe. Et qm̄ perpetuis anim⁹ ſciētijs utit̄: perpetuus quoqꝫ neceſſario ipſe eſt. Ad hæc quicquid accepta cōpoſitione perficit̄ ut ſit: id idētidem natura diſſoluit: ut eſt compoſitum. At animus una eſt & ſimplex agilitas in uidendo ſcꝺm naturā. Non igit̄ hoc pacto corrumpi poteſt. Præterea cum animus nō ſit corpulentū quiddā: nec habeat quantitatē: etiā ubi ſeparet̄ a corpore: diſſipari delerīqꝫ nō poteſt. Nū fortaſſis in aliud tranſmutatus corrumpat̄? At huiuſmodi trāſmutatiōis corruptio aufert formā: materiā dimittit. Hoc autē eſt cōpoſitæ rei paſſio. Si animus igit̄ ſcꝺm hoꝝ aliquod genus corrumpi nequit: is eſt ne ceſſario īmortalis. Hanc aūt īmortalitatē animi humani cum alijs

Ariſtoteles

multis in locis probat Ariſtoteles: tum etiā in libro ſecundo de ani maliū generatione uerbis huiuſmodi: Oēs animi neceſſario ſunt uirtute prius ꝙ actu. Neceſſe etiā eſt aut omnes nō eſſe prius & fie ri: aut oēs antea exiſtere. Vel alios eſſe antea: alios non eſſe. Ac fieri aut in materia & nō ingredi in maris ſemine: aut in materia uenire a ſemine quidē ſed in mare: aut extrinſecus fieri oēs: aut nullum: aut alios fieri: alios nō fieri. Quod fieri igitur nequaquā poſſit: ut

animi omnes prius exiſtāt:patet ex huiuſmodi ratiōibus.Quorū/
cunq; eṁ principioꝝ corporalis ſcilicet eſt opatio: hæc antea exiſte
re ſine corpore minime poſſunt:ut incedere ſine pedibus. Quo fit
ut animi extrinſecus ingredi nequeāt:Neq; eṁ fieri poteſt ut ipſi ꝑ
ſeſe q ſeparari nō poſſunt ingrediant̃:Nec item ī corporeo ſemine:
Eſt eṁ ſemē ſuperfluitas īmutati alimēti.Relinquit̃ ergo mentē ſo/
lam extrinſecus aduenientē ingredi:& eandē ſolā eſſe diuinā.Nihil
eṁ cum eius agilitate habet cōmune operatio corpalis.Omis igit̃
uis animi uidet̃ alius corporis eſſe particeps:& eius quidē diuinio/
ris q̃ illa ſunt corpora quæ uocant̃ elemēta.Si auctoritatibus tm̃
inniti nos oporteret:afferrē alios plæroſq; nobilis ſpectatoſq; phi
loſophos:qui ſola grauitate nihil cōtradici poſſe cōuincerēt. Quis
eſt eṁ uſq;adeo hebeti obtuſoq; ingenio:qui ſuiipſius diſcrimē ha
beat nullū:qui nō intelligat propriā animi humani perfectionē id
eſſe quod incorruptibile ſit? At propria huiuſmodi animi operatio
intelligere eſt. Ea eṁ hominis & pecudibus præſtat & ſtirpibus &
inanimis: Sed intelligere ſcd'm uim ꝓpriæ naturæ uniuerſaliū eſt:
& eoꝝ quæ corrumpi non poſſunt. Sed cū oīs perfectio ad ſuū per/
fectibile neceſſario ꝓportionē habeat:reliquit̃ animū humanū in/
teritui nō eſſe ſubiectū.Mentalis inq; animus īmortalis eſt & ſem/
piternus.Et ne id quidē mirū.Nā ſi ea ꝑte quæ nobis ē cōmunis cū
belluis:corrūpimur atq; interimus:qs ambigat ea nos ꝑte incorru
ptos īmortaliſq; futuros: quā ad dei imaginē ſilitudinēq; creati cō
munē habemus cū cæleſtibus illis uel mētibus uel angelis quos ap
pellāt? Præſertim qd' neceſſe ſit ea ſubſtātias habere cōmunis qui/
bus opera ſunt cōmunia. Sed hominū aīos ita ſupremā cōtempla/
ri:æternāq; ueritatē ut angelos:qui ignorat ſe hominem eſſe negat.
Hāc certe uim mētis ſolā dicit Ariſtoteles in iis libris:quos de Aīa Ariſtoteles
reliquit ſcriptos:a ui ſenſitiua ita ſeparari:quēadmodū qd' perpe/
tuū eſt ab eo qd' ſit corruptibile. Et eſt huiuſmodi ſane anim⁹ ui/
ua quædā imago dei:quē iccirco ad ſuā creauit ſimilitudinē:ut ꝓ/
ximus ſibi quodā pacto in ſuo genere īmortalis etiā ſecū foret.Vt
eṁ ſcriptū eſt in libro Sapiētiæ: Incorruptio facit ꝓximū deo.Pro Sapiē.6.
pterea inquit:per hanc habeo immortalitatē.Præterea ſi deus ipſe
dumtaxat animi humani & cōditor eſt & creator:a quo alio q̃ ab
deo is perimi poteſt:quēadmodū de angelis affirmam⁹:quos nul/
la interimit uis naturæ? Nam quicquid eſt natura corruptibile: id
naturalib⁹ cōſtat cauſis:at animū deus naturæ cauſis nō ſubiecit:
Id qd' in Timæo etiā docet Plato. Recte igit̃ in euāgelio præcipit̃: Plato
eum timere:qui poſteaq; occiderit:poteſtatē habet mittere in ge/ Matthei.10.

hennam ignis animãq; & corpuſ ibi perdere. Atq; illud quoq; perſpicuum eſt ſi animus interiret: ex eo effici nihil poſſet: At quicquid eſt naturali cauſa uiq; generatũ nunq; perit: quin inde aliquid producat: ut ignis ubi ligna cõcremarit: & carbones ex lignis: & cinerẽ & uapores flãmeos efficit. Quo fit: ut nihil arte pereat: quin aliqd inde ſit reliquũ. Id autẽ de aĩo dici nequit: Is eñ ſi pereat: relinquitur nihil oĩno. Videmus inſuper uirtutẽ omnẽ inſtrumentalẽ debilitari in ipſius inſtrumẽti debilitate: eandẽq; perire ubi pereat inſtrumẽtũ. Ita oculis auribuſue debilitat: audiẽdi ac uidẽdi uirt⁹ debilitat: eadẽq; perit: cũ ea pereũt inſtrumẽta. De mẽtali aũt ui accidit mlto ſec⁹. Nunq; eñ neq; debilitat: neq; perit ex cuiuſq; inſtrumẽti uel amiſſiõe uel debilitate: etiã ſi qñq; eius agilitas ob imaginandi uim interceptã ceſſare uideat. Nec itẽ illud ignorat quiſq;: q oĩno ſtultus nõ ſit: Quicquid forma utit infinita ac nullis terminis circũſcripta: id corporeũ eſſe nõ poſſe: cum oĩe corporeum formã habeat & finitã & ſuis terminis circumſcriptã. At uniuerſale ui multiplicatiõis dicimus infinitum: quodq; neq; ſit terminatũ communitate: neq; finitum quantitate. At mens cũ in intelligendo huiuſmodi formã habeat ipſum uniuerſale: relinquit eam eſſe & ſimplicem & ſeparatã: ac ob eam rationẽ etiã ĩmortalem. Nam quid ſim longior in animoꝝ noſtroꝝ probanda ĩmortalitate: quæ illoꝝ dumtaxat mentes nõ capit: qui aut ſtulti ſunt: & ita ſimiles iumentoꝝ: aut ſcelerati & impij: atq; proinde ĩmanes: adeo ut diuinã uim quoq; negẽt oĩno. Haud eñ ſcio quid Epicharmus ille comicus ſibi uoluerit: cum ait: Homo & concretum eſt quiddã: & diſcretũ: atq; abit: unde uenit rurſus terra in terram: ſpiritus autem ſurſum. Quid horum triſte: Nihil. At ego ita hominem eſſe concretum arbitror: ut & animo affirmẽ immortali conſtare: & corpore interitui debito: quippe q compoſitum ſit ex quattuor elementis: proportione quadã non arithmetica: neq; geometrica: ſed muſica potius: Quæ tantã uim habet in uiui hominis corpore: ut animũ Ariſtotelis diſcipulus Ariſtoxen⁹ nõ dubitarit harmoniã eſſe: definire. Sed animus qui uitam dat corpori: & id ſua præſentia regit atq; moderatur: aliud nihil eſt mea quidem ſententia q creata ſubſtantia ſpiritalis ſimplex: ratiõis intellectuſq; particeps: quæ ſeipſam mouẽs: naturale inſtrumentaleq; corpus tamdiu afficit ea ui: quæ & uitalis eſt: & ſenſibilia admittit: quo ad eorum natura capax elementalem conuenientiam ſeruat. Huiuſmodi inq; animũ æternus: & immortalis deus immortalem creando infundit in corpus humanũ: & infundendo creat. Quam animorum immortalitatem ut indu

Epicharmus

Ariſtoxenus

Harmonia

Animi definitio

Probatio ex cõmuni hominũ opinione

bitatô credam: ſi nullam etiam rationem afferre noſſem: quæ ſunt prope infinitæ: non probabiles ſolum: ſed etiam neceſſariæ: communis tamen ipſe populorum omniũ ac gentium nationumq; con ſenſus: qui eſt quædam ueluti firmiſſima lex naturæ: eam mihi ante oculos poneret. Quã enim audiuimus unq̃: aut legimus uel barbaram multitudinem: quæ futura ſæcula nihil ad ſe pertinere opinaretur: quæ parentalia negligeret: quæ minus & orationes: & ſacrificia pro ijs faceret extinctis: quos uiuos chariſſimos habuiſſet?

Quid enim illorum afferam teſtimonia: qui uel in Italica ab uſq; Pythagora: qui Pherecyden Syrium audiuerat: uel in Ionica philoſophia: cui principium dedit Thales mileſius: uiri eruditiſſimi & grauiſſimi floruerunt? Qui uero inter Arabas habiti ſunt illuſtres acutiſſimiq; philoſophi: Auerrhus: Auicenna: Algaçel: Iſahac: Alpetragoras: q̃ multis: q̃ uarijs: q̃ ſubtilibus: q̃ ueris docuerint rationibus eſſe hominum animos immortalis: ſit difficile numeratu. Nec illud paruum eſt documentum permanſuros animos poſt corporis ſeparationẽ: quod & boni & mali angeli nonnunq̃ apparẽt: hi ad malas actiones: illi ad bonas homines adhortantes: qđ nunquam facerẽt: niſi noſſent quaſdam eſſe paratas ſedes animis mortuorum & ad præmia & ad pœnas. Sed qđ oẽm ſuperat ueritatẽ: habemus & uetus & nouũ teſtamẽtũ: ac reliquos ſacros libros: quibus q̃ diligentiſſime erudimur: non ſolum uiuere nos poſt obitum: uerumetiam cum corporibus una reſurrecturos aliquando: id quod magi quoq; antiquiſſimi Perſarum philoſophi conſtantiſſime aſſerunt. At uidete obſecro: quantam ego tribuam auctoritati atq; ſapiẽtiæ unius Franciſci Sphortiæ: cuius hæc agimus parentalia? Si nullæ poſſent ratiões afferri: quibus hominum animi immortales eſſe demonſtrarentur: ſi nulli gentium omnium nationumq; conſenſus: ſi nullæ eſſentiarum inuiſibilium apparitiones: ſi grauiora nulla teſtimonia quirent adduci: ſola illius diuini principis uita laudatiſſimiq; mores: ut id ſine ulla controuerſia credere ſatĩ ſupq; præſtarẽt. Quo eñ pacto ſe ab oĩ iniuria: ab oĩ abſtinuiſſet maleficio: ſi futuꝝ iudicaſſet: ut mors totius hoĩs eſſet interit⁹? Quot fugit & uoluptates & emolumẽta honeſtatĩ grã? Quot labores periculaq; ſuſcepit: ne qua turpitudiniſ cuiuſq; ſuſpitione ſe inquinaret? Duxerat olim uxorẽ in Calabris natus ãnos ſeptẽ ac decẽ: nobiliſſimã pulcherrimãq; uirginẽ Polyxenã Rufam: cui Mõtis alti comitatus cũ oppidis pluribus municipijſq; parebat. Ex hac ſuſceperat iam puellulã: cum abſens ad patrẽ Sphortiã certior factus eſt: & filiã infantulã primũ: dein intra paucos dies Polyxenã

Probatio ab auctoritate Italica philoſophia
Pythagoras
Pherecydes
Ionica philoſophia
Thales
Arabes
Auerrhus
Auicenna
Algaçel
Iſahac
Alpetragoras
Probatio ab apparitiõib⁹ ſpirituum
Probatio a ſacris libris
Philoſophi
Magi
Probatio a frãciſco Sphortia uita atq; moribus
Polyxẽa rufa
Mons altus

quoqꝫ uxorẽ ueneno a matertera eſſe interemptã. Reuertit̃ in Cala
bros. Rẽ ita habere reperit: ut acceperat. Nã impia illa mulier ut &
comitatu Montis alti & ſororis filiæ Polyxenæ cæteris bonis om̃i
bus hæreditario iure potiret̃: tanto ſe cõtaminarat ſcelere. Non mi
lites Sphortiani ſolũ: ſed ij oẽs Calabri qbus Polyxena præfuerat
hortant̃ adoleſcentẽ: ac profuſiſſimis lachrymiſ obteſtant̃: ut ultio
ne ſumpta de ſceleratiſſima muliere & interemptæ uxoris: & ei⁹ ma
terteræ dominatũ oẽm: id qđ facillimũ factu erat ſibi uendicet: Cũ
is nõ religioſe minus q̃ grauiter ita rñdit: Et ſi nõ ignoro qđ mun⁹
iuſticiæ eſt humanæ: malo tñ quod dei eſt ſequi q̃ quod hoĩs. Scri
Deut.32. ptũ eſt em̃: Mihi uindictã & ego retribuã. Neqꝫ illud præclaræ cõti
nentiæ argumentũ ſilendũ eſt. Quo tp̃e Franciſcus Sphortia bellũ
Florentini gerebat pro Florẽtinis: aduerſus Lucẽſes: Pontito municipio ui ca
Lucenſes pto direptoqꝫ: inter mulieꝝ militarẽ contumeliã (ut fit) puella quæ
Pontitũ dã elegãti forma quinqꝫ ac decẽ annos nata trahebat̃ a militũ glo
bo ad ludibriũ ſtupri: cũ uociferãſ illa imperatori ſe dedendã preca
bat̃. Imperatori em̃ ſuã deberi uirginitatẽ. Itaqꝫ metu perculſi mili
tes hãc ad illũ adducũt: q re intellecta idqꝫ illa hilari uultu corã af
firmãte: hic ut & iuuenis & corporis temperamẽto procliuis in ue
nerẽ: & qui nõdum Blancã duxiſſet uxorẽ: nõ detrectat mun⁹. Cũ
uero tempeſtiue uirgine in lectũ adducta iã haſtæ inhixus ueneræ
uoluptatis foret uulnus ultimũ illaturuſ: ſubito uoce flæbili inquit
uirgo: Ego te mi optime imperator oro atqꝫ obſecro per hãc impol
lutã Mariã uirginẽ: cuius ſacratiſſimã imaginẽ hic depictã aſpicis:
(Erat em̃ in proximo appẽſo pariete quædã tabula: qua Mariæ uir
ginis imago repræſentabat̃) ne mihi meã uirginitatem eripias: ſed
meo me ſponſo qui aſſeruat̃ inter captiuos relinquas intactã. Qui
bus auditis: cõtinuo Frãciſcus Sphortia compreſſã ui om̃i ueneręi
appetit⁹ & illã dimiſit intactã: & eius ſpõſum ꝓpulchre donatũ car
cere liberauit. Oh mirabilẽ atqꝫ in hanc diẽ inauditã ſummi uiri cõ
tinentiã: longe mihi profecto unũ hoc Frãciſci Sphortiæ nõ cõtinẽ
Africanus ſu tiæ ſolũ: ſed religionis & pietatis exemplũ maius illuſtriuſqꝫ uidet̃:
perior q̃ quod de Africano ſuperiore proditũ eſt memoriæ: qui ne uenire
Indibilis quidẽ in cõſpectũ ſuũ ſit paſſus puellã Indibili deſponſatã: cũ tñ il
Rubicona lum dixiſſe cõſtat: Equidẽ ea uterer ſi ſerua eſſet & nõ libera. Quis
Nicola⁹ pici. nõ eã iuſticiæ laudẽ admiret̃: qua eſt uſus ad Rubiconã: Nicolaus
Veneti Picininus q̃ tempeſtate Venetos uæhemẽtius premeret: ut in agrũ
iã uſqꝫ Patauinũ multis oppidis: & Brixianis: & Veronenſibus: &
Vicentinis in deditionẽ actis oĩa circũquaqꝫ bellico more uaſtaren
Picentes tur: ueniẽs Frãciſcus Sphortia ex Picẽtibus ut Venetis ꝓ ſtipendij

ſocietatiſq̧ iure auxiliū ferret in ſummis difficultatibus: ad Rubi/
cona ſtatiua poſuerat: cū ex urbe Foro liuio noctu ciuis cuiuſdā fa/ Forū liuiū
mulus ad eū uenit: pollicitus illā ſe urbē ſine ullo prorſus diſcrimi/
ne ei traditurū: & q̄ pacto id facturus eſſet edocuit. Cui cū rn̄diſſet
imperator: nō eo ſe adueniſſe: quo perfido cuiq̧ eſſet adiutor: iuſſit
hominē cōprehendi ilico eūq̧ artius uinctū intra portas uſq; Forī
liuij agendū curauit: quē re omi diligenter expoſita ciuibus ad ſup
pliciū tradidit: Imitatus is quidē: tum Camillū in faliſcis aduerſus Camillus
magiſtrū ludi: tum. G. Fabriciū aduerſus medicum regis Epirotarū G. Fabricius
Pyrrhi. Poſſem huiuſmodi exempla iuſticiæ ſummæq̧ uirtutis ꝓ/
pe infinita in medium afferre. Sed alijs duobus tribuſue cōtenti ſi/
mus. Non eīn parētalia celebrātes hiſtoriā receſemus. Accepta in/ Carauaginm
genti illa ad Carauagiū memorabiliq̧ clade: cum Veneti rebꝰ ſuis Veneti
iam deſperarent: ij qui Mediolani factioſi ciues per id tp̄is ſummæ Mediolanū
reipublicæ ſorte præerāt: Frāciſci Sphortiæ oēm & ꝟtutē & gloriā:
ut erant animi iudicio hulcerato: uertentes in perniciē ſuā: clam cœ
perūt per Henericum Panicarolā uirum callidum & induſtriū: qui Henericus pa/
mercaturā Venetijs exercebat: de pace cum Venetis agere: ea cōdi/ nicarola
tione ut Frāciſcum unū Sphortiā ex hac Gallia Ciſalpina omino Gallia ciſalpi/
extruderēt: & ipſi certa inter ſe lege quas ille urbis & oppida poſſi/ na
debat diuiderēt. At Veneti q̄q̄ intelligebāt nihil tutum ſibi futurū
cum ciuitate factiōibus diſſidenti: tn̄ quia intelligerēt oēm Medio/
lanenſium cum ſuo duce diſcordiā ſibi nō poſſe nō prodeſſe: rē ue/
luti probare: & uana cōſilia uerbis alere operāq̧ dare: ut eæ oēs in/
ſidiæ ad Franciſcū Sphortiā perferrent: qui etiā ipſe iampridē oīa
per nonnullos optimos ciuis ex Mediolano antea didicerat: diſſi/
mulabat tn̄ futurū ſperans ut improborū animi præclaris ſuis inte/
gerrimiſq̧ operibus flecterent ad ſanitatēq; redirēt. Sed ubi uidet
in dies magis atq̧ magis res ſuas apud Mediolanēſes habere peri/
culoſius: & Brixiā quā iam eſſet in deditionē recepturus e manibꝰ
ſibi eripi Mediolanenſium ad Brixianos litteris quæ ne id facerēt:
qm̄ propediē cū Venetis forent fœdera percuſſuri: ſuadebāt: ea co/
actus neceſſitate ne & ipſe & Mediolanēſes una perirent: ſocietatē
init cū Venetis ea cōditione: ut ſeruato fœdere qđ Philippus Ma/ Philippus ma
ria ſocer Ferrariæ paucis diebus prius q̄ uita excederet cū illis per ria
cuſſerat: ſibi auxilio forent: & equitibus quattuor milibus: & pedi Ferraria
tibus duobuſ milibus: & aureis nūmis terniſdenis milibꝰ in mēſes
ſingulos: donec omi Mediolanēſiū ditione quæ Philippi ſoceri fue
rat: potiret. His humano atq̧ diuino iure ſanctiſſime cōſtitutis at/
q̧ firmatis: cū Franciſcus Sphortia municipia & caſtella oīa quæ

ex Bergomēſi agro atq; Brixiano nup̄ abſtulerat: reſtituiſſet Vene-
Chrema tis: & Chremā præterea ex illo Ferrarienſi cū duce Philippo fœde-
Philipp⁹ dux re traditurus prope diem foret: atq; Veneti contra annum iam inte
grū quæ conuenerāt ꝙ abſolutiſſime obſeruaſſent: eo iam res erat
adducta: ut Mediolanenſes diutius tanti belli molem tolerare non
poſſent: præſertim cū inteſtinis ſeditionibus fluctuarēt: & boni oēs
nobiliſſimiq; ciues eā popularē tyrannida iuxta atq; infœliciſſimū
auſpicium ꝙ ærumnoſiſſime ferrent. Tum Veneti cœpere conſiliū
eius ſoluendæ ſocietatis auxiliiq; ferendi Mediolanenſibus contra
Franciſcum Sphortiam: ubi minus ipſe ꝙ primū & a bello deſiſte-
Padus ret: & quicquid intra Padum: Ticinum atq; Adduam Mediolanē-
Ticinus ſibus bello abſtuliſſet: iis reſtitueret. Quæ ratio ſenatus Veneti gra
Addua uitatem a propoſito mouerit: nō ſatis compertū eſt. Alii dicūt eos
Fredericus rex noluiſſe diutius tantam ſine ullo emolumento impēſam ferre: Alii
Carolus rex qđ uitio ſibi dari: & a Frederico rege Romanoꝝ: & a Francoꝝ rege
Alphōſus rex Carolo: & ab Alphonſo rege grauiter ducerēt: qđ qui libertatem
uni omniū amplecti maxime tueriq; deberēt: ii urbem quæ libera
eſſe uellet: ad ſeruiendū cogerēt. Suntq; præterea q aſſerant illos ſi-
bi ut uiros prudētiſſimos metuiſſe: ne Franciſcus Sphortia ubi uo-
to potitus eſſet tantis auctus elatuſq; uirib⁹ uictricia in ſe arma cō-
uerteret. Qui decretū hoc edictūq; Franciſco Sphortiæ nunciarēt:
Paſchalis ma lecti iam fuerāt duo: Paſchalis Maliperius & Vrſatus Iuſtinianus:
lipperius hiq; iam in itinere eſſe ferebant: cum Carolus Gonçaga uir ſtrenu⁹
Vrſatus iuſti- ac fortis ducem hortat̄ huiuſmodi fere uerbis: Quæ Veneti decre-
nianus uerint: tenes: quid igit̄ cunctamur? Sine ipſe Bartholomæū hunc
Bartholomæ- collionē ac reliquas Venetoꝝ auxiliar̄ copias quæ hic prope apud
us collio nos ſunt: de improuiſo adoriar. Facile eīm opprimā uertāq; in præ-
Carolus Gon dam. Idem tuipſe facito de cæteris Venetoꝝ uiribus: quæ Chremā
çaga obſident. Et hoc pacto eadē hora tum Mediolanenſiū peruicaciā:
tum Venetoꝝ inſidias una uiceris. Ad quæ nobiliſſimus impera-
tor ita reſpondit. Doleo equidē Carole & uæhemēter profecto: qđ
me Venetoꝝ ſocietate quos & amaui ſemper: & feci plurimi ita pri
uatum iri intelligā: ut quos ob maxima utrinq; data acceptaq; be-
neficia amiciſſimos ſemper oportuit: hoſtes ſim habiturus. Cæteꝝ
utrūq; res habeat: malo illos iniuriaꝝ ꝙ me & eſſe & haberi aucto
res. Deus eſt cunctis hominū uiribus longiſſime ſuperior. Huius
ego fretus auxilio metuo neminē. Quare nihil prorſus qđ me de-
deceat: ſum facturus. Quæ cum dixiſſet: curauit ilico: ut legatis Ve
Chrema netoꝝ Chrema traderet. Id eīm per ipſum Carolum cuius magnæ
militū manus præſidio erat Chremæ: uel Chremēſibus inuitis effi

cit. Nam ꝙ antea fuerat per Philippū ſocerꝝ Ferrarienſi fœdere conſtitutum: & ipſe poſtea cōfirmarat: uoluit ratum eſſet: ne quid ab ſe factum uideret iniuſte. Neq; minore ſe animi uel magnitudine uel clæmētia geſſit: poſteaq̄ rerū Mediolanenſiū eſt potitus. Nam ubi poſt acceptā Franciſci Sphortiæ beneficio Chremā Veneti decreto ſunt uſi: atq; is ſuo dumtaxat marte & incredibili ſapientia ſuis cœptis deeſſet nunq̄: Tandē poſt annū a Mediolanēſi republica ꝓſtratis atq; compreſſis ſceleratorꝝ quorūdam ciuium nefarijs conatibus: ultro eſt ad urbis & totius regni gubernacula una cum uxore ipſa muliere & ſancta & pia Blanca Maria: ſummis etiā cum precibus accerſitus: q̄ ſeſe modeſte moderateq; geſſerit: auditote quæſo. Vt uniuerſa urbs in ſex partis diſtributa eſt: quas portas appellant: oratores duodecim lecti ſunt bini pro ſingulis portis. Tertiuſdecimus lectus eſt publico decreto Franciſcus Philelfus: ſiue id linguæ dicendiq; beneficio factum fuerit: ſiue ꝙ hunc exiſtimarint imperatori eſſe pergratum: ut qui non metuerit in ſumma gladiorum impunitate duas ad populum acerrimas habere orationes in teterrimos illos immaniſq; tyrannos: qui diuina omnia humanaq; iura uexarent atq; confunderēt: & id quidem in ſacratiſſimo hoc templo in maxima omni magiſtratuum ordinūq; frequentia. Hic igiẽ cum nomine Mediolanenſis reipublicæ ſolus ex omnibus oratoribus: quemadmodum a publicis Magiſtratibus Mediolani conſtitutum fuerat: orationem ad Franciſcum Sphortiam: qui adhuc ſe Moguntiæ cōtinebat: habuiſſet: quā magis potuiſſet ad perſuadēdum accōmodatam: ut pro immortalium ſuarū uirtutum meritis pro tot tamq; multarum rerum geſtarum gloria ſi uellet uniuerſis ciuibus rem facere gratam & periucundam: triūphali curru urbem ingrederetur more maiorum. Ad hæc ille ut erat unus omniū ingenio & miti & uerecūdo & graui: locutus de ſe pauca & mira cū modeſtia: Abſit inquit: ut ego in patriam meā tam liberaliter ueluti reuocatus triūphans ingrediar. Quod ſi me cupitis pro benignitate ueſtra maxime honoratum: operam date ut omnia pacata inter uos eſſe offendam. Ceſſent ciuiles omnes diſcordiæ: extinguantur omnia odiorum incendia: iniuriæ omnes mea gratia condonentur. Quod ut etiā ipſi & priuatim faciatis & publice: ego primus quicquid eſt aduerſus me meoſque perpetratum: aut iniuſte: aut peruicaciter: non ignoſco ſolum: ſed omnes rogo atq; oro: ut ſempiterna id obliuione ex animo deleatis: Mecumq; in poſterum ita mutuis certetis officijs: ut & uinci & uincere æque ſit dulce. Ita diuinus ille princeps locutus eſt. Et quæ locutus eſt: re ipſa præſtitit.

Blanca Maria

Franciſcus Philelfus

Quo factū eſt: ut & oīs ciuiles diſcordias e medio ſuſtulerit: & ulci/
ſcēdi flāmas oīs extinxerit: & inimicos oīs reddiderit ſibi amiciſſi/
mos: adeo ut eius obitū non ſecus doluerint ac parentis. Sed qua
poſtremo animi æquabilitate ſe geſſit cū Venetis: q̄ āno tertio poſt
Philipp⁹ dux acceptū ſoceri Philippi imperiū: pacatis trāquilliſq; rebus omibus
Alphōſus rex ubi cōſpiraſſent cū Alphōſo rege: maiore hūc belli apparatu ador/
Florentini ti ſunt: Quos uni Frācīſco Sphortiæ nō reddiderāt: aut hoſtes: aut
Coſmus me/dices inimicos alios apertos: occultos alios: Florētini ſoli iuſticiæ parteſ
tutati ſunt: q̄ auctore Coſmo medice infracto aīo uiro atq; ſapiēti
nullā impenſe molē: nullū bellicæ fortunæ periculū recuſarūt: quo
illi optimo iuſtiſſimoq; principi bene pſpectū eſſet. Cum ſemp de⁹
optimus maximus: tū eo potiſſimū tpe luce clarius oſtēdit ſibi nō
eſſe neglectui uiros bonos & innocētis. Veneti em̄ q̄ nullo iure alie/
nū appetebāt imperiū: ſuū pene amiſere. Nam præter has duas ur/
Bergomum bis Bergomū ac Brixiā & oppidū unū Chremā: oīa quæ in Gallia
Brixia Ciſalpina poſſiderāt iamdiu intra paucos mēſes ſub uniuſ Frācīſci
Chrema Sphortiæ ditionē ultro atq; alacriter deuenerūt. Idēq; & Brixiani
Bartholo/ & Bergomēſes Chremenſeſq; feciſſent: niſi Bartholomæus collio
mæus collio uſus ea qua ſemp fide cōſueuit: in medio uincēdi curſu ad Venetos
defeciſſet. Qua ipſa in re bonitas etiā noſtri principis prætereunda
hoc loco certe non eſt. Didicerat Bartholomæū corruptū pecuniæ
magnitudine: fugā parare ad Venetos: amici & familiares oēs hor
tabant̄ imperatorē: ut illū caperet: ne tanta de hoſte uictoria iā fere
parta per unius hominis perfidiā impediret̄. Idq; ſe facile effecturū
Alexander Alexāder Sphortia frater uir ingenio promptus & intrepidus & in
Sphortia duſtrius cōſtāter recipiebat. Tum Frācīſcus: Nolite me inquit mei
Sena gallica obliuiſci: ut ei male faciā: quē effecerim maximis bñficijs. Nā & Se
Philip. dux næ gallicæ cū eſſet p Philippo ſocero: & ego me p id tpis cōtinerē
Hæſis Hæſi: audiēs eū præmi nō mediocri inopia: octo milib⁹ nummū au
reū ei⁹ inopiæ cōſului: q̄s reddidit mihi nunq̄: & mortuo Philippo
Moguncia ſocero: ab q̄ qa clā ſentiret cū Venetis: fuerat Moguncīæ cōiectus ī
teterrimū illū carcerē: quē nomināt furnū: mea eſt opera miſeria il/
la omi liberatus: reſtitutis etiā oībus eiuſ & bonis & pecunijs: quæ
in Ticinēſi arce quā ego iā poſſidebā: ab ipſius uſq; captiuitate ſer/
uabant̄. Meaq; dein q̄; factū eſt opera atq; ſponſione: ut a republi
ca Mediolanēſiū cōduceret̄ ſtipēdio & amplo & honorifico. A qui/
bus cū nō multo poſt trāſfugiſſet ad Venetos cōtempta omi fidei
ſanctitate quā Mediolanenſib⁹ ſponſoriq; dediſſet: nō deſtiti tñ ad
poſtremū ut uidetis eundē hunc fugientē a Venetis: ab quibus ad
ſuppliciū quærebatur: inermem nudūq; excipere: & emolumentis

maximis ac honoribus ꝓſequi. Malo igiꝰ in tantis beneficijs meis rurſus falli a Collione ꝙ rationibus ullis adduci: ut falli ab iſto credã: præſertim ꝙ ea eſt uis diuinæ iuſticiæ ut nullũ ſit neq; malũ impunitũ: neq; bonũ irremuneratũ. Hæc Franciſcus Sphortia & benigne & grauiꝰ. Cæteꝝ quo Bartholomæi auiditati occurreret: ei belli ſummã cõceſſit aduerſus Bergomũ: ꝙ eius rei maxime ille uidebaꝰ cupere. Sed neq; hoc item pacto mederi potuit ingenio auariſſimo ac neq; quo minus cõtempta oĩ hominũ fama deiq; reuerentia: poſt acceptũ grande auri pondus homo unus omniũ ingratiſſimus trãſfugerit ad Venetoſ. Qui ſibi tñ rebuſq; ſuis nihilo eius acceſſione minus metuẽtes de pace per Paulũ Barbũ legatum ſuũ uirum Patriciũ & illuſtrẽ cõtinuo egerunt: quã ipſam princeps moderatiſſimus nõ ſolum nõ recuſauit: ſed ultro etiã caſtella oĩa: municipia oĩa: oppida oĩa: quæ iure belli ſibi uendicarat: Venetis dono ceſſit: quo nihil deeſſet omnino ad perpetuæ pacis ſtabilimentũ ac robur: Imitatꝰ ſane quod ſcriptũ eſt: Pacẽ meã relinquo uobis: pacẽ meã do uobis. Cum eñ delectareꝰ omnẽ per ſe pacari Italiã: nihil per ſeſe deeſſe uoluit ad tollendã oẽm belli nõ materiã modo ſed etiã ſuſpitionẽ. Altius certe animus eius ſuſpiciebat: qui mortalia deſpiceret oĩa: ĩmortalis illius uitæ gloriã beatitudineq; cõtemplans: ad quã ſola iuſticia nos perducit. Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator: inquit Zacharias. Itaq; uenit redemptor humani generis rex Ieſus: ut iuſtiſſimũ noſtrũ principẽ corporeo carcere aliquãdo liberatũ pro ſua iuſticia ſaluũ faceret. Nam ut recte ac uero apud Homeꝝ ait Eumæꝰ: Nõ amat iniuſtos homines qui iuſq; piũq; Ornat honore deus. Haud ſane mortuus ẽ Frãciſcus Sphortia: qui per tam multa tãq; præclara iuſticiæ opera ſe in omnẽ uitã tutatus ẽ: ſed dormit: ut de puella inquit Chriſtus: Reuiuiſcet eñ ac reſurget in gloria nõ hac fragili & inani: quã uanæ hominũ circũferũt auræ: ſed ĩ illa potius quã nulla circũſcriptura ẽ ætas: nulla delatura antiquitas: nullus extincturus interitus. Nũc oĩbus humanæ peregrinationis periculis liber eſt. Iam nuſꝙ deuijs oberrare poteſt anfractibus. Quieſcit iam tandẽ apud creatorẽ ſuũ omni cura ſollicitudineq; ſolutus. Nunc tranquillus: nũc beatus eſt. Nã quid per ĩmortalẽ deũ tantopere doleamus? Lugeanꝰ ſontes: lugeantur flagitioſi: quoꝝ animi ſempiternis ſupplicijs cruciãꝰ. Nam quod eſt cuiq; apud inferos ſuppliciũ metuendũ: qui ſupplicio dignũ nihil in uita geſſerit? Quin potius nunc poſteaꝙ euaſit ex huius uitæ laboribus: quæ ſtimulis & moleſtijs & corporis & animi nunꝙ uacat: fruiꝰ Frãciſcus Sphortia uera incorruptaq; uolupta-

Bergomũ

Paulus barbꝰ

Ioãnis. 14

Zachariæ. 9.

Ieſus

Homerus

Eumæus

Chriſtus

Secũda cauſa

Tertia cauſa

te & gaudio ſempiterno: qñ quidē corā illū & aſpicit & uidet & cō-
templat̄: qui ſolus fons & origo eſt totius fœlicitatis atq; beatitu-
Quarta cauſa dinis. Præterea nec ullus acerbior eſt dolor ī morte: quæ aliud ni-
Ariſtoteles hil eſt q̄ uitæ priuatio in corp̄e atq; abſentia: ut docet Ariſtoteles:
& id quidē ex corruptione proportionis corporeæ. Nam q̄diu ele-
mentoꝶ proportio humanū cōtinet corpus: uita animis illud affi-
cit ac mouet. Ea ſi corrūpat̄: animus ipſe incorruptus diſcedit a cor
pore: morſq; cōtinuo cōſequit̄ ſenſu om̄i penit⁹ ſublato. Quid igit̄
ſtultoꝶ hoīm greges mortē adeo ducunt in malis? Quæ ut mone-
Arceſilaus bat Arceſilaus illuſtris uir Academicus: ut abſēs & expectata ægri
tudinis plurimū ſolet afferre demētibus: ita præſens nemini eſt mo
Quinta cauſa leſta: quippe quæ a perpetuo ſopore quodā differat nihil. Dolere
aūt ex incōmodo proprio hominis eſt: qui nō tam alteꝶ amet q̄ ſe
ipſum: quiq; a fœneratore differat nihil. Qui em̄ ex amiſſione cō-
modi qđ ſperabat: dolet mortē alterius: gauderet is certe ſi ex eius
uita incōmodū meruiſſet: q̄q; ſapientiſſimus ille princeps a nobis
abijt: ita bene atq; moderate cōpoſitis rebus ſuis uniuerſoq; impe-
rio: ut ſiquid nobis dolendū eſt: illud ſit ſane: qđ in unius illius obi
tu īnumerabiliū comitatu uirtutū orbati ſumus. Sed eo principes
probatiſſimi ueſtra futura illuſtrior eſt laus: ſi annitemini ut nulla
uideamini illi bonitate diſſimiles. Ad hæreditatem ſuccedere fortu
næ eſt beneficiū: ſed eā reꝶ geſtaꝶ gloria propagare ueſtræ uirtutis
Alexāder rex propriū eſt munus: quaſi nō pluris faciundus ſit Alexander Mace
Philippus rex do: qđ ad ultimas uſq; terraꝶ mœtas imperiū propagarit: q̄ qđ
Philippi patris regnū acceperit. Nos aūt qui ſub ueſtra ditiōe uitā
acturi ſumus: eo feremus moderatius illius abſentiæ deſideriū: qm̄
ante oculos ponētes quæ a uobis recte & cū laude geſta fuerint: pa
trē optimū ī liberis uobis optimis uiuere exiſtimabim⁹: & ita nihil
Sexta cauſa ex ei⁹ morte nobis eſſe incōmodatū. Nec em̄ mors ī malis habēda
eſt: quæ cōſtituta oībus ē natura: nec uitā tollit: ſed cōmutat corru-
ptibilē hanc atq; ærumnoſā in ſimplicē illā & ſecurā & ſempiternā.
Pythagorei Prætea qđ Pythagorei monēt: nō abſurdū fortaſſe fuerit audire:
Quos diuina homini dederit fortuna labores:
Quæ tibi ſors fuerit: capito neq; ferto moleſte.
Anaxagoras Cui etiā ipſi ſentētiæ aſtipulat̄ prudēter Anaxagoræ diſcipulus
Euripides Euripides ille tragicus: cum ait:
Caſus ſiniſtros qui bene tulerit: mihi
Vir optimus uidet̄: ac ſapiēs quidem.
Qꝫq; ſi recte rem ipſam interpretemur: neq; illi grauius: neq; nobis
inopinatū quicq̄ accidit. Nam q̄diu erat peregrinādū in huius ui-

tæ humanæ ſalebris? Aduena ego ſum apud te in terra: dicebat Da ꝑs.38.
uid: & peregrinus ſicuti oẽs patres mei. Siue em̃ mors altiſſimo ſit
ſomno ꝑſimilis: ſiue longæ atqꝫ diuturnæ peregrinationi: ut ait Pla
to: ea certe nõ bona eſſe nõ poteſt: cũ & animi angoribus & labori
bus corporis nos ſoluit oĩo. Ad hæc an ignoram⁹ quo diuturnior
eſt hoĩs uita: eo eſſe calamitati magis obnoxiã? Stultus profecto &
amẽs ille mihi uideri debet: q cõmunis hoĩm caſus: & humanæ ui
tæ fragilitatẽ nõ extimeſcit. Si Cyrus clariſſimus ille rex Perſarum Cyrus rex
poſt tot tãtaſqꝫ uictorias potius etiã Babylone cõtinuo eſſet extin Babylon
ctus: ludibrio Tomyridi nõ fuiſſet. Idem cũ de alijs ꝑmultis & dici Tomyris
& cognoſci poteſt: tum maxime de Gn. Pompeio magno: de. G. Iu Gn. Pompe⁹
lio Cæſare: de Marco Tullio Cicerone ꝑſpicuũ eſt: q ſi iuniores ob magnus
iſſent: inimicoꝝ oculos cladibus ſuis nõ ſatiaſſent. Quid tñ nobis G. Iuli⁹ cæſar
afferre quæat maior annoꝝ numerus: quãdoquidẽ ſi Mathuſalẽ il Marcus Tulli
lius æquaremus ætatẽ: q anno q̃rtodecimo poſt diluuiũ morti cõ us Cicero
ceſſit: cũ annos nouẽ & ſexaginta ſupra nongentos uixiſſet: nihil tñ Mathuſalẽ
ex tanta uitæ lõgitudine nobis aliud ſupeſſet: q̃ꝫ maior ſarcina pec Xerxes
catoꝝ? Xerxes ille inſolẽs & ſupbus: q cũ quinquies decies cẽtenis Helleſpõtus
hoĩm milibus Helleſponto Boſphoroqꝫ cõſtratis: & Atho uelifica Boſphorus
to traiecit in græciã: cũ ex altiore loco ſuũ oẽm cõſpicaret exercitũ: Athos
illachrymaſſe tradit: qm̃ diceret poſt centũ annos ſe ex tanta multi Græcia
tudine uiſurũ neminẽ. Quæ em̃ ulla tp̃is lõgitudo cũ æternitate cõ
tẽdat? Si rõne rẽ malim⁹ q̃ꝫ ullo nr̃o uel cõmodo expẽdere: uel libi
dine: ſatis ſibi Frãciſci Sphortia: ſatis gl̃iæ: ſatis naturæ uixerat: q
tantis & tã multis rebus ſũma geſtis cũ laude: regno pulcherrimo
nõ cõparato ſolũ: ſed etiã ſtabilito ãnos uixerit q̃ttuor & ſexagĩta:
mẽſis ſeptẽ: dieb⁹ q̃ttuordecim: relicto tã fœlici filioꝝ cœtu una cũ
uxore ſpectatiſſima: prudẽtiſſima: optima in tãta Italiæ pace: quã Italia
ipſe peperat ſolus in tãta illuſtriũ ciuitatũ potẽtiſſimorũqꝫ regũ ac
principũ ſocietate & amicitia: q̊s ſuis ſibi maximis deuinxerat bñfi
cijs. Quid aũt mirari quẽqꝫ oportet: ſi naturæ ad cõſtitutã diẽ quã
præterire nõ licebat: debitũ ſoluerit: q natura mortalis erat? Mor
tuus eſt inqꝫ tempeſtiue Franciſcus Sphortia: non minus q̃ꝫ fortu
nate: id quod ex eius natalis Horoſcopo dignoſci etiã licet. Quas Horoſcopus
ob res (ut tandẽ aliquãdo peroremus) quæ mea ſit ſentẽtia: cogno Concluſio ge
ſcite obſecro moderatiſſimi principes. Satis ut opinor modo oſten neraliſ per enu
dimus quæ ĩ hac uita mortaliũ optari cuiqꝫ fœlicitas poteſt: eã ita meratione &
uni Frãciſco Sphortiæ cõtigiſſe: ut fieri maior nulla quiret acceſſio. amplificatio
Nam & animi bonis & corporis unus omniũ polluit maxime. For nem.
tunã habuit ſemꝑ ſplẽdidiſſimis uirtutib⁹ ſuis: adeo in rebus oĩb⁹

ōſequentē:ut ea pro arbitrio uti uideret. Aliud nihil erat reliquū
qđ optaret præter eam beatitudinē quæ nulli fortunæ:nulli corru
ptioni ſubiecta eſt. Hanc illū poſt mortē adeptū eſſe cui ſit ambigē/
dum? Non em̄ ſolū eas uirtutes cōſectatus eſt ſemper dum uixit q/
bus itur:ſed multo etiā ſtudioſius quibus peruenit ad deū. Nā reli
gione:ſanctimonia: pietate nihil apud ſe unq̄ antiquiꝰ eſſe uoluit.
Nō tenebat ſolū:ſed etiā prædicabat diuinā eſſe iuſticiā: qua & iu/
ſti in altera uita pro his laboribus præmia reciperēt: q̊s hic inique
perpeſſi eſſent:& iniuſti pro impijs opibus plecterent. Nullus unq̄
dies illuxit ne belli quidē & inter inſidias hoſtiū: quin genibus nu/
dis humi nixus nō deuotas ac ſupplicis minus q̄ ꝓlixas oratiōes
haberet ad deū. Nunq̄ præterijt dies quo minus religioſis officijs
atq̄ ſacrificijs intereſſet. Idq̄ ab ineunte uſq̄ ætate. Nunq̄ em̄ aut
ineptis ludicris: aut tripudijs & ſaltationibus delectatus eſt:ſed ad
probitatē ſuas om̄is actiōes ad deūq̄ referebat. Eius fide ſanctius
nihil erat: Nemini unq̄ opus negauit miſericordiæ:ne inimicꝭ qdē.
Viros rerum diuinaꝝ peritos nō minus uenerabatur pie: q̄ audie/
**Pius pō. max.** bat libēter. Et ne ſim longior q̄ par eſt: cōuocarat Pius ſecūdus pō
tifex maximus annis ſuperioribus in cōuentū illū Mantuanū prin
cipes om̄is regeſq̄ chriſtianos ad cōſultandū de conſtituēda expe/
**Turci** ditione aduerſus impetū īmanitatēq̄ Turcoꝝ: qui capta iam & di
**Pānonia** repta inferiore Pānonia: Italiæ ueluti portis īminerēt. Cæteri chri/
**Italia** ſtianæ reipublicæ potentatus:& hi quidē pauci miſerunt oratores:
qui aliud nullū præter uerba inania adiumētum afferrēt ad opus
tam piū: tam neceſſariū: tam ſalutare. At ſolus Frāciſcus Sphortia
nō oratores miſit:ſed ipſemet uenit cū uniuerſa aula & illuſtri ſua
illa nobilitate: quæ uniuerſam Romanā curiam illuſtraret. Is inq̄
Frāciſcus ſua illa grauiſſima & maieſtatis plena oratione præſens
corāq̄ pollicitus eſt nō ſolū expoſitū ire facultates om̄is atq̄ uires
ſuas ad propulſandā & profligandā uim oēm conatuſq̄ Turcoꝝ:
ſed iturū etiā ſeſe cū exercitu pro ipſius ſummi pōtificis uoluntate:
neq̄ ullū nō modo imperatoris:ſed ne militis quidē: aut laborem:
aut uitæ periculū omiſſuꝝ pro libertate atq̄ amplificatiōe & ſplē/
dore fidei chriſtianæ. Et dubitabit quiſq̄ de huius pientiſſimi prin/
**Chriſtus** cipis cæleſti beatitudine apud chriſtū: q chriſti opera ꝑ uniuerſam
uitā repræſentarit? Nec em̄ eū mors offendit incautū: qui ſexta fe/
ria nonis Martijs: cuius poſtridie euolauit in cælū: coniectis deuo/
tis tranquilliſq̄ oculis in ſaluatoris imaginē: quā tabula depicta e
regione lecti cōtinebat: Ait miti uoce ac ſupplici: Vis ne domine ita
omino? Fiat ergo uoluntas tua. Quare poſitis lamētis omnibus &

querelis:nõ tam nobis dolendũ eſt ꝙ talẽ principẽ amiſerimus:ꝗ̃
lætandũ ꝙ talẽ habuerimus cuius mirificas ĩmortaliſq; uirtutes
ſi ſemꝑ aĩo uolutabimus:eaſq; apud oẽs quotidie crebris ſermoni
bus uſurpabimus:incredibili profecto mihi credite:uoluptate deti
nebimur. Nam quid tm̃ doloris mors cuiq; poteſt afferre:in q̃ ipſa
nõ ſolũ nulla eſt iuſta lugendi cauſa:ut modo probauimus:ſed etiã
cũ alia plæraq; bona inſunt:tum illud imprimis qđ & uitia ſepelit
(ut inquit Ambroſius)& uirtutes ſuſcitat? Itaq; rectiſſime ſcriptũ Ambroſius
eſt:Moriat̃ aĩa mea in animis iuſtoꝝ. Si Ariſtippus ille Cyrenaic⁹: Ariſtippus
quo hnmanæ uitæ cõſuleret:quicqd auri:quicqd nũmoꝝ habuit:
dicit̃ abiecifſe:nos ut in cælo ſempiterni futuri ſimus:uitã hãc inſta
bilẽ & incertã tantopere tuebimur? Si Menicœus Thebanus:ſi rex Menicœus
Athenaꝝ Codrus:ſi Phileni:ſi Curtius:ſi tres illi Decij pater fili⁹ Codrus
ac nepos:ſi alij nõnulli uiri magni & clari inani ducti gl'ia huiuſmo Phileni
di ſpõte morti ſe dediderũt:nos ut gloriã cæleſtẽ adipiſcamur:mor Curtius
tẽ hanc adeo doleamus:quæ uel naturæ curſu obuenerit: uel dono Decij tres
omĩpotẽtis dei prouidẽtiaq; cõtigerit? Sed ne ſi lõgior fuero: maio
rẽ uobis patres cõſcripti aulíciq; ducales ac reliq nobiliſſimi ciues:
q̃ ad uoſ tandẽ ſolos noſtra ſe cõuertat oratio:acerbiorẽ ex recorda
tiõe illius noſtri amiſſi principis dolorẽ incutiã:cũ om̃e uulnus eo
magis exulcerat̃ atq; recrudeſcit: q̃ attrectat̃ magis: Hoc ego loco
finẽ dicẽdi faciã:ſi unũ illud uos pri⁹ cõmonuero:ꝓpterea eſſe oẽs
reliquias ægritudinis ex animis noſtris radicit⁹ extirpãdas: ꝙ nõ
mõ nõ eſt mortuus Frãciſcus Sphortia:ſed uiuit adhuc: uigetq; ac
ſapit:& in dies magiſ magiſq; adoleſcit:cũ in reliquis ſuis liberis &
ſua præſtanti indole:& ſpe paternæ ꝓbitatis inſignibus:tũ potiſſi-
mũ in excellẽtiſſimo duce noſtro Galeacio Maria:cuius tãtus inge- Galeacius Ma
nij ſplendor:tanta magnitudo animi:tanta orõnis maieſtas:tanta ria dux
in deũ ueneratio:tãta iuſticia:tãta benignitaſ:tm̃ honeſtatꝭ ſtudiũ:
ut certo ſperare iã liceat hũc paternã gloriã oẽm nõ æquaturꝫ mo-
do:ſed etiã nõ ſecus ſuperaturꝫ:ꝗ̃ ab Achille canit̃ Pelleus ſupat⁹. Achilles
Nã de huius matre Blanca Maria regina noſtra:quid attinet plura Pelleus
meminiſſe:cui⁹ innocẽtiſſima uita ſanctiſſimiq; mores apud ipſos Blanca Maria
etiã hoſtis ſunt uenerabiles? Quotiẽs in hos coniecerimus noſtros
oculoſ ac mentẽ cũ noſtræ fidei ſinceræq; pietatꝭ:fungemur officio:
tũ diui Frãciſci Sphortiæ humanitatẽ:beneficentiã:abſolutiſſimaſ Franci. Sphor
q; uirtutes iucũdiſſima cũ animi uoluptate in memoriã reuocabi- tia dux
mus. Nam qđ in me eſt:unũ illud uobis polliceor:promitto:ſpon-
deo:ꝗ̃tum præſtare ingenij potero uirib⁹:ꝗ̃tum lingua reſonare:
ꝗ̃tũ arũdine latine græceq; ſcribẽdo cõſequi:aut oratoria aut poe-

tica facultate: ſemper unus apud me Franciſcus Sphortia memo-rabitur: audietur: legetur: ut non mortuum minus ꝗ̄ uiuū ab uno Franciſco Philelfo & amatum illum & obſeruatum & celebratum præſentem omnes uenturiq̃ cognoſcant.

Hæc quidē oratio habita eſt ab eodē Franciſco Philelfo equite au-ratoq̃ laureatoq̃ poeta ī eccleſia cathedrali Mediolani: die lunæ. vij. Idus Martias: Anno a natali Chriſtiano Milleſimo quadringēteſi moſexageſimoſeptimo.

## Franciſci Philelfi Oratio habita in funere diuæ uiragi-nis Blancæ Mariæ Mediolanenſiū ducis. II

Galeacius Maria

nUnq̄ futurum exiſtimarā: Patres conſcripti: ut noſtro huic inuictiſſimo atq̃ optimo principi Galeacio Mariæ Sphor-tiæ conſolator accederē in luctu tam inopinato: tanq̄ im-maturo clariſſimæ indulgentiſſimæq̃ matris ac uiraginis inclytæ Blācæ Mariæ: q̄ qdē una ex uniuerſo mulieꝝ oīm genere nihil ætas nr̄a pulchriꝰ tulit: nihil illuſtriꝰ: nihil præſtātiꝰ: nihil meliꝰ: nihil ue-nerabilius: nihil deniq̃ ex omni parte perfectiꝰ. Nam & ſi norā illā eſſe natura mortalē: tamen cum mecum ipſe tacitus cogitarē quan-ta foret uitæ continentia: quanta frugalitate: quanta in rebus omi-bus moderatione & ordine: minime profecto dubitare poterā ho-mo ſeptuagenarius iam & amplius me nunq̄ eius funeri interfutu-rum: quæ nondum abſoluiſſet ætatis annū quartum & quadrage-ſimum. Sed inanis eſt prorſus atq̃ irridenda noſtra omis humana prudētia: ut uelimus nobis certi quicq̄: incerti ue polliceri: qui qua hominis parte mortales ſumus omi mutabilitati: infirmitati: cor-ruptioni ſubiaceamus. Itaq̃ non poſſum non miſereri & humanæ conditionis: & ipſius mei: qui in id miſeriaꝝ inciderim: ut eius ſim funus deploraturus: in cuiꝰ uita certiſſimū mihi liberiſq̃ meis præ-

Blanca Maria

ſidium collocarā. Venio ne ipſe te laudaturus mortuā Blanca Ma-ria: quæ ob innumerabilis tuas diuinaſq̃ uirtutes digna fueras ut nō morte ſolū: ſed mortis omi uacares ſuſpitiōe: Nā q̊ magis atq̃ magis tuā probitatē & morum integritatē: pudicitiā: innocentiā: fidem: pietatē ſanctimoniāq̃ conſidero: eo me maior ex obitu tuo mœror adeo inuadit: ut quid de te primū locuturus ſim neſciā. Ful-gor enim patriæ parentūq̃ claritudo: ac cætera omia: quæ ſub for-tunæ imperio poſita cenſentur: tametſi magna in te fuerant & excel-ſa: hæc tamen alia ſunt: ut propria nequeant cuiuſquā bona ap-

pellari:at excellētia animi tui maieſtaſq; uirtutis: me de te mecum diligentius cogitantē ita reddit attonitū: ut ab hac omni conſolandi oratione deterreat. Oh quanta & q̄ grauis ad nos calamitas uirago heroica ex tua deceſſiōe peruenit? Heu q̄ noſtri nos cogitatus de tua diuturnitate fefellerunt: ut cuius uitam quā longiſſimā fore putaremus: ea in floreſcentis adhuc ætatis decore deciderit. Sed q̊ feror phanaticus ſenex? Quo meus me intolerabilis præcipitē rapit mœror? Quo pacto ſim alios cōſolaturus in tanta luctus acerbitate: niſi mihi tantiſper antea moderer a doloris aculeis: donec de tuis diuinis laudibus uerba faciēs: ex illarum breui cōmemoratione digna conſolatio oriatur. Sed quod tandem initium de ijs facere aggredior? Nonne id unum eſt præſtantiæ tuæ certiſſumum argumentum: q; natura omnipotēs: q; deus ipſe optimus maximus de te una mulierum plane omniū: quæ aut ſunt: aut fuerunt unq̄: aut in omnē poſteritatem futuræ ſunt: innocētiſſima & optima admirabilia quædā ac dilucida ſigna tulit: quæ nulla hominū queat deprauare malignitas? Cum primum enim cœpiſti ægrotare: nouum aſtrū exoritur: quod antea nunq̄ huiuſmodi nec uiſum nec auditum magnum neſcio quid atq; obſtupendum portendere uidebatur. Nam ut mea fert opinio.

Non eſt ille ferus: qui uexat regna Cometes: Cometes
Et ſolet humanis rebus adeſſe minax:
Sed quod olympiaco deus auctor miſit ab axe.
Sydere quo tanto regna ſuperna colas.

Voluit enim deus: ut quo illuſtrium uirtutū omniū ductu ueluti ſplendidiſſimo quodam ſydere tuæ futuræ poſt mortem beatitudini in terra præluxeris: eodem nunc illuſtreris in cælo. Quo factum mirabiliter uidemus: ut una cum tuo obitu aſtrum ipſum ex hominum oculis occidens cōtinuo euanuerit. Nulla eſt ſane tanta uel leuitas uel celeritaſ: quæ cū aī aut leuitate aut celeritate conferri queat. Tu Blanca Maria: tu inq̄ mulier ſapientiſſima cunctis abſterſa humanis ſordibus & omni terreſtri cœno purgata penitus corporeiſq; ſoluta uinculiſ: libera om̄ino atq; tui compos leuiſſimo quodam celerrimoq; uolatu in cælum illicet es euecta: æterno gaudio inter angelos potitura. Non enim cum illis ſentio patres ampliſſimi: qui nemini patere putāt neq; bono cæleſtē gloriā: neq; malo infernale ſuppliciū ad plenitudinē uſq; temporis ac futurꝫ illud uniuerſale iudiciū: Sed aſcendit continuo in cælum cum eſt e corpore egreſſa diua regina hæc noſtra: ubi iam fruit̃ ſuorꝫ mercede meritorum in cōſpectu creatoris ſui. Id uero q̄ꝙ ita de te mihi & tenendū

uidetur & affirmandū uirago ſanctiſſima: tñ cum tāta nos ob tuā
ex hac uita migrationē lætitia & tanq̄ beatitudine priuatos intue/
or: nō poſſum equidē nō fateri aliquid eſſe cōcedēdū imbecillitati
naturæ. Nā ut nimia ægritudo animi eſt molliū ſtultaꝝq̄ fœmina
rū: ita moderatus quidā atq̄ ſedatus animi motus in luctu repre/
hendi nō debet. Quo enī pacto per deū īmortalē noſipſos cōtinea/
mus generoſa excellentiſſimaq̄ uirago: quo minus animo cōmo/
ueamur cum te coram iacentē extinctāq̄ aſpicimus? Vbi eſt tua il/
la uenuſta facies niue omī cādidior? Vbi roſeæ nitidæq̄ genæ: qui/
Gratiæ. bus gratiarum quas fabulantur: mirabilis decor quidam refereba
tur? Vbi oculorum ſplendor ſolaribus micantior radijs? Vbi ubi
tuus ille grauiſſimus ſermo mira ſuauitate conditus? Heu heu me
miſerum atq̄ infœlicem: Quis uſq̄ adeo ſit animo ſaxeo ac ferreo
qui hæc tāta & tam eximia naturæ bona infinitis quibuſdā atq̄ in/
auditis illuſtrata uirtutib⁹ nō reqrat amiſſa: nō querat: nō ingemi
ſcat: nō collachrymet? Cæteꝝ oī in re mod⁹ ſeruādus ē p̄ſes cōſcri
pti: & ita humanæ infirmitatis cōcedēdū: ut ne quid nimis: ſcd'm
Chilo lacedæmonius. illius Chilonis Lacedæmonij ſapientiſſimū dictum. Itaq̄ omiſſis
omībus & querelis & lachrymis: noſtra ſe oīs ad te conuertat ora/
tio Galeaci Maria princeps moderatiſſime. Scio tibi neq̄ admoni/
tore opus eſſe ad acriter recteq̄ de unaquaq̄ re iudicādum: qui ſis
ingenio diuino potiuſ q̄ humano: neq̄ adhortatore ad ſingulas ui
tæ actiōes pro dignitate atq̄ officio abeundas: cuius prudētia tan/
ta eſt ut uix habeas parem: ſuperiorē certe neminē. Quo fit ut pau/
cis mihi tecum ſapiētiſſimo & ingenti animo uiro agendū intelligā.
Aegre tuliſſe te & permoleſte maternū obitum: & ſi dubitat nemo:
tamē ea eſt perſpicua coniectura: qđ ubi certior factus es prudēti/
um medicoꝝ litteris: matrē extremo iam ſpiritu laborare: ipſe tam
triſti perculſus nuncio: confeſtim relicto firmiſſimo robuſtiſſimoq̄
Sabbaudiēſes. exercitu: quē aduerſus adorientis Sabbaudiēſium copias ad indu/
bitatam accertā non pugnā ſed uictoriā inſtruxeras: matrem uiſu/
rus allocuturuſq̄ deuolaſti. Neq̄ interea temporis uſq̄ a gemitu
Abiatis ac lachrymis es tibi inter equitandū moderatus: Abiatem ad meri/
Mediolanum diem cum ueniſſes: nec multo poſt Mediolanū: quoties te intra cu/
biculum recepiſſes: lamētationibus & flætibus nunq̄ abſtinuiſti.
Melinianū Ad Melinianū ubi perueniſſes ad matrē iam morti propinquā: tu
hoc loco facile oſtēdiſti ut par erat: & magnitudinem inuicti animi
tui: & præcipuā quandam ſingularēq̄ ſapientiā. Nam q̄q̄ eam in
tuēs tanta es cōfectuſ animi acerbitate: ut uix a te manū cōtinuerī:
tamē qđ unū difficillimū eſt: uiciſti teipſum: q gemitu omī lachry/

miſq; compreſſis: in hunc modum locutus ſine ulla mutatione uultus perhiberis: Mater dulciſſima cur adeo te proſternis atq; affligis? Vbi eſt fortitudo animi tui? ubi cõſtãtia? ubi magnitudo? De te mihi medici ſpem dant optimã: teq; propediem omni aduerſæ ualitudinis periculo liberam fore certo pollicent. Noli obſecro mater indulgentiſſima a teipſa deſciſcere: collige animũ tuum: noli te ultro deſerere. Num fortaſſis ignoras meã uitam a tua pendere uita? Propter me ſaltem quem ex omnibus tuis liberis maxime diligis dilexiſtiq; ſemper: redi ad te ſpemq; uiuẽdi reuoca. Quibus mater inter frequẽtis anhælitus audit: & ſpiritu quẽ iã pene amiſerat: ueluti reuocato oculos ĩ te unũ conijciẽs: Verũ inqt Galeaci fili mi iucundiſſime locutus es. Nullum ex omĩbus meis liberis neq; magis dilexi unq̃ neq; pluris feci q̃ te. Sed ego ut potes animaduertere: naturæ ſatiſfeci. Deus noſter me pro ſua miſericordia ad ſe reuocat. Huic parendum eſt. Cõmendo tibi animã meã: deinde fratres hos tuos omnis Heliſabetãq; ſororem: quorũ te patrem eſſe oportet. Hippolytæ uero filiæ mihi dulciſſimæ ut quibuſcunq; in rebus opus fuerit: nunq̃ ſis defuturus: ita abs te peto: ut aliud ex animo nihil magis. Cõmendo tibi Mediolanenſes meos cæteroſq; paternæ ditionis populos. Cremonenſes uero qui mihi ex paterno iure dotales ſunt: tibi do atq; relinquo dono: quos nec alterius cuiuſq̃ fore unq̃ uolui. Ea tamen lege Cremonenſes tibi do atq; relinquo dono: ut urbs tui ſit iuris: ſed urbis prouẽtus omẽs æqualiter inter te fratreſq; tuos diuidantur. Eos aũt omnes ciues ut cõmendatiſſimos habeas uelim: Ita eñ meriti de me ſunt. Ad poſtremum familiam noſtram omnẽ ita tractabis: ut intelligat obſequia in me ſua non fuiſſe fruſtra. Ego iam pœnis corporis liberata beneficio beatæ Mariæ uirginis cũ Ieſu Chriſto redemptore noſtro futura ſum. Quibus dictis: perinde quaſi obdormiſſet uitam deſeruit. Quod ipſe princeps humaniſſime aſpiciens: diutius naturæ aduerſari nequiuiſti: quin ſenſibus cunctis fere amiſſis: uoce etiam intercluſa exciderís. Quo quidem tempore a fratribus obſeruantiæ beati Franciſci: qui diuino quodam nutu ſex ac triginta ex ordine illo primarij eo die in id cubiculi nec accerſiti nec rei conſcij cõuenerant: ulnis exceptis in proximum cubiculum es delatus. Vbi cum poſt ſpaciũ rediſſes ad te: & interceptas corporis uires uix recuperaſſes: tum eſt ab omĩbus intellectum idem dici de te ueriſſime potuiſſe: quod de Aenea Virgilius cecinit: Spem uultu ſimulat: præmit altum corde dolorem. Simulabas tu modo hilaritatem quandam in facie: cum matrem ad bene de ſe ſperandũ adhortabaris: cum doloris tamen

Heliſabeta
Hippolyta
Mediolanẽſes
Cremonẽſes
Maria uirgo
Ieſus chriſtus
Fratres oſeruantiæ
Beatus Frãci.
Eneas
Virgilius

uulneribus cor tibi tuũ trãſfigeret. In quos em̃ ſingultus ẽ ueſtigio
es ſolutus? Quæ mœroris uerba in mediũ protuliſti? quos lachry-
marum effudiſti riuos? quæ non es queſtus: non lamentatus: non
uociferatus? Oblitus tu quidem ob maternam pietatem id quod
tua bona cum uenia dictum uelim: decere principem nihil habere
commune cum uulgo. Lamentẽtur mulierculæ: Eiulentur indocti:
At uir magnus atq; idem ſapiẽs ſe ſui ſimillem̃ ſemper præſtet. Tu
ſicuti unus es ciuibus tuis uniuerſis ut poteſtate: ita etiam om̃i uir-
tutis genere ſuperior: te talem oſtẽde qualis & es: & haberis infra-
cto & forti animo principem: præſertim cũ nulla ſit tibi oblata ho-
neſti cuiuſq; flætus & eiulat⁹ cauſa. Mater tibi mortua eſt. Mortua
ſane mulier om̃i muliebri ſexu & dignitate præſtantior. Quã enim
Artemiſia — Artemiſiam: quam Pantheam: quam Corneliam: quam Liuiam
Panthea — auguſtam cũ unius Blancæ Mariæ tot ſummis tantiſq; uirtutibus
Cornelia — comparemus? Quid enim loquar ut hinc primũ ordiar de eius ani
Liuia — mi pudicitia: quæ neſciam: maior ne fuerit an caſtitas impolluti illi
Pudicitia — us corporis: quam ſemper nõ uenerati minus q̃ admirati ſunt om-
Caſtitas — nes. Sermonis autem pudor cum facti cuiuſq; uerecundia conten-
Pudor — debat: ut æque ĩ uerbis nulla deprehẽdi poſſet: uel obſcœnitas: uel
Verecũdia — ſcurrilitas: atq; in factis quicq̃ quod minus cõueniret cum graui-
Cynici — tate & ſanctimonia. Itaq; Cynicorum ineptam impudentiam loco
flagitij ducebat: qui & ſuis uerbis nude om̃ia appellarent: & facere
multa in propatulo non erubeſcerẽt: quibus nihilo differrẽt a ſpur
Sales — ciſſimis animantibus. Nec tamen interdum non utebatur ſalibus
Humanitas — & cauillis: quibus ita utebatur ut offenderet neminem: & placeret
Clæmẽtia — om̃ibus. Humanitate uero & clæmẽtia erat tanta: ut uirum etiam
Frã. Sphor. — Franciſcum anteiret: quo quidem uno nec G. Iulius cæſar ille: qui
G. Iuli⁹ cæſar — humanitatis & clæmẽtiæ laudibus fertur in cælum: uel humanior
Bonitas — uel clæmentior haberet. Quã naturæ bonitatẽ & animi magnitu-
Magnanimit. — dinem per uniuerſam uitam adeo eſt amplexa: ut nedum omnẽ ob
Beneficẽtia — liuiſceretur iniuriam: ſed ijs etiam benefaceret a quibus iniuriã ac-
cepiſſet: Secuta ea quidem diuinum præceptum illud: Mihi uindi-
ctam & ego retribuam. Om̃ia enim mulier integerrima ſemper ad
deum referebat: quem norat ſupra hominũ merita munificentiſſi-
Artaxerxes — me retribuere Artaxerxes cognomẽto memor: ut adeuntibus & fa
rex — cilem ſeſe præſtabat & obſequẽtem: ita legitimæ iubebat uxori: ut
Facilitas — carpenti regij aulæis undiq; ſublatis aditum adeũdi ſui inter pro-
ficiſcendum ijs q̃ facillimũ faceret: qui re aliqua egerent: At Blan-
ca Maria ita ingenio erat miti ac placido: ut ſine cuiuſq; admonitio-
ne adire ſe uolentem intempeſtiuũ duceret neminẽ: Quinimmo ea

attentiõe atq; lenitate unũquemq; audiebat: ut obſequẽtiſſimi nu-
minis benignitatem repræſentaret. Videmus plæraſq; prope omĩs
mulieres & comparandæ & congerendæ pecuniæ percupidas: A q̃- Auaricia
rum natura ac moribus ꝗ̃ eſſet hæc aliena operepreciũ eſt breui-
ter audire. Nondum exceſſerat infantiæ terminos: cum hãc Philip- Philipp⁹ dux
pus pater ad ſeſe accerſitã: nam huius & ſuauiſſimo affatu & aſpe-
ctu ipſo delectabatur plurimũ: uel ob eam rem maxime qđ circa li-
niamenta corporis uideret eam ſibi ꝗ̃ſimillimam: ut aureos num-
mos quorũ milia permulta caſu iacebant in appoſita menſa a Ge-
nuenſibus miſſa dono: acciperet quotquot uellet hortatus eſt. At Genuẽſes
infantula ne oculos quidem conuertens in genuinos: nõ mihi iſtis Genuini
opus eſt inquit mi pater: nam nihil iſtiuſmodi mihi deeſt per matrẽ
meam. Quæ uerba Philippus admiratus. At uolumus inquit acci-
pias ſaltem decem. Tum illa paternis obſecuta iuſſis aureis decem
acceptis: & ei gratias egit: & manũ uerecunde oſculata: cum primũ
reuertiſſet ad matrem: eam omnẽ pecuniam inter ancillulas diſtri-
buit: Accipite inquiens quo matri meæ chariſſimæ libẽtius ſimul Liberalitas
ac diligentius pareatis. A quibus ſane initijs infantiæ cum nullum
unꝗ̃ peculium fecit: tum quaſcũq; ex ampliſſimis prouẽtibus ſuis
cõſecuta eſt pecunias: eas omĩs ꝗ̃ liberaliſſime & pro dignitate me-
rentium uſq; diſtribuit. Quid ſingillatim eos meminero quos nul-
lo quaſi numero ſuæ magnificentiæ magnitudine ſibi ꝗ̃diu uixit:
deuinxerat? Quot ingenuas puellas quæ ob dotis inopiam forſitã Pietas
turpiter ꝑiſſent: ſuis pecunijs uiris legitime & honeſtiſſime colloca-
uit? Quæ monaſteria nõ reſtituit: quæ nõ amplificauit: quæ nõ or-
nauit ac locupletauit? Quos religioſos quos dei ſeruos immunes
ſuæ beneficentiæ unꝗ̃ eſſe uoluit? Profecto hæc una ex omĩb⁹ fuit:
quæ communẽ bonorum omniũ nata utilitatem poſſet iudicari.
Quantã autem curam pro ijs gereret: qui uita defuncti eſſent: eius
tam multa nec unꝗ̃ intermiſſa anniuerſalia atq; parentalia diluci- Anniuerſalia
do ſunt argumento. Neq; minor eius fuit iuſticiæ obſeruantia erga Parentalia
homines: ꝗ̃ pietatis erga deum. Nam eius fide ſanctius nihil erat. Iuſticia
Quicquid enim promiſiſſet: emori mallet ꝗ̃ minus ꝗ̃ primũ effe- Fides
ctum reddere. Quare cum diem obituram ſe animaduerteret: aie-
bat ob eam rem dumtaxat uitam tantiſper cupere: donec æri alie-
no ſaſfaceret. Nam ob donandi magnificentiam æs alienũ non me-
diocre conflarat. Idq; ut diſſolueretur accuratiſſimo cauit teſtamẽ-
to. Omnia iuſticiæ munera in medium referam: non eſt opus: cum
neminem prætereat non modo illam omĩ iniuria ac maleficio ſem-
per abſtinuiſſe: ſed ita operam atq; induſtriam ſemper adhibuiſſe

ut nullus ſibi locus propulſandæ ab aliȷ́s iniuriæ relinqueretur.
Frãciſcus dux Quã ob aliam cauſam putemus cum & eius uir dux Franciſcus nõ
Galeaci⁹ dux eſſet in uiuis:& Galeacius hic princeps noſter cũ exercitu abeſſet in
Galli Gallis in auxilium Lodouici regiſ miſſus a patre:nullos tumultus
Lodouic⁹ rex nullos omnino motus in tanto rerum diſcrimine cõſecutos: Cum
terror propter ſuperiora bella ĩmineret a finitimis omĩbus:præſer/
Veneti timqꝫ a Venetis:qui & potentiſſimi forēt:& ob nõ abſurdas quaſ/
dam ſuſpitiones honeſtã uiderent habere cauſam iuſti belli. At hi
ut ſunt uiri iuſtiſſimi: nefas eſſe atqꝫ piaculi ſimile iudicarũt armis
laceſſere ſanctiſſimã mulierẽ:Quinpotius eam perbenigne hortati
ſunt:ut bene de ſeſe amiciſſimeqꝫ ſperaret:cum nihil prorſus præt/
mittere decreuiſſent:quod ei eiuſqꝫ rebus omĩbus profuturꝫ intelli
gerent. Quã Venetoꝶ mentẽ cum finitimi cæteri cognouiſſent:lon
ge facilius ſunt adducti ut quieſcerent:nec in ducem clariſſimã tem
ptare aliquid auderent:quam hi etiã præ uirtutis magnitudine ue/
rebant̃:quos hoſtili in eam aĩo eſſe cenſebant. Habebat cũ iuſticiæ
Acrimonia coniunctã operibus Blanca Maria:nõ ſolũ ingenij acrimoniã: q̃ di
Prudentia cto citi⁹ res ſingulas diſcernebat:ſed prudẽtiã q̃dã ſupra hoĩs natu/
rã:ut ſuo falli iudicio nunqꝫ poſſet. Hanc muniebat corroborabat
Temperantia qꝫ ualidi⁹ temperãtiæ adminiculis: q̃ exiſtimatio potiſſimũ ſeruat̃
omĩs. Nam & cibo erat moderatiſſimo & uino dilutiſſimo utebat̃:
atqꝫ aqua mera nõnunqꝫ cum diuinis ieiunijs indulgeret: quod ei⁹
rei ſæpiſſime faciebat. Quanta uero in ea eſſet dicendi grauitas:q̃n
Eloquentia tus lepos:quãta ſuauitas: hi omẽs meminere: qui quotidie loquẽ/
Taciturnitas tem audiebant. Et loquebat̃ illa quidẽ ornatiſſime:uel potius elo/
Sophocles quebat̃ cum opus foret: & rurſus tacebat cum locus tempuſqꝫ re/
Eloquentia & quireret. Audiebat em̃ quod legit̃ apud Sophoclen poetam: Mun
ſapientia dum mulieri fert ſilentiũ o mulier. Verum quoniã norat in perpoli
Paryſatis re/ ta caſtigataqꝫ oratione uim maximã ineſſe: ad omẽs animi motus
gina uel concitandos uel ſedandos:curauit aſſidue ut liberi ſui cũ ſapien
Cyrus iunior tiæ ſtudio eloquẽtiæ cõiũgeret maieſtatẽ. Nõ em̃ ignorabat mulier
Artaxerxes prudẽtiſſima qꝫ Paryſatis regina illa Perſaꝶ Cyri iunioris & Arta/
rex xerxis mater:filijs conſilium dabat:decere eum principem:qui ap/
Cornelia parate atqꝫ imperioſe quicqꝫ dicturus eſſet: oratiõe uti grauiſſima
Scipio afri/ atqꝫ ornatiſſima. Tradunt Corneliam Africani ſuperioris filiã atqꝫ
canus Gracchorum matrem: permultum filijs ad eloquẽtiam profuiſſe:
Gracchi quoniã latinitatẽ perpulchre calleret eſſetqꝫ diſertiſſima. Num for/
Philippus Ma taſſis exiſtimemus paruo adiumento a prima uſqꝫ infantia noſtro
ria huic ſapiẽtiſſimo eloquentiſſimoqꝫ principi matrem hanc Philip/
Fran. Sphor. pi Mariæ filiam Franciſciqꝫ uxorẽ extitiſſe:cuius ut uita omĩs erat

honeſtatis plena: ita quotidianus ſermo mirificam dulcedinē quādam omni melle ſuauiorem grauitatē𝰹 redolebat ſententiarū crebritate at𝰹 acumine redundantem? Quantum momentiū habeat copioſa elegansq oratio & ad perſuadendum accōmodata: Marcus Tullius Cicero cum in aliis pluribus cauſis: tum in illa præcipue demonſtrauit: quam habuit apud. G. Iulium cæſarem dictatorem pro Qu. Ligario. Ita erat Cæſar in Qu. Legariū animo inflāmatus: ut eum omnino foret condemnaturus. Quare cum uenientem Ciceronem uidiſſet ut hominē defenderet: conuerſus ad amicos clam dixiſſe fertur: Q𝰹𝰹 reus mihi certo damnandus eſt: nil tamen prohibet: ut Ciceronem audiamus. Quantum fuerit dicendi pondus: quantus torrens: quanta uis: quantus impetus in diuino illo ingenio Marci Tullii Ciceronis: uel hinc intueri licet: q & Cæſarem & dictatorem & Romanorū omniū eloquentiſſimum: & ira exæſtuātem in reum: ut quem animo iam condemnarat: abſoluere coegerit uel inuitū. Non ſolū enim Cicerone cauſam agente pro dignitate inter attentius audiendum Cæſar ſe continere non potuit: quin & uultū ſæpe & colorē mutaret in facie: Sed ubi ad cōmemorationem pugnæ Pharſalicæ prudens deuenit oratio: ſe𝰹 Cicero conuertēs in accuſatorem Tuberonē: turbato uultu uoce𝰹 altiore ea𝰹 ueluti iracunda in hæc uerba erupiſſet: Quid enim Tubero ille tuus diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat: cuius latus petebat? Quis erat ſenſus armorum tuorū? quæ tua mens: oculi: manus: ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Cum in hæc in𝰹 Cicero non artificioſius minus 𝰹 uæhemētius uerba erupiſſet: ita Cæſar animo eſt commotus: ut perinde at𝰹 ſui immemor ac pene amens per totius corporis conquaſſationē libellis quos inter manus habebat: abiectis contra pertinacē illam animi ſententiā: eum abſolueret: quem non iniuria oderat. Quid dicam de. M. Antonio illuſtri illo & grauiſſimo oratore? Nonne quos Marius ac Cinna milites ad ſe obtruncandum miſerant: ita ſermone ſuo flexit ac placauit: ut quos in eius ſanguinem mucrones diſtrinxerant: & iam uibrabant percuſſuri: eos obſtupefacti omni cruore uacuos in uaginas remitterent? Athenienſes uero ſola Piſiſtrati capti facundia: regium eius imperium perpeti maluerunt: 𝰹 Solonis conſiliū ſequētes publica frui libertate. Idem𝰹 Pericli quodammodo contigiſſe legimus: qui qm̄ ſapientiā cum eloquētia coniunxiſſet. Fuerat eñ Anaxagora uſus præceptore: agebat in Atheniēſi populo pro uoluntate omnia. Delectabatur Bianca Maria ubi diuinis officiis cæteriſ𝰹 rebus neceſſariis functa eſſet: nam ocioſa erat nun𝰹: ſemper

M. T. Cicero
G. Iuli⁹ cæſar
Qu. Ligarius
Cæſar
Pugna pharſalica
Tubero
M. Antonius orator
Marius
Cinna
Atheniēſes
Piſiſtratus
Pericles
Anaxagoras

aliquid lectitare: quo & ſibi prodeſſet: & melioris redderet ſuos li/
Plato beros. Quare cũ in eam Platonis ſentẽtiã incidiſſet: qua ille dixiſſe
tradit̃: Tum demũ terrarum orbẽ beatum fore: cum aut ſapientes
regnarẽt: aut reges ſapere cœpiſſent: longe maiore ſtudio curauit:
ut filij ſui quantum humanũ pateretur ingenium: & ignorarent ni/
hil: & quod didiciſſent: appoſite decoreq; loquerentur: ut quos pa
rentũ diligentia muniſſet tã opulento: tam florenti imperio: hi quo
recte ſaperent: doctrina & eloquẽtia ornarent̃. Huiuſmodi eñ ſtu/
dijs eos præditos longe apud oẽs fore admirabilioris arbitrabat̃.
Id uero quãtã præ ſe ferat utilitatẽ: exemplũ oibꝰ perſpicuũ reddi/
dit noſter hic princeps cũ adhuc eſſet adoleſcẽtulꝰ. Fatebor aũt uel
præſente ipſo qđ uerũ eſt: haud quaq̃ diſſimulãt̃. Noui eñ huma
nitatẽ & modeſtiã eius: q nõ modo mẽtiri me nolit ſed ne mẽdaciũ
quidẽ dicere. Nã tametſi honeſtiſſimis ſemp̃ factis delectat̃ magis
q̃ ullis ſecũdis laudationũ auriſ: uerã tñ gloriã aſpernari nõ debet:
præſertim eã quã ſibi cõmunẽ eſſe intelligit cũ ciuibus ſuis: cum in/
dignis parere principibus permoleſtũ ſit ac dedecoroſum. Legimꝰ
Cyrus rex Cyro ſeniori illi qui primꝰ in Perſis regnauit: multas gentes natio/
Perſæ neſq; paruiſſe terrore eius nominis: utpote qui & ſapientiſſimꝰ q/
dem fortiſſimuſq; uir: quicquid aggrediebatur: ex ſententia ſua q̃
celerrime efficeret: ſed multos pluris eius imperium ultro expetiſſe:
qđ & iuſticia & animi moderatione inter mortales omnis haberet̃
inſignis. Solis inq̃ animi bonis ſplendidiſſimiſq; uirtutibꝰ rex Cy
rus tantum ſibi nomen: tantam gloriam in uniuerſum terraꝶ orbẽ
comparauit: ut oẽs ad ſeſe conuerteret: & ita beniuolentia deuin/
ceret: ut ab eo regi gubernariq; exoptarẽt. Cui quidẽ uni nõ finiti/
mi populi ſolũ: ſed illi quoq; nõ inuiti paruere qui diſtarent a Per/
Perſis ſide: nõ modo plurimos dies: uerũ etiam menſes eum alij ne ipſum
quidẽ uidiſſent unq̃: & alij certo futuꝶ exiſtimarẽt: ut propter im/
menſum regionũ interuallũ nunq̃ uiderent. Etẽi prudentiſſimo
optimoq; principe quid optabilius: quid beatius: quid deniq; di/
uinius dari queat in hominũ uita? Talem aũt eſſe principẽ hunc no
ſtrũ & in dies magis atq; magis fore: haud obſcure licet nõ digno/
Gallia trãſalpina ſci minus q̃ ſperari. Aberat is quod modo memineramus: in Gal/
lia tranſalpina iuſſu paterno auxiliũ ferens regi Francoꝶ Lodoui/
Lodouicꝰ rex co: ab quo agnati eius oẽs neceſſarijq; defecerant: cũ repẽte inter
ipſam de hoſtili præda uictoriam per maternũ fit nuncium certior
Fran. Sphortia dux Franciſcũ Sphortia patrẽ inopinato periſſe obitu. Quare hortatus
ut nullo prorſus intermiſſo tempore iter q̃ poſſet tutiſſime prope/
raret in patriam: Is nocte iuncta cũ die ut res poſtulare uidebatur:

indutus mercatoris habitu cũ quinq; fideliſſimis comitibus quaſi mercatorib⁹ p alpes ipſas obequitat q̃uelociſſime. Nã iccirco hac uſus eſt calliditate militari Galeacius: qm̃ iure ſibi metuendũ eſſe cenſebat a Sabbaudienſiũ inſidijs: Exercitũ uero oẽm loco tuto in Delphinato reliquerat. Nam eũ ſecũ agere in tanta qua opus erat celeritate qui poterat? Quo die octauo Idus martias dux Franciſcus mortu⁹ eſt. Erat Mediolani Petrus Lignanẽſis: q ſub eius merebat imperio. Is cõtinuo per celerẽ nunciũ Auguſtino abbati monaſterij cæſæ nouæ: qui ut erat homo facinoroſus: rebus ſemp nouis maleficijſq; ſtudebat: rem oẽm ſignificat: eũq; hortat̃ ut quod accidiſſet cõmuni dominæ Hyolanti Sabbaudiæ duci cõfeſtim exponat: & quod faciundũ ſit paret. Nã Mediolani tumultuaria eſſe oĩa. At abbas Auguſtinus ingeniũ ueritus muliebre: cũ primorib⁹ quibuſdã ſenatoribus ſolũ eã rem cõmunicat: quoꝝ & ſi aliqui intercipiendũ eſſe Galeaciũ ſuadebãt: qui ſe tñ magis grauitate cõſilioq; præſtabãt: id diſſuadebant omino: ut rem iniquã ac periculoſam: quinimo liberũ præbendũ tranſitũ conſulebãt: & tm̃ tãq; formidandũ principẽ q̃ honorificẽtiſſime excipiendũ. Egerat in ſententiã ſuã abbas Auguſtinus equitẽ auratũ ac uirũ ſane ſtrenuũ Vgolinũ Alemanũ Cambiẽſem: qui Taurini p id temporis prætorẽ gerebat. Hi duo ex Chambriaco mox abequitãt citato itinere montẽ Ciniſiũ tranſgreſſuri Italiã uerſus: quo ex parte quæ Mediolani gerebant̃ agnoſcerẽt. Et ſupato iã ei⁹ mõtis cacumine: famulus illoꝝ aduenit: inquiẽs ſe uniuerſam adequitaſſe noctẽ amiſſo equo: poſteaq; ex Chambriaco: ubi ab ijs ob negociũ quoddã conficiundũ relictus fuerat: diſceſſiſſet adhuc cũ die: quodq; in Galeaciũ inciſſet indutũ ornatu mercatorio: quiq; laneo pilleo tectũ caput capitioq; haberet atq; faciẽ fere totã præt̃ oculoſ: addebat etiã ſe cũ illo fruſtra ſermonẽ cõſeruiſſe: cũ nc minimũ qdẽ uerbũ ex eo excipe potuerit: habere aũt ſecũ ad qnq; comites identidem indutos: nec deeſſe poſſe q̃tũ ex eius equitatiõe poſſet aĩaduertere: qn poſtridie eius diei tranſitũ illac faceret in Italiã. Quib⁹ auditis cũ nihil locutũ fruſtra ſagacẽ ſollertẽq; famulũ cenſuiſſent: ambo oĩ ſublata mora Abbas & Vgolinus cõuocatis cũ primo diluculo ijs hoĩbus qui plus poſſe uidebant̃ Noualiciæ: q uicus ẽ Italiã uerſus ſitus ad radices eius montis: eis iubẽt ut ſumptis armis diligenter obſeruent tranſeuntẽ Galeaciũ Mariã Papiæ comitẽ: indutum una cum paucis habitu mercatorio: & eum captiuũ faciant: Ita cm̃ ſibi imperaſſe illuſtriſſimam ſuam dominam Sabbaudiæ ducem: & ut captum agerent̃ q̃ primũ in arcẽ Secuſiæ atq; arcis præfecto traderẽt cuſto-

Sabbaudiẽſes

Frãciſcus dux

Petrus lignanenſis

Auguſtinus abbas

Sabbaudia

Auguſtinus abbas

Vgolinus alemanus

Taurinũ

Chambriacũ

Ciniſius mõs

Mediolanũ

Noualicia

Galcacius Maria

Secuſia

diendum: donec a duce ipſa imperatum aliud fuerit. Cum uero nõ
multo poſt montem deſcendiſſet: uidiſſetq; Galeacius ex Nouacia
uico magnam montanorum hominum manum armis inſtructam
currere aduerſus ſeſe: ab illo diuertit itinere: commonefactus a
Petro Mediolanenſi mercatore: cui cognomentum eſt aquobibo:
(Is enim Galeacium comitabatur) non longe abeſſe ſancti Petri
ædem: cui per ſacroſanctæ eccleſiæ Romanæ priuilegia Aſili ius fo-
ret. Eo igitur Galeaciꝰ per loca deuia ſcopuloſq; aſperrimos maxi-
mo cum labore ac difficultate uix peruenit: mõtanis illis uſq; ruſti-
cis inſequentibus: cum præſto affuerunt duo induſtrij ſtrenuiq; iu-
uenes: Amidæus iuris põtificij profeſſor: filiꝰ clariſſimi equitis au
rati ac iuriſcõſulti illuſtris Antonij Marchionis Romagnani: eiuſ
q; ex cõſobrino natus Briantius. Hos enim Antonius Romagna-
nus tranſituro Galeacio obuiam miſerat cum alijs multis: quo illi
nõ fauori ſolum: ſed etiam auxilio eſſent ubi opus foret. Reſidebat
autem per id tempus Antonius Taurini in ducali Sabbaudiæ ſena
tu: cũ ab infracti animo muliere Blanca Maria edoctus eſt ꝑ litte-
ras de obitu uiri ſui ducis inclyti Franciſci Sphortiæ: ac rogatus ut
curam omnem atq; diligentiam adhiberet: ut Galeacio filio q̃ tu-
tiſſimus pateret in patriam reditus. Et Briantius quidem cognita
periculi magnitudine dimiſſo Amidæo regreditur continuo ad An
toniũ quæ accidiſſent renunciaturus omnia. At Amidæus in mon-
tanos ruſticos: qui alij templum circumſederant: alij intra templũ
comitem Galeacium obſeruabant: grauiter eſt inuectus: eorum in-
crepãs audaciam ꝙ tam deteſtabile facinus eſſent aggreſſi. Qui re-
ſponderunt ſe id feciſſe facereq; inuitos. Ita uero iuſſiſſe Auguſtinũ
abbatem & Vgolinum Alemanum Taurini prætores. Tum Ami-
dæus ad Galeacium reuerenter ingreſſus: ubi eſt eum hortatus: bo
no ut eſſet animo: quoniã ab Antonio Romagnano patre ita eius
ſaluti & dignitati prouiſum foret: Taurini in ducali ſenatu ut ei ni-
hil quod nollet poſſet accidere monuit: ne illic diutius inter ruſticoſ
illos Barbaros tempus tereret: quin ſe tutiſſimæ uiæ ducem e ueſti-
gio ſequeretur. Iacere enim ad poſtremam eius ædis teſtudinẽ ſub-
iectam uallem a nemine cuſtoditam minuſq; frequentatam: qua
tranſitus eſſet perbreuis in loca patris ſui: quo ubi peruenerit tu-
tiſſimũ iter fore ad Taurinũ. Nam Taurini oĩa futura pro ſuis opta
tis: Verum oportere ut ꝑ feneſtrã quæ erat in pariete eius ædis poſt
altare magnũ ſe dimitteret in ſubiectã humũ. Nã equitationẽ inde
futurã per uallẽ: quod ut clam faceret corrumpendos eſſe pecunia
montanos illos qui intra ædem ſe continebant. Quæ locutus fert.

Petrus aquobibus
Sancti Petri eccleſia
Eccleſia romana
Aſilam
Amidæus romagnanus
Antonius romagnanus
Briantius romagnanus
Blanca Maria Fran. Sphortia dux
Auguſtinus abbas
Vgolinus prætor
Antonius romagnanus

plærosq; aureos Galeacio tradere dono uoluiſſe: qb⁹ ad eã rem ute
ret: q̃s accipere ipſe noluit: inquiens ſatis ſibi eſſe pecuniæ. Rurſus
Amidæus celeritatẽ hortatus: ait ſe cõtinuo iccirco antecedere: ut ꝓ
feneſtrã illã ubi ſe demiſerit: ſit paratus etiã cũ equo: quo per eã ual
lem q̃ cõmodiſſime ueheret. Et ita rurſus celeritatẽ hortatus abijt.
Nec Galeacius longius cunctandũ eſſe iudicauit: ea ductus fiducia
qd᷑ iam pridẽ norat Antonij Romagnani fidẽ atq; obſeruantiã in
patrẽ ſuũ ducẽ Franciſcũ. Verꝝ quo pacto inde abiret clanculũ nõ Frãciſcus dux
uidebat. Nã tametſi mõtanos illos armatos intelligebat manũ in
ſe iniicere nõ audere q̃ diu eſſet ĩ eo templo ꝓpter inhibitionẽ eccle
ſiaſticã: tum cũ ſecũ ipſe cogitaret eos nullas admittere ſuas mune/
rationes quas facere temptarat: & paulo ante ueniſſe quẽdã ad ſe iu/
uenẽ ab Vgolino prætore uerſute miſſum tanq̃ ſalutãdi grã: nõ ab Vgolinus prætor
re ſibi cauendũ norat: ne inde abiẽs ab illis offenderet: Et iam dies
inalbeſcebat. Itaq; poſtea a latere ſe recepit tanq̃ ſomno intercept⁹
cãcellario pri⁹ edocto qd᷑ facto ſit opus. Is ruſticos mitib⁹ adit uer
bis: rogatq; tantiſper ex æde ſecedãt: donec domin⁹ ſuus q̃ tota no
cte uentris doloribus uæhemẽter uexatus fuerit: ſomno aliquo re/
creet. Qui quidẽ oẽs neſcio q̃ humanitat᷑ afflatu ſe exhortari ſunt
paſſi: ea fortaſſis rõne q̃m de uentris doloribus uera audiebãt: Et
ita ex æde egreſſi ſunt. At Galeacius ꝓpere mutato habitu: cũ ſuis
oĩbus ex ea feneſtra ſe demiſit: cãcellario Bonifacio Aliprando reli/ Bonifacius aliprandus
cto dũtaxat ad ſimulandũ ſomnũ: cũ paulo poſt Vgolinus prætor
aduenit: ut inde cõtempta atq; deſpecta oĩ eccleſiaſtici iuris cenſu
ra Galeaciũ Secuſiã trãſferret cuſtodiendũ. Is cũ ex cãcellario dor/ Secuſia
mire eũ audiret: inambulabat alios alioſq; ſermones de induſtria
cõferẽs. Sed cũ a ſupuenieñti q̃piã didiciſſet comitẽ Galeaciũ ĩ fugã
ſe uẽdicaſſe & abeſſe iã longius: tũ excandeſcẽs iubet cãcellario ædẽ
curriculo patefaciat: nã eam ille quo princeps eius abire cõmodi⁹
quiret: ualuis ſuis occluſerat: Aitq; tu mihi mentiẽs Galeaciũ dor/
mire ſuadebas: q ſe fuga ſubripuit. Ad eaq; cancellari⁹ rñdit: Equi
dẽ nõ meo cõſilio: ſed domini mei iuſſu ſum uſus qui diceret nõ eſſe Boreas
dimittendũ: q capiundus nõ fuerat: ac ſe malle auẽ eſſe ſilueſtrẽ: q̃ Euxinũ pelag⁹
caueale. Vgolinus uero ita deluſus: ira ferũes equũ aſcendit Boreã Antonius ro/
in Euxino pelago ſecuturus. Nã Galeacius cũ inde mouiſſet iter mi magnanus
nus cæteris frequẽtatũ faciẽs iam in portu nauigabat. At Amidæi Briantius
pater Antonius cũ ex Briantio accepiſſet: quãto in periculo pende/ Auguſtinus
ret Galeacius: ſenatũ Ciſalpinũ uniuerſum Taurini coegerat: quẽ abbas
& quia præerat: & quia grauitate & eximia quãdã bonitate polle/ Vgolinus prætor
ret: uel Auguſtino Vgolinoq; pertinacius repugnãtibus: illũ omnẽ

Frãciſcus dux
Galeacius
Sancti Petri ecclesia
Amidæus romagnanus
Blanca Maria
Petrus poſterula
Cremona
Taurinum
Nouaria
Mediolanum
xiij. kl. apriles
Curia ducalis
Conſilium ſecretum

cum mira aſſenſione traduxerat in ſententiã ſuã de excipiendo Galeacio Maria ut ducis Frãciſci filio: & ipſo futuro poſt illũ ducē: nõ ſolũ ꝑhumaniter: ueꝝetiã ꝑbenigne atq; honorifice. Tum uero Antonius ipſe Romagnanus multis uiris nobilib⁹ ſociatus iter capit ad templũ ſancti Petri: quo Galeaciũ inde libeꝝ reddat: cum offenditeũ prudētia: & ingenio Amidæi filij inde exemptũ plæraq; paſſuũ milia per loca inculta atq; ſiluestria factitaſſe: ut idē antea filiũ faciundũ monuerat. Interea heroica hæc uirago Blanca Maria cũ reſciſſet quib⁹ erat inſidijs Galeacius filius circumuētus: mittit ilico uiꝝ ſtrenuũ: & ex nobilitate Mediolanẽſi præſtãtē Petꝝ poſterulã: cui oĩm uni maxime fideret cũ legatõe libera: ut nihil oĩo prætermitteret ob filiũ Galeaciũ liberãdũ: etiã ſi cæ̃ti liberi Sabbaudiẽſibus obſides dedendi eſſent: & ſuũ ad hæc dotale patrimoniũ Cremona tradenda dono. Nec tñ interea tp̃is quicq̃ negligētius curat qđ ad bellũ pertineat: ubi Sabbaudiēſes nullas honeſtas cõditiones admitterēt. Cæteꝝ nulla ut fuit opus: nullis obſidib⁹: nulla donatiõe. Nam & Taurini Galeacius & per oĩa Sabbaudiẽſium oppida atq; urbes liberaliſſime & ſummo cũ honore exceptus eſt. Cũ uero Nouariã ꝑueniſſet: oẽs undiq; ſubiecti populi incredibili multitudine cõfluxere: lachrymas gaudijs cõmiſcētes. Lachrymabanť eñ recentē ducis Franciſci obitũ: Gratulabanť autē comiti Galeacio inſperatũ reditũ: ſibiq; plurimũ lætabanť eum nõ ſecus præ ſtupore intuentes q̃ numē aliqđ demiſſum e cælo. Vbi uero reuertiſſet Mediolanũ: ſtatuto die. xiij. Kalẽdas Apriles: & ducat⁹ inſignia more patrio accepiſſet: nulli ſe uoluptati: nulli relaxationi tot tantiſq; laboribus fatigatus: nulli ocio dedit: ſed ea quotidie obibat oĩa: quæ & in parētes erãt pietatis munera: in ciues autē charitatis ac iuſti: Et iudicabať certe ab oĩbus ſuꝑ ætatē ſapere. Sed q̃ ei & nomē & auctoritatē mirũ in modum auxit: pulchꝝ eſt audire: & id q̃dem curſim. Quod modo attigerã: diuina hæc regina noſtra: cui⁹ aĩa pridie huius diei in cælum pro ſanctiſſimis eius meritis una cũ ſuo ſydere eſt aſſumpta: cum omĩ in re circa liberos regie educãdos præcipua diligētia utebať: tum in ea apprime ſingulari ut eloquentiã cum ſapientia copularēt. Rebať eñ id meritis cuiuſdã nequiciæ eſſe perſimile: ut quæ prudētiſſime quis ſentiret ea inepte loquereť: Id q̃tum Galeacio duci profuerit: queſo attendite. Iuſſit cõuocari ordines cunctos atq; magiſtratus in ſemotum ducalis curiæ locũ: quē ipſe delegerat. Nã neq; pater nec alius quiſq̃ ex eius maiorib⁹ id unq̃ egrat. Qui ubi oẽs cõuenerunt: tum is aggreſſus ab ordine ſenatorio: cui ſecreto cõſilio nomē eſt: deinceps a prætorum colle-

gio: qđ iuſticiæ cõſilium appellaĩ: gradatimq́; ab utriſq; ædilibus & ordinarijs & extraordinarijs qui dicunĩ: & a quæſtoribus dein/de magiſtratubuſq; cæteris dicẽdo ꝓſecutus: ita memoriter: ita co/pioſe: ita ornate atq; eleganter locutus eſt: ut ex eius lingua: qđ de Neſtore apud Homeꝝ legiĩ: melle dulcior ꝓfluere uidereĩ oratio: cum ea ſententiaꝝ ui atq; grauitate: quæ ex uniuerſa philoſophoꝝ ſchola colligi maior queat: nullum is profecto præteriens munus: qđ ad ſingulos ptineret. Ad poſtremũ uero ſubdidit cũ quadã im/peratoria maieſtate eã ſibi eſſe mentẽ: ut ſingillatim præmia pro di/gnitate rependeret: & ſcđm iuſticiæ ſanctitatẽ: neq; affectioni cuiq; locum apud ſe fore: Proinde quiſq; operã daret: ne quid præter offi/cium perpetraret. Quæ ubi locutus eſt: ita oẽs a ſe dimiſit: ut eius eloquentiã atq; ſapientiã admirati: dicere nõ dubitarent: certe no/ſter hic princeps iuuenile nil ſapit: qui ita ſuperat patrẽ: ut Pelea tra/diĩ Achilles. Inter hæc Bartholomæus Collio Bergomẽſis: ut nun/quã ſua forte cõtentus erat: contractis undiq; uiribus confiſus ma/gnitudine rei pecuniariæ: cuiꝰ auiditate ſemper ardebat: abdicat ſe ab ingenti Venetoꝝ ſtipendio: ne illis quidẽ inuitis ꝑpter inexple/bilẽ hoĩs auariciã: cui auri cõgerendi ſatis eſſe nil poterat: Mouetq; in Flãminiã ea ductus ſpe: ut Immola nullo prorſus impedimento potireĩ: quã iam uænalẽ propoſuerat Borſio Aeſtenſi. Borſus eñ ut eſt aĩo inclyto: & ueluti natus ad imperãdum: in rempublicã Bo/nonienſem oculos cõiecerat: quã facile putabat ob ciuilis factiões: qbꝰ ea ciuitas ſemp fluctuat ſuæ uolũtati imperioq; ceſſurã: modo ij quos in ea urbe fautores habebãt ꝑmultos: ſe id facile cõfecturos aĩaduerterẽt. Auxerat huiꝰ rei cupiditatẽ Borſio Calixtus põtifex maximus: qui ei pollicitꝰ foret dono Bononiã datũ ire: cũ primũ ſi/bi huius munificẽtiæ gratia dinumeraſſet centũ milia nummũ au/reum: ac deinceps quotannis iure eccleſiaſtici tributi aureos pende/ret quadraginta milia: Id qđ ex eo uſq; tempore utrinq; cõfectum eſſet: niſi dux Frãciſcus hoc tã execrabile facinus prohibuiſſet ſuis uiribus Ioãni Bentiuolo auxilium ferẽs aduerſus Calixti Borſijq; cõuenta. Exiſtimãs igiĩ Bartholomæus Collio ſibi Immolã extin/cto duce Frãciſco Sphortia eſſe in manu: nã Galeacium ducẽ nil cõ/tra auſuꝝ ut adoleſcẽtulũ iudicabat: Idẽq; dux Borſius ſentiebat: q̃ pốt celerrime ꝑ agꝝ Ferrarieẽſem copias agit. Qđ ubi apud Ga/leaciũ increbruiſſet: ut eſt oĩ in re ſollers ac diligens: ſenẽ iã ꝓpe de/crepitũ adoleſcẽs ſtrenuus anteuertit expreſſum & incorruptũ de ſe ſe oĩbus documentũ exhibẽs: nõ minus bellicã diſciplinã ex patre Frãciſco Sphortia: q̃ urbanã oẽm ex matre Blãca Maria didiciſſe:

Conſilium iu/ſticiæ
Magiſtri ordi/narij
Magiſtri extra ordinarij
Theſaurarij
Neſtor
Homerus
Peleus
Achilles
Bartholomæ/us collio
Veneti
Flãminia
Immola
Borſius dux
Bononia
Calixtus põ. max.
Frãciſcus dux
Ioannes benti uola
Ferrarienſis ager
Frãciſcus dux
Blanca Maria dux

haberecꝫ in promptu. Nã qm̃ & q̃s pater moriẽs equitatus pedita tuſcꝫ reliquiſſet: & q̃s ipſe ex trãſalpina Gallia reuocaſſet: iã antea ad cõtinẽdos in fide pplos ſuos oĩs circũquacꝫ ubi opus eſſe cenſu iſſet: diſtribuerat: ijs ſine labore ullo ſequi iuſſis in agrũ Parmẽſem deuolat: ut inde pro tpe cõſiliũ caperet. Fredericũ uero Feretranũ comitẽ urbinatẽ: q nõ lõge ab Immola ſe cũ ſuis copijs cõtinebat: inde Bononiã uerſus ꝑpt Bartholomæi Bergomẽſis aduentũ mo uiſſe audiẽs: nõ diutius differẽdũ ratus p Regij Mutinæcꝫ agrũ ci tato agmine in Bononiẽſem agit exercitũ: q̃ & Bononiẽſibus ipſis aĩos excitaret aduerſus hoſtilis inſidiaſ: & Immolẽſibus auxiliũ fer ret cõtra Bartholomæũ: uel cõtra Borſiũ potius: cuiꝰ inductu Bar tholomæꝰ oĩa moliret. Putabat eñ Borſius ubi Immola potiret: facillimus ſeſe Bononiã actuꝝ in ditionẽ ſuã. Galeacius ubi Bono niã cũ maximo ciuiũ applauſu eſt ingreſſus: curauit apud oĩs magi ſtratus urbiſcꝫ primores habere orationẽ. Qui ubi oẽs alacriter cõ ueniſſent: eos hortatus eſt: ne qd ſibi necꝫ a Bartholomæo: nec ab alijs ullis uiribꝰ timẽdũ exiſtimarẽt. Nõ eñ ſe modo: ſed etiã Pher dinãdũ regẽ & Florẽtinos & cæteros quoſcꝫ ſocios Bononiẽſibus auxilio ſemp fore: modo ſecum ipſi ad publicã utilitatẽ dignitatẽcꝫ cõuenirẽt: & cõcordiã alerẽt. Quæ tãta cũ maieſtate & ornatu uer boꝝ locutus eſt: ut ab oĩbus non minus eloquentia q̃ ſapiẽtia uni uerſos principes anteire iudicaret. Tantã uero ĩ eoꝝ animis excita uit erga ſe beniuolẽtiã: ut in oĩm ore honorifice & ĩcredibili quadã cũ obſeruãtia uerſaret: nec aliud quicꝫ mallẽt q̃ uni Galeacio Me diolanẽſiũ duci gratificari oĩa. Rebus ita apud Bononiẽſes cõpoſi tis: mouet ilico infeſtis ſignis Immolã uerſus quã Bartholomæꝰ iã obſederat: Iungitcꝫ ſibi renouato ſtipẽdio Fredericũ Feretranũ. Is eñ qđ ſtipẽdiũ ſub Frãciſco patre meruerat: eo functus iã erat. At Bartholomæus collio lõge ſecus q̃ ſperarat ſibi accidiſſe intutus: obſidionẽ ſoluit primo ad Rubiconã nõ longe a Caſtrocaro: dein uero ad Fauẽtiæ ſuburbia ſe recipiẽs. Nihilcꝫ oĩm magis cauebat: q̃ pugnãdi neceſſitatẽ: quã ipſã effugere tandẽ nõ ita potuit: qn in gẽti cũ detrimẽto ac dedecore intra difficillima Ferrariẽſis agri ſta gna te tutaret: & ita coactus eiuſdẽ Borſij Venetoꝝcꝫ interuẽtu ſol ueret omnẽ belli ſuſpitionem: eodem regreſſus re infecta: unde mo do egreſſus maria uidebatur ac montes ſubiugaturus. Cum hæc a Galeacio geruntur in flamminijs: Sabbaudiẽſes quos Sabbaten ſes licet a Sabbatis montibus atcꝫ Allobrogas appellare: rati ſi bi oportunitatem oblatam: agrum Nouarienſem hoſtili manu ad oriuntur: igni omnia ferrocꝫ uaſtantes. Qua quidem re factum

Parma
Fredericus comes urbini
Bononia
Regium
Mutina
Pherdinãdus rex
Florentini
Immola
Bartholomæus collio
Fredericus comes urbini
Rubicona
Caſtrocarum
Fauentia
Sabbaudiẽſes
Sabbatenſes
Sabbati mõt.
Allobroges
Ager nouarienſis

eſt:ut dux Galeacius raptim regrederet̃ Sabbaudiẽſibus occurſu/
rus:quos breui omnes & repreſſit & uicit:nonnullis eorũ oppidis
alĳs direptis:alĳs expugnatis. Quæ tamẽ omnia illis pacẽ peten/
tibus perbenigne amiceq; reſtituit:& Hyolãte ſplẽdidiſſima Sab/
baudienſium duce Caroloq; nata rege Frãcorum affinitatem cu/
pidius petẽte:Blancã filiam eius filio Sabbaudiæ duci Filibertho
iunxit matrimonio. Cum hæc tam multa tanq; & uaria & præcla
ra & belli & pacis tam breui tempore a filio Galeacio duce geſta
animo uolutaſſet Blanca Maria mater: cum certe digniſſimũ cen/
ſuit:qui ſe tam difficili tanti imperĳ gubernandi prouincia libera/
ret. Ad quod obeundum eo magis adducebat̃:quod diuino quo/
dam ſomnio iam præſagiret ſe nõ admodũ diu futuram in uiuis.
Somniũ autem fuit huiuſmodi. Cũ poſt caſtigatiſſimũ cum mul/
ta ſobrietate ieiunium ſoluta eſſet in ſomnum: apparuit ei q̃ quie/
tiſſime dormienti(ita eñ uidebat̃)dux Franciſcus Sphortia: quẽ
uel mortuum uxor pudiciſſima æque amabat atq; uitam ſuam. Is
in hæc uerba eã adire uiſus eſt: Blanca Maria qua mihi in uita iu/
cundius nihil fuit:iam quieſcẽdi tempus aduenit. Nõ multo poſt
una futuri ſumus in illa cæleſti patria:ubi omnia ſunt plena tran/
quillitatis & gaudĳ ſempiterni: tuæ de me pientiſſime orationes
apud clæmentiſſimũ humani generis redemptorem exaudiri me/
ruerũt: Vides ornatũ meũ: ac uultus hilaritatem. Nihil triſte apud
me eſt:nihil lugubre. Apparuerat eñ in habitu ducali:habereq; ui
debat̃ ſupra caput auream illã coronam: quã Ladiſlaus nobiliſſi/
mus rex Siciliæ dono miſerat ad Philippum Mariã ducem. Proſe/
quebat̃ deinde: Suſpice ad dexteram altius:contẽplareq; illud ſy/
dus qđ multis illuſtrat̃ ſtellis: Hæ angeli ſunt: quorum tu comita
tu tolleris in cælum. Cum primũ ſydus id apparuerit: itineri te ac/
cinge: Nõ eñ tibi diutius laborãdũ fuerit. Itaq; tanti tanq; diffici
lis imperĳ gubernacula trade Galeacio filio: q̃ etiã tibi monendus
eſt:ut ꝓ acrimonia ingenĳ ſui gerat omnia moderate: neq; rei cuiq̃
magis confidat q̃ deo: qui ſolus eum tueri poteſt reddereq; incolu
mem. Nam humana cuncta præſidia uana ſunt nulliuſq; momẽ/
ti: Cõĳciatq; oculos ad coronam: quæ paucis poſt annis ei debet̃:
ſi iuſticiæ maluerit q̃ cupiditati ſtudere. Quibus dictis & ipſe eua
nuit: & Blanca ſomno eſt ſoluta. Secum igit̃ ipſa cõſyderans quæ
dormiẽti apparuerãt:nihil ſibi cũ inſomnĳs: quæ græci ἐνύπνια:
enypnia uocãt: eẽ iudicauit: nec itẽ cũ uiſis: quæ φάντασματα:
phantaſmata ſunt: cum hæc duo genera nihil poſt ſomnũ porten/
dant futurũ: ſed aut eſſe ſomnium: hoc eſt ὄνειρον: oneiron: aut

Hiolãtis dux
Carolus rex
Blanca infan/tula dux
Filiberthus dux
Galeacius dux
Blanca Maria dux
Ladiſlaus
Sicilia
Philippus Maria dux
ἐνύπνια
φάντασμα τα
ὄνειρον

ὅραμα uiſionē quod ὅραμα: horama appellatur: aut oraculum potius:
χρησμόν quod χρησμον: chreſmon græci nominant: Et omnia ꝙ accu-
ratiſſime diſquirens: nō difficulter cōiectauit tria hæc genera ad fu
turas actiones referri oportere. Itaq admonito filio Galeacio: pro
iuſſis paternis nihil ex ea die aliud curabat ꝙ ea omnia quæ ad ani
mæ ſalutem ſpectabant. De quibus quidem rebus quoniam ſatis
multa pro tempore ſum atq loco antea locutus: luctui mœroriq
nimio ſinē imponendū cenſeo nobiliſſime dux Galeaci: cum bene
atq perbeate cū ſanctiſſima tua matre Blanca Maria actū ſit: præ
ſertim cum nihil unꝙ optarit in uita: cuius non ſe uiderit affatim
adeo cōpotem factam: ut iam deceſſio magis metuēda foret in tā-
ta humanarum rerum mutabilitate: ꝙ acceſſio expectanda. Itaq
ſoluta aliquando aduerſæ omni cuiuſq rei ſollicitudine: & formi-
dine bonitatis ſuæ: pietatiſq pennis euolarit ad cælum. Quāta ꝑ
deum immortalem cum animi æquitate arbitremur reginam no-
ſtram migraſſe ex hac caliginoſa uita in ſerenū illud cæleſteq do-
micilium: in tanta ciuium omnium & populorum beniuolentia: fi-
de: cōcordia: obſeruantia: quos æque amauit ſemper atq uitā ip-
Mediolanum ſam: Quobrem etiam moriens non deſinebat Mediolanenſem po
pulum inter cæteros tibi præcipue commendare. Idq iterum atq
iterum. Id unum dumtaxat perinde atq ſuſpirās: ꝙ Mediolani di
em obire ꝓpter ingraueſcentem uim febris nequiuiſſet. Illud autē
imprimis addebat: ꝑmagnæ ſibi eſſe cōſolationi: ꝙ foret relictura
te filium pientiſſimum: nō ducem ſolum ac principem tanti & tam
florentis imperij: uerumetiā beneficū: clæmentiſſimūq patrem il-
luſtrium tuorū fratrum. Quare cū intelligebat iam ſibi ad hāc hu-
manā fœlicitatem nihil amplius optandū eſſe in uita: nihil etiam ſi
bi ducendū eſſe intēpeſtiuū: nihil immaturū: quo diutius inter ho-
mines laboraret: Nec em̄ ſe corpore moriturā exiſtimabat mulier
ſapienttſſima: quæ ſuperſtes foret in liberis: at animi immortalita-
te: nō ſe prius frui didicerat: ꝙ in illius conſpectū perueniſſet: ad cu
Peroratio ius imaginem & ſimilitudinē nouerat ſe creatam. Igitur ut rem
tantam breui oratione complectar: nō mortua eſt: ſed uiuit mater
tua princeps illuſtriſſime diua Blanca Maria: quæ cōmutata hac
temporali uita cum ſempiterna illa iam id præmij in cælo adepta
eſt: qđ uſq optarat cum eſſet in uiuis. Fruitur præſentia: fruit̄ uiſu
coram: fruitur cōſuetudine & colloquio humani generis redēpto-
ris. Hunc rogat: hunc orat: hūc precat̄: ut tibi ſemper in omnibus
rebus actionibuſq tuis & propitius adſit & adiutor: teq dirigat
aſſidue in uiam iuſticiæ atq pietatis. Quæ cum ita ſint: æquo no-

 

bis animo ferenda eſt hæc omnis uel naturæ neceſſitas uel uoluntas diuinæ mentis. Nã ut nullum malum ſit natura: ita quicquid ab deo eſt: id bonum certe æque atq; ſalutare ducendũ eſſe nemo ſanæ mentis ignorat.

## Franciſci Philelfi Oratio conſolatoria ad Jacobum Antoniũ Marcellum Patricium Venetum & equitem auratũ de obitu Valerij filij: ·III·

Vpiẽti mihi aliquid ad te ſcribere Iacobe Antoni Marcelle: quo tuus acerbiſſimus mœror ille (quem ex inopinato & immaturo obitu Valerij dilectiſſimi filij animo cõceperas) aut tolleretur omnino: aut magna ex parte leuaretur: eo difficilius conſolationis genus eſt oblatum: quod paris ægritudinis ſocius accedens: non minus ipſe conſolandus uidear: q̃ te conſolaturus. Quod enim cõſilium cuiq̃ ſit daturus: qui ſibi uix poſſit? Qua ſpe alteri medeatur: qui ipſe in morbo ſit? Sum equidem eodẽ quoq; tranſfixus uulnere: quo te uideo laborare. Erat enim mihi puer mirabili indole Olympus Gellius: qui nato tertio Idus Apriles anno a natali chriſtiano milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio: cum nõdum impleſſet octauum annum: ea & loquebatur & ſapiebat: quæ uix adultæ aut etiam grãdioris ætatis ſolent. Nihil leue præ ſe ferebat: nihil contemnendum. Vrbanis erat & compoſitis moribus: Ingenio acri & fæcundo & ſplendido. Lingua ad omnem celeritatis: ad omnem motus conueniẽtiam expedita. Voce clara: facili & ſonora. Aſpectu miti & grato. Ea cõpactione aptitudineq; membrorum: quæ & ſtrenuitatem referret & robur. Et (ne curioſius cuncta ſingillatim perſequar) talis erat Olympus meus: ut in eo omnia naturæ ad probitatẽ adminicula ineſſe uiderentur. Quid enim memorem: qua eſſet in me obſeruantia? quo cultu? qua pietate? Q̃ omnibus in rebus ſtuderet paternæ uel inſtitutioni uel uoluntati non minus obſequi q̃ parere. Hic mihi iucundiſſimus tantæq; ſpei filius nuper ad octauum Idus Martias depoſitum quod acceperat uſurarium: repetẽti deo optimo maximo: non modo reddidit: ſed ita grato animo: ita libenter reddidit: ut non uita excedere ſed in ſempiternæ atq; beatæ uitæ domicilium ſeſe commigraturum & conſtanti ſermone & uultus tranquillitate hilaris quodammodo ac lætus certo credere ſignificaret. Quid animi tum mihi fuiſſe putas: cum repente illũ inter loquendum ſimul cum uoce ſpiritus defecit? Non potui equidem quod

Iacobus Antonius Marcellus

Olympus Gellius

fragilitatis eſt naturæq; humanæ in tam recenti tanq; inopinata ſu
ctus acerbitate non cōmoueri animo: cum eodē temporis puncto
quē tam uæhementer diligerem: & uiuū intuerer & mortuū. Itaq;
ubi cogitabundus ac ſubtriſtis aliquādiu ſiluiſſem: tandem nō ſi-
ne gemitu erupi in hæc uerba: Quam miſerabilis eſt humana condi-
tio: Quam ridendi cogitatus noſtri: Quam ſtulta conſilia: Quam uanitatis
plena ſunt omnia. Nihil eſt certi in hominum uita: nihil conſtan-
tis: nihil diuturni: Omnis ſpes noſtra inanis eſt: omne uotum fru-
ſtra. Quid de te mihi fili dulciſſime nō pponebā? non pollicebar?
nō futurū exiſtimabam? Gratiſſima tua præſentia iucūdiſſimoq;
affatu leuabam curas: oblectabam animū: meq; ipſe mihi totum
uendicabam. Quem ſenectutis meæ bacculū ac præſidiū fore ar-
bitrabar: En exanimum ſubito nullūq; aſpicio. Heu me miſerum
atq; infœlicem. Sic me Olympe dilectiſſime deſeris? Sic deſtituis
patrem ſenem? O ineuitabilem noſtram neceſſitatē. O ferreū atq;
inexorabile humanæ legis iudicium: quod nullis precibus: nullis
præmijs: nulla ui neq; mutari nec flecti poteſt. Hæc paucis queſtus
ilico rediens ad me totus cœpi me tacitus mecum cogitare: ac me
paulatim leuitatis arguere: quod ea eſſem imprudentia ut neſcirē
& qua lege nati eſſemus omnes: & quantū quodq; dolendū foret
aut nō dolendum. Continuoq; ita cogitanti mihi: ea uenerunt in
Menander Trophimus. mentem: quæ græce apud Menādrū dicta ſunt in Trophimū. Sed
ea referantur a me latine.

Si lege natus Trophime tu fores ea:
Vt omnia ad uotum tibi: quæ uelles fluerent:
Et id deorum aliquis recepiſſet tibi:
Recte doleas quidem: fefellit enim fidem:
Ac fecit abſurde: ſed ijſdem legibus
Commune quoniam tu quoq; quibus nos alij.
Cælum hauſeris: ut audentius tecum loquar.
Ferenda ſunt hæc fortius: & animo ſimul
Voluenda graui quæ dico: paucis accipe.
Homo es & ob id mutabilis quidem citius:
Res ad miſeras rurſuſq; animal nullum mala
Admittit ultro iureq; id ſane: quoniam:
Natura quem tulit imbecillum: maximis
Se rebus is fulcit: cadens igitur bona
Quam plurima conterit: ipſe uero nunc Trophime
Neq; admodum orbatus bonis ex eximijs.
Nam ſunt tibi nunc mediocria quidem mala.

Mediocriter igitur tibi quod deeſt: feras. His igit̃ Menandri uer
ſibus primū admonitus: & quæ eſſet naturæ lex: & quæ hoīs in/
firmitas: & quanti quod accidit incōmodi faciundum ſit & quo/
modo ferendum: deinde ad ualidiora rationis remedia auxiliaq;
cōuerſus: ita ſum ijs & adiutus & cōfirmatus: ut intelligam plane
mihi mali eueniſſe nihil: quod Olympum meum quo ne uitā qui/
dem ducebam chariorem: non tam morte amiſerim q̄ præmiſe/
rim. Hæc autē qualia fuerint: in te conſolando breuiter oſtendam.
Neq; eñ futurum uereor: quo minus rationi malis q̄ perturbati/
oni obtemperare. Noui magnitudinem animi tui: noui prudētiā:
noui grauitatem. Facile ut es maximo ſplendidiſſimoq; ingenio:
reuocabis uim animi a ſenſuum imbecillitate: & non quid indocti
ſed quid uiri ſapientiſſimi ſentiant cogitabis. Nec ſane cōmiſſurus
ſis: ut poſt tot tibi ac tantas res pulcherrime geſtas patiaris clariſ/
ſimum nomen tuū ulla uel inconſtātiæ uel mollitiæ nebula obdu/
ci. Erat tibi Valerius filius cum formæ præſtantia: tū animi robo/
re acrimoniaq; ingenij & elegantia morū tui admodū ſimilis. Hic
a prima uſq; infantia qualis futurus eſſet: nullis aut præceptis aut
admonitionibus: ſed ſola naturæ probitate ſuaq; adductus certiſ/
ſima ſigna dedit. Aberas tu Chremæ prætor: cum tibi nuncius eſt Chrema
allatus de infante nato. Quod ipſe audiens tāta uoluptate animi
affectus perhiberis: ut ex oris hilaritate admirationē inijceres cir/
cumſtantibus. Ineſt ſane in animis noſtris diuina uis quædā: quæ
ſupra corporis ſenſus permulta ex ſeſe & intelligit & uidet: quæ
nos plærūq; ne cogitamus quidem. At primum de nato ſibi infan
te nuncium tantā de illius futura probitate ſpem conceperas: ut ti
bi magnum ad fœlicitatē cumulum additum putares. Nec te tua
fallebat opinio. Fertur eñ ſuſceptus in lucem infans: & cum mini/
mo parturientis breuiq; labore: & quod mirabile dictum eſt: non
modo nō uagiens ſed etiā ſurridens: ac ueluti parēti ipſi alludens:
ut de eo rectiſſime dici poſſet Virgilianum illud: Incipe parue puer Virgilius
riſu cognoſcere matrē. Erat facie liberali & eleganti. Inerant in ocu/
lis quaſi coruſcantes ſcintillæ quædam: quibus paterni intutus &
uigor repræſentabat̃ & grauitas. Totum uero corpus ut erat æta/
tis initio grādiuſculū: ita & decorum & ſolidum. Et quoniam ipſe
ob publici magiſtratus officium adeſſe nō poteras: continuo religi
one diligentiaq; materna per ſacri baptiſmi lauacrū renaſcitur in
Chriſto Ieſu: indito noīe Valerio. Quod ipſum nō ſine quodā na Chriſt⁹ Ieſus
turæ ueluti præſagio ſecūdū Platonis ſententiā mihi factū uidet̃. Plato
Recte eñ qui ſupra ætatis rationē plurimū eſſet ualiturus & inge/

nio & ꝓbitate: Valerius nominaṫ. Solent infantes natura fere om
nes ad mittẽdũ uitæ alimẽtũ eſſe ꝓniores: & tanq̄ edaces ob eãq̄
Valerius rem corpore etiam immundo: At Valerius ſecus oĩa nutrici quã ei
mater prudentiſſima & ſobriã delegerat & pudicã: nunq̄ moleſtũ
ſe præſtabat: ſed horis per interuallũ quaſi conſtitutis lac modicẽ
capiebat: quo & corpuſculũ ſcite in ꝓceritatem alebaṫ. Et q̃m nul-
la eſſet præter debitã ſtomachi cõcoctionẽ ei ſuꝑfluitas: erat cute
pernitida ac terſa: nulliſq̄ neq̄ digeſtionis ſordibus nec alia pur-
gatione naturæ aut nimius aut grauis. Agebat iam menſem tertiũ
cũ mirifico mẽbrorũ oĩm incremẽto: dũ ipſe magiſtratus Chremẽ
ſis munere iam ꝑfunctus aduenis domũ: Vix ianuã es ingreſſus:
cũ nullo adhuc præcedẽte domeſticorũ neq̄ ſtrepitu nec uoce: ut q
a nemine ſubito adueniens uiſus eſſes: cõfeſtim dimiſſa ex ore nu-
tricis mamilla: quã modo ſolutus ſomno ſugere cœperat: caput ſi
mul oculoſq̄ ſuſtulit: & ueluti arrexit auris tanq̄ aliquid noui uel
uiſurus uel auditurus: quæ q̄dẽ res præſtãtiorẽ uim quãdã animi
declarat. Vbi uero e ueſtigio apparuiſſes: uix teneri poterat a nu-
trice: quo poſt emiſſas ui manus atq̄ brachia ex incunabulis qui-
bus erat artius inuolutus: nõ ſe totũ in te cõiiceret lætis oculis riſu
q̄ ſuauiſſimo. Et quæ ꝑ ætatẽ ꝓloqui nõ poterat: dimidiato noĩe
patrẽ balbutiebat. Apprehẽderas eũ tu nõ ſtuporis minus q̄ læti-
ciæ plenus. Cũq̄ infantẽ benedicẽs oſculareris: ille te cõtra e collo
pendẽs exoſculari nõ deſinebat. Et ita oculos tuos oculis fixis in-
ſpiciebat geſtiens: ut dicere uidereṫ te ſibi eſſe omni uitæ ſuauitate
iucundiorẽ. Nã & a nutrice quæ ori mamillã obiiceret: tanq̄ indi-
gnabũdus auertebaṫ: & blandiẽti matri eumq̄ abſtrahẽti pudore
quodã magis ingenuo q̄ uolũtate conceſſit: ſed ita cõceſſit: ut te re
flexa ceruice intueri uſq̄ & ꝑ uerborũ fractionẽ neſcio quid blãdi-
us balbutire nõ deſiſteret. Tu aũt præ admiratione loquebaris ni-
hil tecũq̄ tacitus gaudebas q̄d magnũ quẽdã & excellentẽ uirum
atq̄ ciuẽ futurũ Valeriũ iudicares. O fallacẽ læticiã: o incertã ſpẽ
noſtrã. Alia ſunt humana conſilia: alia dei iudicia. In dies augeſce-
bat ĩ Valerio cũ ſenſu corporis mẽtis intelligẽtia: quã innata quæ-
dã prudẽtia: quæ peritæ ſenectutis eſt ꝓpria: miro quodã incremẽ
to comitabaṫ. Cũq̄ & ſupra ætatẽ & calleret & ſaperet: deũ omni-
potentẽ religioſiſſime uenerabaṫ Charitate patria nihil ducebat
ſanctius: parẽtes incredibili pietate ꝓſequebaṫ. In neceſſarios om
nis erat obſequẽtiſſimus: Eruditorũ aũt & grauiũ uiroꝝ præcipue
ſtudioſus. Cupiebat ſemꝑ præclarũ aliquid diſcere: aliquid audi-
re. Itaq̄ aut abs te cũ quippiam ocii a publicis muneribus nactus

eſſes: aut a magiſtris aliquid quo doctior fieret: cõtinenter quærebat. Et qm̃ in te uno atq; eodẽ oĩa ineſſe gloriabat̃: quæ ſibi effingenda diſcẽdaq; proponeret: adeo te ſemꝑ per oẽm pietatis cultũ admirabat̃: tanq̃ aſſidue nouũ aſpiceret. Te ſequebatur in omni uitæ inſtituto: tibi adhærebat: te imitabatur. Quo tua præſentia: tuus ſermo: tua admonitio ſe meliorẽ efficeret: q̃diu eras domi: nuſq̃ longius abs te aberat. Erat em̃ inſatiabili quadã aliqd ſemꝑ diſcendi cupiditate: Eoq; mẽtis acie ferebat̃: ut aliquid boni quotidie ſupra annos: ſupra naturã aſſequeret̃. Quo quidẽ ſciendi ſtudio: qua uitæ inſtitutiõe: qua puritate morũ effectũ eſt: ut eius animus nullis blandicijs ſeduci decipi illud poſſet. Et cum in eorum quæ diſcebat: ueluti certamẽ ut fit cũ æqualibus ſocijſq; deſcenderet: quãq̃ modeſte & generoſe animi ſubmiſſionis laude ſuperabat inuidiã: eã tñ multomagis in admirationẽ ſui uertebat: qđ nullã cuiq̃ relinqueret ſecũ cõtendendi ꝓuinciã: adeo cũctis uirtutibus oẽs ſupra modũ antecedebat. Vincendi aũt laude nulla efferebat̃: nullã ferebat præ ſe iactantiã: quin ingenij morũq; grauitatẽ frontis hilaritate cõdiebat: alios blandicijs leniens: alios ſibi beneficijs cõcilians: alios in ſtuporẽ ſui obſeruantiãq; cõuertens: ob eam animi præſtantiã: qua in omni bonitatis numero ſine ulla cõtẽtione eminebat. Nihil inerti ocio ſibi magis ducebat aduerſum. Nocem̃ & contabeſcere uim ingenij & robur corporis demoliri dictitabat Itaq; nullũ ſibi uacuũ tempus dabat puer egregius: quo minus aliquid aut lectitaret: aut tenellis digitis iam ſcriberet: aut ageret deniq;. Cum em̃ a matre quandoq; increparet̃: ut eſt ingeniũ muliebre erga filios indulgẽtius: ne tantã operã litteris daret: Fieri em̃ poſſe: ut nimia animi cura in aduerſam ualitudinẽ incideret: uix tandẽ ab eiuſmodi ſtudio tantiſper dum mater aderat: ueluti auulſus tanq̃ ab intelligendi ratione ad actionem ſe conuertebat. Circuibat uniuerſam familiam: Quid præbitor: quid procuratores: quid negociatores: quid reliqui domeſtici facerẽt: diligentiſſime diſquirebat: ſingulos leni hortatu atq; hilari uultu monẽs: ut ſuo fungerentur officio: Sic enim fore: ut uel ſe internuncio atq; adiutore quicqd a patre uellent aſſequerent̃. Ex quibus unus ubi iocabundus ſubdidiſſet: Cura Valeri litteras: & hæc relinque patri: cõtinuo excepit: At ego in patre: & pater in me eſt. Præterea an ignoratis ex litteris ſcientiam gigni: ſcientiam uero omnem referri ad actionem? Quid enim profuerit cuiquã uirtutem ſcire: niſi ſecundũ uirtutem egerit? Quæ illi audientes admirabantur: quaſi diuinum quiddam intuerentur in puero. Frequentabãt ut quo-

tidie ſolent: innumerabiles prope uiri ampliſſimas ædes tuas alij tui ſalutandi: alij negocij ſui gratia: quibus ille ſi forte aberas: con/feſtim fiebat obuiã alacer ac lætus. Quid nã uellent ſciſcitabatur accuratiſſime atq; permodeſte: ſeq; omnia patri cum primũ reuer/tiſſet domũ: renunciaturũ pollicebatur. Et ita cuiuſq; intellecta ad uentus cauſa: neminem dimittebat quẽ ſibi non antea reddidiſſet ſingulari affectum beniuolentia: cũ aliJs opera: aliJs uerbo: uolun/tate & diligentia omnibus inſeruiturum ſe oſtenderet. Quotiens domũ redires: occurrebat ad ianuã: teq; reuerenter ſalutato: dex/terã blandius apprehenſam oſculabatur: & q̃ fortunatæ res publi ca & q̃ belle ipſe haberes: quærere nunq̃ omittens: eaq; deinceps addebat: quæ te merito in ſtuporem adducerent. Erant eñ omnia prudentis ſenis: nõ pueri uerba. Cunq; erat domi: quantũ fas eſſe arbitrareť: abs te longius nuſquã aberat: aut ſedenti aſtabat: aut inambulantẽ ſubſequebať. Deniq; quicquid aut ageres: aut dice/res obſeruabat. Tum ipſum uultum atq; omnem corporis tui ge/ſtum conſpicabať acutius: ſibiq; imitandũ proponebat. Tantaq; animi uoluptate in te contemplando afficiebať: ut eum geſtientẽ aſpiceres. Quod ſi fortaſſis interdũ te cogitabundũ ut uſu uenire ſolet: animaduerteret: attẽtiſſime tuos omnis & oculorum & cor/poris motus cõſiderabat tacitus. Deinde tum ex matre: tum e ſer/uis quærebat: Accidit ne patri noui quippiã? Quid ita cogitabat ſecum? Demum pudibundus & tanq̃ ſubtimidus te adiens pete/bat: nunquid quod nolles: quod deus auerteret: noui aliquid acci diſſet: q̃obrem ita minus lætitiæ oſtenderes in facie? Cui cum leni ter arridens ſubderes: nihil mi Valeri: ilico exhilaratus dicebat: Pone igitur mi pater aliquãtum difficilioris iſtos cogitatus tuos: eſtoq; tui ſimilis. Quid eñ tot te ſemper curis affligis & publicis & priuatis? Serua teipſum q̃ diutiſſime & reipublicæ & nobis: quo/rũ uita omnis manat e tua uita. Quæ loquentẽ dum oportune & apte ex tuis familiaribus quidã ſeorſum abduxiſſet quæſiſſetq; ex eo: dic mihi Valeri: ſi tuis optatis omnibus faueat deus: ſi quod Ie ſus ſaluator noſter auertat: alteri moriendũ eſſet: utrius obitum malles: tuum ne an patris? Tum ille totus facie uultuq; cõmotus cõſtantiſſime eſt indubitanterq; iuratus: ſuã ſe uitam pro paterna uita cũ uſus foret: nõ ultro ſolũ ſed libẽter etiã traditurũ ſemper: cũ diceret ſua ſe morte: aut nihil poſſe aut parum incõmodi afferre cuiquã: paternã uero mortẽ cum patriæ nõ mediocre incõmodũ: tum uniuerſæ familiæ noſtræ maximũ detrimẽtũ ruinamq; illatu/ram. Sed quid ego plura cõmemorem: quæ tanta ſunt & tam mul

Ieſus

ta:ut ſi ea uelim referre cuncta in medium:me dies ſit defecturus.
Quare ne in prolixiore oratione eo uidear tibi magis refricare ac-
ceptum uulnus: quo diligentior fuero circa diuini illius pueri cō-
memorandas laudes:ueniam ad id:cuius cauſa hoc eſt conſolādi
munus a me ſuſceptum. In tanta ingenij atq; morum fœlicitate:
in tāta ſpe probitatis:in tanto futuræ gloriæ ſtudio ut eſt hominū
natura fragilis ac uarijs & pene infinitis obiecta periculis: Valeri-
us ille tuus ægrotat ægrotationem primū:quantum uideri pote-
rat:nō admodum grauem. Acceſſuntur medici: quæritur morbi
cauſa: quæ quoniam puer erat uita continentiſſima: alia nulla eſt
uiſa ꝙ uæhementior ſuſceptus labos in ludo. Noſti enī Valerium
tuum fuiſſe adeo natura bene inſtitutum:ut nunꝗ ſe ne in ſumma
quidem inedia ac ſiti aut cibo ingurgitaret aut obrueret potu:ſed
& hoc dilutiſſimo utebatur & illo uiliſſimo: ita ut ſæpius ad panē
obſonium nullum adderet:& obiurganti quādoq; matri:quid ita
faceret:ille blandiens reſpōdebat:quia hoc o mater dulciſſima de
lector magis. Præterea crapula & ebrietas litteras non admittit.
Itaq; malo ſtomachum de me queri ꝙ mentem. Quapropter ex
cōmuni medicorum conſenſu:ea omnis ægrotationis cauſa data
eſt nimiæ luſioni. Nam ad remittendum animi laborem cui Vale-
rius circa litteraturæ & eloquentiæ inſtituendæq; uitæ ſtudiū erat
plurimū deditus:ut ludo ſe interdum exerceret permittebat. Res
ſane pueris omnibus natura maximæ grata. Itaq; nō abſurde qui
primi apud græcos nomen pueri inuenerunt:id a ludendo deduxe
re. Ludere enī apud illos dicitur παἳζειν: pæçin: ex quo παῖσ: παἳζειν
pæs:hoc eſt puer deſcendit:quod ipſum nomen apud noſtros etiā παῖσ
qui per litterarum mutationem quandam ab eodem uerbo acce-
ptum cōtenderint:non inepte fortaſſe contendant. Ludebat igitur
quandoq; Valerius ſed non teſſaris quidē unꝗ:nec alio ullo gene
re aleæ. Aut enim in palæſtra:aut in curſu exercebatur:aut in emit
tendo iaculo:aut in iactu lapidis aut in pila. Deniq; ludum omnē
ingeniumq; quo uel agilius uel robuſtius redderet corpus: eiuſmo-
di nullum prætermittebat:& id quidem ſine ulla æqualiū uel mi-
nima offenſione. Non modo enī uictor alijs inſultabat:at ne uer-
bo quidem ullo utebatur:quo ſe uiciſſe oſtenderet. Quinpotius
quaſi illorum cauſam ageret:ſemper aliquid excogitatum acuti-
us efferebat:quo illis nō ſuo ſed fortunæ uitio minus ex ſententia:
& ut par fuerat:eueniſſe cōtenderet:decereq; euentis conſilia æque
anteponi atq; fortunæ probitatem. O generoſam pueri indolem.
O præclara eximiæ ſummæq; uirtutis documenta. Malebat puer

modeſtiſſimus extenuare laudem ſuã: q̃ in uero prædicãdo uictis ægritudinem augere. Qua ex re factũ eſt: ut æqualibus omnibus & chariſſimus eſſet & honoratus imprimis. Inualeſcebat ĩ dies: & incrudeſcebat morbus. Nullæ rationes medicorũ: nulla remedia ꝓderãt. Vis mali radicitus inhærẽs: aſſidue magis magiſq; emergebat in robur. Febriebat inclytus ille puer febrem & uæhementẽ & ærumnoſam. Et quo magis efferueſcẽtis ægrotationis immanitate atq; diritate affligebatᷣ corpus: eo is erat animo maiore ac magis inuicto. Remedia medicorũ nulla deprecabatᷣ. Quicquid iuſſiſſent & alacer obibat & fortiter. Speiq; bonæ plenus: quo uitalis ſpiritus magis atterebatᷣ in dies: eo erat ui animi erectiore. Vſu certe fieri uidemus: ut qui moribus fuerit bene inſtitutus: quo magis eſt propinquus morti: eo ſit ſenſu mentis uiuaciore. Deficiebãt in illo pedetẽtim ac ſenſim: ut fit: uires aĩæ. Strenuũ illud delicatũq; corpuſculũ iam languebat. Frigus ac rigor pedes atq; genua occuparat. Facies quæ omni erat niue candidior: pallore induebatur. Roſæ genis exciderãt. Syderei ocelli ſegnius luceſcere palpebræq; iam demitti. Lingua uero qua neq; tenuius nec expeditius nec mobilius quicq̃ fuerat: hebetior fieri. Vox deniq; ſonora illa & cygneã ac fere diuina obmuteſcere. Quæ aduentantis luctuoſiſſima mortis ſigna: cũ tu coram aſpiceres: nõ potuiſti ita tibi moderari: quo minus pro paterni affectus imbecillitate & lachrymis & gemitu animi ſollicitudinem oſtenderes. Quod ille ita ut erat ui morbi moleq; deiectus: tanq̃ e ſomno excitatus ubi animaduertit: febribus æſtuans laſſuſq; anhælitu: quid agis inquit Pater mi dulciſſime? Quid gemis? Quid ita illachrymaris? Ita conſolaris Valerium tuum? Pone quæſo lachrymas mi pater: pone omnẽ animi curam. Bene nobis ſperandum eſt. Nos deus nõ deſtituet: Cui tamen quicquid placuerit: id tranquillo atq; læto animo feramus: neceſſe eſt. Quod ſi bonam ualitudinẽ recuperaro: nunq̃ patiar ut eã nimia ludendi exercitatione amittã: idq; tibi bona fide polliceor. Meminerat em̃ puer ſpectatiſſimus ſe plærũq; abs te admonitũ: caueret ſibi a nimia luſione: ne ob laborem immoderatũ in aliquod morbi genus incideret. Tum ipſe: Fide igitur mi fili fac aliquod uotum chriſto Ieſu: Fac Mariæ uirgini: Nam quicquid uoueris: ipſe perſoluam. His auditis puer nobiliſſimus quãq̃ erat toto corpore proſtratus atq; ſemianimus: perinde tamen atq; collectis in unum diſperſis & profligatis uiribus: ſublato ad cælum intutu: in hæc uerba ſuauiſſimum os aperuit: Deus omnipotẽs chriſte Ieſu redemptor noſter: te q̃ deuotiſſime precor per ſanctiſſimã

Ieſus Maria

paſſionẽ tuã: te inquã clæmentiſſime rex gloriæ ꝙ humillime obſe/
cro per impollutæ Mariæ uirginis tuæ pientiſſimæ matris merita:
ut hanc a me domine: qua tam uæhementer affligor ægrotationẽ:
ſi tibi placitũ eſt: amoueas: meq́ iucundiſſimo patri huic meo ma/
triq́ dilectiſſimæ reſtituas. At ego tibi liberator humani generis
quid ſim pro tanto beneficio relaturus? Nempe ad perpetuum de/
uotionis uenerationiſq́ meæ ſtudium omnia ueſtimẽta mea ac re/
liquũ omnẽ corporis ornatũ dono do pauperibus. Quæ locutus
mirabili cum animi affectu quaſi extremo labore feſſus ac laſſus
obticuit. Hic tu pater aliquãdo exhilaratus tempeſtiue ſubdidiſti:
Meum autem uotum Valeri mi ſuauiſſime illud eſt: ut ego una te/
cum: ſi conualueris: utar fuſca ueſte: Verum tu ſerica & in annum:
at ego lanea idq́ in omnẽ uitam. Addidiſti eñ ſerica: ueritus quo/
niã puer uti ſemper conſueſſet læto quodã amœnoq́ cultu corpo/
ris: ferret triſtius fuſcam ueſtem. Sed audi obſecro tu: ut cæteri te/
cum audiant: quid is reſpõderit. Abſit inquit: abſit mi pater: Imo
ego induar ueſte & fuſca & lanea: ſic eñ decet: tu uero eleganti ut
ſemper atq́ ſenatoria: Nã in te nõ familiæ ac tuorũ ſolum ſed rei/
publicæ decus repræſentat̃. Dum hæc ſcitẽ ſerioq́ loquitur: mors
paulatim irrepens: præcordia frigore obſidet: horret iam puer: ac
tremit: Nã quo magis animi magnitudine uincere nitebat̃ fragili/
tatẽ afflicti corporis: eo magis febris immanitas membra proſter/
nebat: ita ut demũ diceret ſublatis ad cælũ oculis: Miſer ego: quis Ro.vij
me liberabit de corpore mortis huius? Q̃diu claudar hoc ſæculi
carcere? Quod ipſe audiens cum transfixus doloris iaculo cœpiſ/
ſes durius flere: Tũc ille: Quid eſt mi pater ut tanto te dolore confi
cias? Stat ſua cuiq́ dies. Impleui curſum: qui mihi a domino da/ Virgilius
tus eſt. Non hic uiuit̃ noſtro arbitrio. Peregrinamur: ꝙdiu ſumus
in uita. Quæ tamen uita certe non eſt: ſed ſimulacrum quoddã pu
re innocenterq́ uiuentibus uitæ illius beatæ & ſempiternæ. Itaq́
ſtudendũ ſemper eſt: ut ꝙ properantius licet: redeamus ad cõmu/
nem bonorũ omnium patrem: qui mitis eſt & miſericors. Sic eñ
frui licebit corona iuſticiæ: ſic ſaturari æternis gaudijs. Suauis eñ
eſt dominus. Volentiq́ plura loqui: iam lingua balbutiebat: Iam
grauior ſomnus ſenſum oppræſſerat: febris in ardorem æſtuabat:
Iam deſperatũ erat de puero: Iam parabant̃ quæ ſunt funeris. Cũ
ne quid intemptatum uiderer̃: confeſtim acceſſit̃ Gerardus medi/ Gerardus Ve
cus Veronẽſis: uir ſane & doctus & amicus. Nam alij nonnulli Ve ronenſis
neti medici antea puerum curandum acceperant: qui quoniam de
ſperarant de ſalute: ſe inde ſubtraxerant. Gerardus igitur cum ue/

niſſet: omniũ primum urinã in uitrea mathula cõſpicat̃: quã & ru
ſam uidet & turbidam: deinde manibus apprehenſis arteriolisq;
uitalibus contrectatis: reperit earũ motiunculas ꝑdebilis ac raras
& ꝑ intercapedinẽ ſe mouẽtis. Cõtrectat extremos digitos pedũ:
deinde genua: demum partẽ uicinã cordi. Sentit omnia mortis ui-
ribus intercepta. Vocat puerum ſuo nomine: Reſpondet is nihil.
Vocat rurſus altiore uoce: Valeri mi nihil reſpondes medico? Va-
lerius ad hæc ueluti reuiuiſcens cœpit rurſus leuiter reſpirare: & cũ
difficultate maxima prolaxas palpebras tollit. Tum Gerardus pu
pillas diligenter intutus quæſiuit a puero: an ſe agnoſceret: ad quẽ
ille & ſi cũ difficultate ſpiritus: agnoſco inquit: Veniſti eñ iam pri-
dem ad patrẽ ſalutatum: cũ ſe per æſtatem ruri ſoluendi animi gra
tia contineret. Id autẽ factum eſt: cũ nõdũ Valerius impleſſet ter-
tium ætatis annũ. Memoriæ bonitatẽ medicus admiratus in tãta
præſertim ui morbi: rurſum minutatim quæſiuit ſingulas aduer-
ſæ ualitudinis cauſas ac ꝓgreſſus: cui ille ita deinceps prudẽterq;
reſpondit: ut medicus faciem auertens a lachrymis ſe nequiret cõ-
tinere. Cũq; poſtea ſubdidiſſet: ne metue mi Valeri: Curabo enim
te cõualeſceſq; q̃primum. Conualeſcam inquit ille: & breui equi-
dem conualeſcam. Nã mihi medicus Chriſtus eſt. Petiitq; ut uici-
Chriſtus
næ ſacerdos accerſaretur: Qui ubi e ueſtigio affuiſſet rogaſſetq;
quidnam uellet: Reſpõdit puer: Iam hinc mihi abeundũ eſt. Itaq;
audi: rogo: peccata mea: meq; ſi fas eſt: culpa omni abſolue quo li
berior iter qđ ſum facturus: leuiorq; emetiar: Aſſedit moderatiſ-
ſimo puero ſacerdos: quæ is deliquiſſet in uita auditurus. Quæ
ſunt eius errata? Vnum id ſane & maximũ: quod dum poſt animi
circa litteras & facundiã morumq; diſciplinam exercitationes aſſi
duas nihil ocii ſibi indulgens exercet etiam corpus ingenue: ea eſt
ui morbi correptus: qua ex hoc terreſtri carcere ante in cæleſtẽ pa-
triam reuocatur: q̃ per ætatem poſſet flagitii fœditatem cognoſce-
re. Miratus igitur ſacerdos ſingularẽ integerrimi pueri bonitatẽ:
quippe quẽ nulli reatui uideret obnoxiũ: ſed ſimplicis cuiuſdã po-
tius atq; abſolutæ probitatis ſpeculũ: dũ eũ iubet bene ſperare: dũ
religionis more impoſita capiti manu omni culpa libere abſoluit:
Valerius innocentiſſimus filius ille tuus: dũ eleuatis ad cælũ ocu-
lis deũ orans: caſtiſſimum pectus cõiunctis digitis atq; labella ꝑ-
cutit: ſeq; ſanctiſſimo triumphalis crucis ſignaculo aduerſus com
munis hoſtis inſidias armat ac munit. Poſt breue ſuſpirium ac la-
chrymulam tã leniter emittit ſpiritũ: ut ſponte rurſus occluſis ocu
lis obdormiſſe nõ mortuus exiſtimari poſſet. Et qđ mirabilius eſt

creditũ:niueus ille purpuræ mixtus color: quo pulcherrimos om
nis ſuæ ætatis pueros mirifice anteibat in uita:repente ſimul cum
obitu maiore quadam gratia emerſit in faciẽ: Argumentũ ſane nõ
paruũ neq; contẽnendũ eorũ mortem qui recte beneq; uixerunt:
nõ modo nõ eſſe malum ſed bonũ etiã atq; expetendũ. At ipſe ta/
men nõ potes eius obitũ nõ dolere ferreq; permoleſte: in cuius ui/
ta magnã quãdã ac certam ſpem & tibi & patriæ propoſitam eſſe
exiſtimabas: quem ex teipſo genueras: in quo uiuo te etiã cum na
turæ cõceſſiſſes uicturũ arbitrabare. Sunt iſta profecto eiuſmodi:
quæ hominũ animos nõ cõmouere nõ poſſint. Videmus opifices
ſuis operibus quæ ſibi ueluti genuerint: inſcribere ſua noĩa. Erat
nuper Conſtãtinopoli quẽ barbarus hic princeps Amyraſq; Tur
corum Mahometus amorati filius eſt demolitus: miræ magnitu/
dinis atq; pulchritudinis equus aheneus: in cuius dextero pede an
teriore legebant græce expreſſa eminentioribus litteris huiuſmo/
di uerba: Patrophilus fictor fecit. Egregius excuſor ille Patrophi/
lus: quoniã aliter fortaſſe nõ poterat: per illiuſmodi inſcriptionem
immortalitẽ ſibi cõparabat in uita. At Phidias in eburneo Miner
uæ ſimulacro quod eximia arte fabricatus traditur: cũ lege patria
ſuum nomẽ prohiberetur inſcribere: effigiem ſuã in eius clypeo ita
incluſit: ut ſine totius operis demolitione diuelli non poſſet. Et gra
uiſſimi philoſophi uiriq; ſanctiſſimi quoſcunq; libros ædiderint:
proprijs ipſorum nominibus illuſtrare cõſuerunt. Quod ſi huiuſ/
modi monimenta ingenij icciro plurimũ nos delectant: quoniã
per ea immortalitatẽ quaſi quãdã memoriã nominis noſtri apud
uiuos aſſequimur: q̃tomagis totius hoĩs propagatio: quæ per fi/
lios a nobis manat: deinceps in poſteros: & chara patri cuiq; eẽ de
bet & periucunda: Nõ eñ corpore dumtaxat quod ipſum natura
ſua mortale eſt in filijs uiuimus: ſed nõnullis etiã animi partibus.
Nam quãq; eſt cuiq; ſua mens diuino creata arbitrio: plæræq; ta/
men ſunt animi uires: quæ ſimul cũ corpore a parentibus trãſfun/
dunt in liberos. Atqui fieri poteſt: ut uel malis moribus uel tem/
porũ calamitate uel alia maiore ui quapiã natura hominis depra/
uetur uitieturq;: id quod in M. Tullij Ciceronis: in Qu. Fa. Maxi
mi alobroici: in Ariſtotelis philoſophi: i Dionyſi ſenioris filios: eo
dem quoq; modo in Qu. hortenſij: in P. craſſi: in Africani fratris
nepotes accidiſſe legimus: rariſſimos tamen inuenias qui paren/
tum maiorũq; ſuorum & exteriorẽ & interiorẽ: tũ magna ex par/
te ſi minus exercent: haud referant tamẽ. Quare cũ & bonitate na
turæ & inſtitutione diligentiaq; paterna eũ haberes filium: qui to/

Conſtantino/polis
Mahometus
Amyras Turcorum
Patrophilus
Phidias
Mineruæ ſi/mulacrum
M. Tul. cicero
Qu. Fab. Max. alobro.
Ariſtoteles
Dionyſius
Qu. hortẽſi.
Qu. craſſus.

tus tui erat ſimillimus: cum exiſtimes fortaſſis ex illius obitu ma/gnam tibi factã eſſe iacturam: cenſes te iure ac merito & eius & tua cauſa dolere oportere. Verũ erige te obſecro Iacobe Antoni Mar/celle: Cedãt rationi turbulentiſſimi atq; præcipites motus animi. Fac ut interior exteriori homini dominet̃: ſi teipſum audire: ſi tui compos eſſe uolueris: intelliges profecto tibi non modo nihil acci/diſſe mali: quod Valerius tuus abs te abierit: ſed eo te eſſe meliore conditione: quod certo didiceris dilectiſſimum filiũ ſimul cũ ægro/tatione corporis liberatum omni ægritudine animi frui nunc cæ/leſtis gloriæ gaudijs ſempiternis: eſſeq; tui apud iudicem eum de/precatorem: qui & iuſtiſſime ſemper iudicat: & quæcunq; aut agi/mus aut dicimus: multo ante cognouit: q̃ a nobis fuerit cogitata. Quid em̃ per immortalem deũ in unius infantis obitu acriter adeo tibi dolendum eſſe arbitraris? An ignorabas: quod Telamon Eu/ripideus longe ante Anaxagoran claçomeniũ de Aiace reſponde/rat: filium abs te genitũ eſſe mortalem? Nũ omnes ea lege nati ſu/mus: ut alij citius: alij ſerius: omnes tñ moriamur deniq;? Xerxes ille maximus atq; potentiſſimus rex Perſarum: qui mõtes proſtra/uit: mariaq; conſtrauit: cum ex altiore loco exercitum illũ diſpice/ret: quẽ ex quingẽtis myriadibus: ut tradit Herodotus: hoc eſt ex quinquies decies centenis hominũ milibus conflarat: ſe a gemitu ac lachrymis continere nõ potuit. Interrogatuſq; quid ita faceret: iccirco ſe flere reſpõdit: quod poſt annos centum eorũ nemo quos tunc uidebat: ſupſtes futurus eſſet. Quam naturæ humanæ imbe/cillitatem Euripides meditatus: ut eſt omni in re grauis ac diligẽs ita locutus eſt:

*Telamon — Anaxagoras — Aiax — Xerxes — Myriades — Herodotus — Euripides*

Natura quæ mortalibus eſt rebus: tenes?<br>
Haud uideor equidem: nam unde? at auribus accipe.<br>
Mors omnibus debetur his: nec eſt aliquis<br>
Qui cras futurũ ſe ſciat.

Quam igitur nobis polliceamur huius uitæ fœlicitatẽ: cuius omnia ſũt incerta: omnia mutabilia: omnia plena formidinis? Itaq; alio ſpes noſtra dirigenda eſt: alio intendẽ di cogitatus. Nam quid ſerius dici poteſt in hominũ uita: cum nul lus ſit tantus annorum numerus: qui ſi cũ æternitate conferat̃: mi nimã puncti particulam repræſentet? Nec ea profecto uita eſt opti/ma: quæ uel Neſtoris uel Sibyllæ quã fabulant̃: uel ea potius quæ Matuſalem annos uixerit: ſed quæ honeſtiſſima fuerit probataq; apud deum: etiam ſi unius diei uitam quis uixerit. Non em̃ multi/dine annorum: ſed magnitudine præſtantiaq; uirtutis hoĩs beati/tudo ſimul cum uita definitur. Num iccirco Chryſippũ aut alium

*Neſtor — Sibylla — Matuſalem — Chryſippus*

quẽpiã huiuſmodi: uel Platoni uel Ariſtoteli prætulerimus: quia plura in philoſophia uolumina prolixiora ſcripſerit? An illos potius Chryſippo & Chryſippi ſimilibus: quoniã acutiora & meliora ingenij doctrinæq; mouiměta poſteris reliquere? Num propterea arborem laudemus: quod pluriũ ſit annorum? An quia & pluris de ſe fructus & ſuauioris efferat? Et ne celerius ꝙ par eſt: a ſimilitudine diſcedamus: ut in arborũ fructibus accidere uidemus: ut alijs alij citius matureſcant: idq; non in diuerſis modo: ſed in eodẽ etiã genere fructum: Ita de hominibus quoq; uenire uſu quis dubitet ut pro cuiuſq; naturæ temperamento: alij ſerius alij citius uitam finiant? Si eũ arrogãtem ſolemus & diſſolutum exiſtimare: qui hominum legibus aduerſatur: qualis ducendus ſit qui ſuccenſet naturæ legi: quæ uiuendi tempus omnibus definit: ut id præterire nemini liceat? At naturæ legibus iraſci quid aliud eſt: ꝙ deo aduerſari: a quo natura omnis creata eſt? Qui enim ægrefert quod uoluit deus: is plane uidetur deum arguere iniuſticiæ in eũq; iraſci. Itaq; non abſurde hũc ab Eſchylo legimus repræhenſum: cum dixit: Boni eſt grauiſq; uiri: mali ſi quid patitur: nunꝙ deis iraſci. Quam ſententiam apte ſecutus Euripides ait: Aduerſa qui bene fert: uir optimus mihi uidetur ac prudens. At mea me de Valerio meo: dicas fefellit ſpes. Qui eñ nõ dolcã: ꝙ ab eo relictus ſim hæres: quẽ mihi fore ſperabã hæredẽ: Et quẽ ſupſtitẽ optabã: ei uideã me ſupſtitẽ: Et in quo uitæ huius oẽm collocarã iucunditatẽ: eum morte ſublatum aſpiciã. Qui ergo tam triſti: tã acerbo: tam infœlici caſu nõ crucier: nõ angar animi: cum illum mihi tam immature: tam inopinato ereptũ ſentio: quo aliud nihil in uita precioſius habebã: nihil amabilius: nihil charius: nihil ſuauius. At nihil debet eſſe inopinatũ ſapienti. Amiſiſti: fateor: in Valerio magnã huiſce uitæ iucũditatẽ: magnũ ſolatiũ: magnũ ornamẽtũ. Nõ poteras eius ingeniũ atq; ꝓbitatẽ cõſiderans nõ tecũ admirari: nõ tibi plaudere: qđ talẽ filiũ genuiſſes: tã modeſtũ: tã uerecũdũ: tã facilẽ tam ſtennuũ: tã benignũ. Delectabat te plurimũ ingenita eius prudẽtia & bonarũ artiũ ſtudiũ ac facũdia ſingularis. Et eius charitatẽ atq; pietatẽ obliuiſci nõ potes. Quæ quidẽ oĩa cũ uideas tã repente una cum illo amiſſa: irrecuperabili te detrimento & maximo affectũ arbitraris. At uelim tecũ aĩo uolutes illã Vlyxis ſententiã apud Euripidẽ poetã: Sapiẽtis eſt quæ oportet in malis ſapere. Nũ iccirco fortaſſe te illuſum & deſtitutũ putas: qđ antea ꝙ tua ferret opinio: Valeriũ tuũ ad ſe deus reuocarit? An tibi moleſtũ eſt: qđ celerius tua ſñia euocatus ille ab deo ẽ: & emiſſus ex his corpis uiculis: ad ſeq; ideo

Plato
Ariſtoteles
Eſchylus
Euripides
Vlyxes
Euripides

acceerſitus: ut omni curâ liberaretur: omni ſollicitudine? Quod ſi in re bellica turpe exiſtimať dicere: nõ putaſſem: ubi inopinato in nos hoſtis ac repente impetum fecerit: quãto id eſt turpius iudicandũ in huius uitæ conditione: quæ innumerabilibus periculis & calamitatibus eſt obiecta: cuius finis ẽ ille quẽ effugere nemo poteſt? Omnes eñ morimur horaq; mortis incerta eſt. Itaq; recte admonemur: Vigilate & orate: quia neſcitis horam neq; diem. Quid inquã facere nos oportet: quibus ſapiẽtiæ magiſter Ieſus eſt datus: quando idẽ & a gentilitatis philoſophis poetiſq; prædicatur: Pati multa neceſſe eſt ait? Næuius poeta mortalem mala: Sed erudiſſimus Perſius longe apertius: Viue memor lœti fugit hora: hoc qđ loquor inde eſt. Decet nos certe ita uiuere ut ſemper credamus futurũ ut moriamur. Aliud nihil eſſe philoſophorũ uitam affirmat Plato: q̃ mortis cõmentationẽ. Et docte id quidem atq; ſapiẽter. Nam ſi ad finem omnia referenda ſunt: ſi bene beateq; uiuẽdi principium capit ab ipſo fine rationem: ſi finis humanæ uitæ mors eſt: cui nulla eſt mortis meditatio: is ſane neq; prudens nec fœlix eſſe nullo pacto poteſt. Q̃ me uerba illa delectant: quibus utiť apud Euripiden: ut mihi uidetur Theſeus.

Matth.xxv.
Ieſus
Næuius
Perſius

Euripides
Theſeus

At ego quod a ſapiente quodam dediceram.
Curas calamitates & exilia mihi.
Mortis acerbas & malorum alia genera
Verſaueram animo: ne quid illorum prius
Quæ cogitaram: ſi quid accideret: magis
Recẽs noceret.

Didicerat Theſeus a ſapiẽte quodã: hoc eſt ab Anaxagora: Euripidis eſſe omnia quæ in huius uitæ mutabilitatẽ poſſunt cadere: diligenti meditatione ꝓuidenda: quo in omnẽ caſum armati inſtructiq; ſimus aduerſus omnes animi motus: Vt ſi cuti uigiles & periti gubernatores priuſq̃ dent uela Scythiam per euxinum pelagus petituri: ſe anchoris muniunt & rudentibus: ne ſi quis ſecus q̃ opus ſit uentus incubuerit: fruſtra ſint auxiliũ deſyderaturi: Ita etiam nos nõ adeo rebus lætioribus efferamur: aut deijciamur aduerſis: ut uideamur obliti q̃ uaria ſit: q̃ fragilis: q̃ incõſtans humana conditio. Quid eñ aut noſtrorum aut noſter etiam obitus nos affligat? Fac uitã corporis ſempiternã eſſe: Quis adeo ſit tanta dementia: qui non mori q̃ primũ malit: ubi in eam ſit uitam peruẽturus: de qua fore ſcriptũ legimus: Vt deleat deus omnẽ lachrymã ab hominũ oculis: & ubi neq; mors amplius ſit futura: neq; luctus neq; clamor nec dolor: q̃ ĩ hac uerſari diutius hominũ uita: quæ plena eſt miſerabiliũ ærumnarum in tot rerum

Anaxagoras
Scythia
Euxinum pelagus
Apoc.xxi

omniũ commutationibus: in tot cupiditatũ tedijs : in tot faſtidijs uoluptatum? Quæ hic nobis requies eſt? Quæ trãquillitas? Quæ non omnia plena formidinis : plena angoris? Nihil eſſe uidemus in hac inſtabilitate uitæ ita homini cõcupitũ: cuius poſt uſum ſatietas non ſequat̃: ut quod maxime cõſequi ſtudemus: id cõpotes uoti facti non abdicemus: & alia atq; alia deinceps appetamus. Nũq̃ niſi in morte appetitionis fax extinguitur. Itaq; nõ ab re & Dauid & Hieremias & Elias: aliiq; nõnulli uiri ſancti & ſapiẽtes: uitæ diuturnitatem ingemuerũt: Ita ſunt omnia uaria: ita incerta: ita infirma nuſquãq; manentia. Idq; animaduertẽs Pindarus: ut eſt in omni re prudens: ita locutus eſt. Dauid Hieremias Elias Pindarus

Spes uirum ſurſum ſimul & deorſum:
Multa lactantes celeri feruntur
Orbe uerſatæ probat id: quod ore
Nemo uenturam potuit deorum
Noſſe fortunam: quoniam futuri
Cæca mens nobis: hominiq; multa
Præter optatum tulit ipſe caſus
Triſtia: & rurſus miſeris ſubactam
Extulit rebus propere uoluptas.

Quare cum in rebus humanis nulla ſit certitudo: nulla ſtabilitas: nulla fides: nihil ſapienti oportet eſſe inopinatum: cũ uſu didicerit quotidie euenire: ut lætis triſtia & triſtibus læta ſuccedãt. Itaq; ad eadem te hortabor: ad quæ Corydon apud Theocritum Battum. Corydon Theocritus Battus

Fidere amice decet: melius cras forſan habebis.
Sperandum eſt uiuis: non eſt ſpes ulla ſepultis.
Nunc pluit: & clarus nunc Iuppiter æthere ſurgit.

Vt em̃ ſilentio inuoluã: uel. P. Ventidiũ: quẽ a patre Gn. pompeij magni actum in triumpho & oculis populi Romani miſerabiliter antea ſubiectum: de parthis ad poſtremũ pulcherrime triumphãtem Roma conſpexit: uel. G. Cornelium Scipionem naſicã: qui a Carthaginẽſium carcere ac uinculis nõ ſolũ omnia quæ ſeruitutis cõditione amiſerat: poſtlimij iure recuperauerit: ſed ad ſumma cõſulatus imperijq; faſtigia eſt euectus: Satis unus Iob exẽplo ſit. Quid em̃ hic triſte paſſus nõ eſt? quæ acerba nõ pertulit? Ipſe de ſe teſtimonium perhibet: Suſcitabis inquit corpus hoc meum: in quo multa mala ſum paſſus. At idẽ Iob ubi aduerſa omnia & corporis & fortunæ uirtutis patientia mirifice ſuperaſſet: ita ſibi propitium benignũq; deum reddidit: ut ad huius quoq; humanæ uitæ fœlicitatẽ nihil requireret. Magna profecto uirtus eſt patiẽtia. P. Ventidius G. Cornelius Scipio naſica Iob

Moderate nobis in utrãq; fortunã ferẽda ſunt oĩa. Nunꝙ diffiden-
dum eſt rationi: nunꝙ legi naturæ aduerſandũ. Tollenda ſpes no-
ſtra in deum eſt Iacobe Antoni Marcelle: qui ſolus quid nobis re-
buſq; noſtris aut cõducat aut nõ cõducat: & nouit ſemꝑ: & tempe-
ſtiue prouidet. Seuocãdus eſt nobis animus atq; dijungendus ab
iſtiuſmodi cogitatibus & motibus turbulentis. Nã perturbatiões
Pindarus animorũ: ut inquit Pindarus: ſapientẽ etiã uirum cogũt inſanire.
Neq; flenda tibi Valerij mors nec dolenda eſt: ſed laude potius &
gaudio ꝓſequenda: quẽ dignum deus iudicarit cæleſti domicilio.
Nunc uiget in rerũ oĩm cognitione earũ quas ita facile cũ uiueret:
Plato diſcebat: ut eas nõ tam diſcere ꝙ reminiſci ſecũdũ Platonẽ quiret
exiſtimari. Proinde ſatius feceris: ſi dolorẽ pectoris tui quo inopi-
nato percuſſus es recordatione illius laudũ conſolabere. Nã ſi eos
dolemus quibus bene eſt: quid de nobis ſumus facturi? Nobis ꝑ-
fecto potius de nobis ipſis dolendũ eſt: atq; cauendum merito: ne
dum filios flæmus: eorũ beatitudini inuidere iudicemur. Illi enim
j. Corĩ. ij. ijs bonis nunc fruunt̃: quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec
in cor hominis aſcenderunt. Nos autem aſſidue uolutamur in cœ-
no. Et eo mors noſtra & durior eſt & triſtior futura: quo diutius ui-
uimus. Verum ea nobis offertur cõſolatio: quod nõ multũ abeſſe
poſſit: ut quos tanto animi ardore deſyderamus: corã liceat intue-
Valerius ri: & tibi Valeriũ tuum & mihi Olympum meũ æqualibus nobis
Olympus æqualis illos. Nam ut illi eodem & anno & menſe nati cõplerãt an-
nũ octauũ neuter: ita nos annũ quartum & ſexageſimum ingreſſi
uterq; ſumus: tu ad. xvi. Kl. Februarias: ego uero ad octauũ Kl.
Auguſtas. Et immortales certe ꝙtũ mihi uideor augurari: futuri
nõ ſumus. Quare inter nos & filios quos amiſimus: nõ admodũ
lõga futura ſunt diuortia: modo demus operã quod in nobis eſt:
ut una cũ illis quos tãto deſyderio ardemus: eſſe poſſimus. Quã-
uis eñ neſciamus: quæ dies morti ſit præſtituta: quod tñ ſcriptum
Eſa. xl. eſt: nos latere nõ debet: Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius
quaſi flos fœni. At cum ſciamus pulcherrimos atq; recentis floſcu-
los leui aura tactos langueſcere: paruoq; uenti flatu agitatos mar-
ceſcere ſolere: nihil eſſe uideo quod immaturũ natura: quod intem-
peſtiuũ dici debeat inter homines. Quãdocũq; nos morituros iuſ-
ſerit deus: id & maturũ ducendũ eſt & tempeſtiuũ. Quid eñ eſt ali-
ud mori: ꝙ depoſitũ reddere? Depoſuit deus apud nos animum
nullo præſcripto tẽpore. Quæ igit̃ iuſticia noſtra fuerit cũ repeten-
ti minus alacriter ꝙ primũq; reſtituere? Nũ grauiter nobis feren-
dum eſt: ſi quod ab deo nobis datum eſt uſui: id ei cum exigit red-

dere? Reddimus enim non damus. At ne menſarij quidem ſi ſapiunt: ſi decoquere erubeſcũt: moleſte ferant depoſitum reddere alienum. Num uir ſapiens atq; idem gratus quẽ animum accepit ab deo uſui ac ueluti depoſiti iure: repetenti domino aduerſari audebit? Nec ille minus in culpa iudicari ſolet: qui doleat uel depoſitũ uel commodatum reſtituiſſe: q̃ qui illud ſit abiuratus: Nam fides in utroq; & gratitudo deſyderatur. Cunq; omne uitium graue ſit ac periculoſum: tum ingratitudo turpiſſima atq; admodum deteſtabilis cenſeri debet. Homo enim ingratus pudore uacat. Qui uero impudentiæ ſe facit obnoxium: is omnis ſe flagitio facinoriq; aſcribit. Si primus Angelus uoluiſſet gratitudinis meminiſſe: neq; in ſuperbiam exarſiſſet: neq; inuidiſſet creatori ſuo: nec e ſummo beatitudinis gradu in extremæ miſeriæ præcipitium corruiſſet. Q̃ me delectant duo illa præcepta: quæ uocantur Delphica: Cognoſce teipſum: & Ne quid nimis. Hæc talia ſunt: ut alterum manet ex altero: & inuicem ſe commutent. Mam & qui ſe nouit: nihil nimis neq; cogitat nec facit. Et qui nihil nimis aut dicit aut uult: ſeipſum nouit. Qui ergo ſe mortalem eſſe cognouerit: neq; efferetur nimis rebus ſecundis neq; aduerſis: ita humilem abiectum q; proſternet: ut luctui ſemper ut eiulatui ſit addictus: Honoratur ſane luctus: ut eſt in fabula: lachrymis & doloribus. Itaq; non inuitus ad eos proficiſcitur: a quibus huiuſmodi honoribus excipitur: ab quibus autem negligitur: ijs abſtinet. Vt omni in re demiſſo nos animo aduerſus deum eſſe oportet: & quicquid ab eo fit: ad noſtrã utilitatem factum exiſtimare: Ita quæ uidentur aduerſa & uoluntati noſtræ expectationiq; infeſta: & conſtanter ferenda ſunt nobis & ſapienter. Nam ut grauiter inquit Euripides: Neceſſitati qui dedit terga: ſapiens eſt ille uir: nec inſcius quidem deum. Si enim neceſſario omnes morimur finiſq; huius uitæ mors eſt: quid hæc nobis & fruſtra & inutiliter uel lachrymãda eſt uel dolenda?

Angelus primus

Delphica præcepta

Luctus

Euripides

Audiamus obſecro Menandrum: q̃ ſcite hæc: ut omnia
Noſtris mederi ſi malis poſſent lachrymæ.
Semperq; tolli flætibus quiret dolor.
Lachrymas emeremus auro: at herus negocia
Non curat hæc: nec reſpicit: ſuam uiam.
Seu tu flæas: ſeu non: facient: proin quid facimus?
Nihil dolor arborum inſtar hos fructus habet
Lachrymas. Nihil igiť dolendũ eſt: roges: nihil ingemiſcẽdũ: nihil lachrymandũ omnino: ne in morte quidẽ chariſſimi filij. At flæuit

Menander

Ieſus Ieſus Laçarum: quem reuocabat ad uiuos. Non fleam ipſe: nō ani
Laçarus mi torquear: qui me iucundiſſimo mihi filio mortuū ſentiam? Re
ſpondebo equidem tibi audacter: & ex animi ſentētia reſpōdebo:
ut nihil dolere omnino inhumanū eſt: ita dolore cōfici effœmina/
tū & molle. Nullos inquā ſentire in utraq; fortunā animi motus
lapidis eſt nō hominis: quāq; etiā in lapidibus ineſſe motus quoſ/
dam natura inſitos: nō ex magnete ſolū ſed ex ſilicibus ipſis perci/
pitur. Verū pati motus eos effrænatius ferri: nec ullis compeſcere
rationis conſilijsq; remedijs belluæ eſt propriū. Si em̄ in nobis nul/
la prorſus ineſſet affectio: cum aliæ plæræq; animi uirtutes: tum
amicitia ipſa qua nihil in hominū genere ſuauius eſſe nec neceſſa/
rium magis animaduerto: beniuolētiaq; omnis e medio tolleret.
Itaq; cauendū eſſe arbitror: ne falſa quadam decepti opinione: aut
quod nullū eſt: iudicemus malū: aut quod ſua natura minimū ſit:
maximū ipſi faciamus. Qui em̄ quod per ſeſe aut bonū eſt aut bo/
ni cauſa ducit in malis: hic non poteſt eſſe non demens. Qui uero
& triſtia & læta pro ratione apteq; tulerit: uir mihi prudētiſſimus
uidet̃ efferenduſq; ſummis laudibus. At nō potes tu quidem non
dolere quod tali uideas filio te orbatū: qđ ſentias uiſcera tua abs
te ueluti diuulſa: quod in eo ſis mortuus: in quo te futurū ſuperſti
tem putabas. Homo: argumentaris: ſum nō deus. Et recte tu qui/
Laçarus dem: præſertim cū deus etiā ipſe: qui mortuū Laçarum ut obijcis:
erat ſuſcitaturus: collachrymatus eſt. Velim tamē memineris gra/
Solon uiſſimæ illius quā modo dicebā Solonis ſententiæ: Ne quid nimis.
Ieſus. Nam quod ais collachrymatū etiā Ieſum: recte quidē narras: mo/
Laçarus do intelligas id eſſe ab eo factū nō minus quod Laçarū quē pluri/
mū diligebat eſſet reuocaturus ab alterius ueræq; uitæ beatitudi/
ne in huius quæ falſo uita nominat̃ miſeriam: q̃ ut humanæ im/
becillitatis affectum exprimeret. At ſe ſupra hominem gerere: hoc
eſt ſupra uulgi cōſuetudinē: & omnia pro ratiōis regula deoq; me/
tiri uiri eſt magnifici planeq; heroici. Præterea ſi uolueris meminiſ
ſe optime cū illo actum eſſe: qđ adeptus te patre ſuaq; uirtute om/
nē uitæ huius fœlicitatē quā dicimus: ita exceſſerit: ut cū adumbra
to fucatoq; ſæculi bono: æternā ſibi gloriam & beatitudinē poſſeſ/
ſurus: intelliges tibi lætandum eſſe potius quod talem genueris:
q̃ dolendum qđ talem amiſeris. Quod ſi illius nō potes abſentiā
ferre: qui cælū habitat: nō tam eius uideris q̃ tuā uicem collachry
mari. At iſtud certe non eſt animi uero liberalis: neq; magni: neq;
paterni: neq; ipſius tui: qui pluris faciebas unum Valerium q̃ ui/
tā ipſam: qui uir magnificus es & omni uirtute illuſtris. Illius bo/

no gaudendũ eſt inquã potius: ꝙ tuo dolendum incõmodo. At
qui ea conditione filios nobis cõmendauit deus: ut quãdocũqꝫ re/
peteret redderemus. Nũ igit̃ malimus creditori ſuccenſere: ꝙ ſuũ
exegerit: ꝙ cõmodanti gratias agere? Quinpotius imitandus eſt
nobis ſãctiſſimus ille patientiſſimuſqꝫ Iob: atqꝫ illius uerba ſince
ro mentis affectu uſurpanda: Dominus dedit: dñs abſtulit. Sicut
domino placuit: ita factũ eſt: ſit nomen domini benedictũ. Quid Iob.j.
tãto em̃ torqueamur dolere: quid diuturnis lachrymis: quos ami/
ſimus lugeamus: ſi quidem ad tempus eſt creditũ: id perpetuo ſer/
uare nõ poſſumus? Nihil nobiſcũ agit natura durius: ꝙ cum ele/
mentis uniuerſoqꝫ mundo cõſueuit. Num querit̃ terra: ꝙ fructus
quos tanto cũ labore cõcepiſſet: peperiſſet: aluiſſet: amiſerit: cũ tã
ſæpe antea uomeribus ſciſſa eſſet raſtris: & ligonibus cæſa: imbri/
bus obruta: tẽpeſtatibus fracta: nũc rigore: nunc æſtu uexata: quo
annua munera parturiret: cũqꝫ uarijs amœnijſqꝫ floribus induta
geſtiret: mox exuta ſpoliataqꝫ omnẽ ornatũ lataqꝫ depoſuerit? At
ne mare quidẽ moleſte fert: quod per anni ac tẽporũ uices eorũqꝫ
momenta nũc remiſſioribus: nũc uæhemẽtioribus uentorũ flati/
bus inter ꝓcellas fluctuſqꝫ agitatũ nauibus circũquaqꝫ ſulcatum:
& hamis ac retibus appetitũ ſentiat: quos genuerit auxeritqꝫ tan/
tos piſcium greges prædæ omnibus rapinæqꝫ expoſitos & precio/
ſiſſimas margaritas aliaqꝫ ꝑmulta & gemmarũ & rerum nobiliſſi
marum genera ab ſe aut ui auferri aut inſidijs abduci? Nam quid
aer ipſe mihi memorandus eſt? Luget ne an gemit: ꝙ qui modo ſo
lis radijs illuſtratus albeſceret & iucundus omnibus eſſet aſpectu:
mox nocturno caligat horrore: ſepænumero etiã interdiu obſcura/
tur: quodqꝫ aues quarũ & ludenti uolatu & mulcenti cõcentu gau
det: multiplici dolo uarijſqꝫ artibus in ſumma etiã regione capian
tur? Et ne uidear ĩ ſingulis enarrãdis curioſior: cælũ etiã ipſum nõ
ſemꝑ eodẽ lucet aſpectu: ſed ꝓ ortu occaſuqꝫ ſolis nũc manãtibus
radijs colluſtrat̃: nũc coruſcationibus ſtellarũ ueluti ſcintillis de/
bilius fulget: q̃nqꝫ etiã nuſꝗ̃ apparet. Quare ſi oĩa ſunt plena mu/
tationũ: ſi nihil eſt in uniuerſo mũdo liberũ ab interitu: nihil ẽ qđ
ipſi nobis præcipuũ poſtulemꝰ. Quod ſi ꝓ imbecillitate hũani in/
genij nõ potes talem filiũ nõ requirere: nõ dolere: nõ ingemiſcere:
cũ boues etiã uideamus requirere uitulos quos amiſerint: multo
qꝫ mugitu ac triſti teſtari pium naturæ affectũ. Sed omni in re mo/
dus ſeruãdus eſt: & nuſꝗ̃ a ratione diſcedendũ: Vſus corporis cũ
mẽtis affectu nobis eſt cõmutãdus: ut quorũ aſpectu atqꝫ ſermo/
ne curas leniebamus: eorũ gaudeamus recordatione ac beatitudi/

ne. Ad hæc tibi cauẽdũ eſt: ne cõtinuis lachrymis eo cõtrahas grauiorẽ culpã: quo diuinæ uoluntati magis uideris aduerſari. Solet enĩ quõq deus uæhemẽtius illos affligere: quos repugnãtes ſibi rebelliſq cognorit. Itaq nõ abſurde poetæ fingunt Niobẽ ob hmõi cauſam filios amiſiſſe. Quis ſcis præterea: ſi deus ipſe: cui & præterita & futura oĩa corã ſunt: miſeratus eſt Valeriũ tuũ: ob eãq rem ad maiorẽ ætatẽ uenire ꝓhibuerit: ne quid triſtius pateret? Quot enĩ & quãta quotidie accidũt in uita triſtia: miſerabilia: ærũnoſa: quæ ſola morte effugiunt. Si Cyrus ille ſenior qui res tam multas tãq præclaras geſſerat: ad ſenectutẽ nõ peruiſſet: nunq tã crudeliter: tã ignominoſe: tã ſeruilit p calliditatẽ impotẽtiãq fœmineã periſſet. Idẽ de Crœſo rege: de pœno Annibale: de Gn. Põpeio magno: de. G. Iulio Cæſare: de. G. Mario: de Cicerone: de L. Annæo ſeneca aliiſq ꝓmult põt aĩaduerti. Quãto igit Valerius tuus celerius exceſſit e uiuis: tãto eius mors deſyderabilior eſt cenſenda: qd mali nihil neq noſſet: neq ꝑpetraſſet. Qd eius rei cõſyderãs Menãder idẽ: quẽ modo meminerã: ait: Quẽ dii amãt: morit iuuenis. Liberat ꝓfecto mors ſæpe nonnullos & maximis & acerbiſſimis malis: quibus ii uacãt: qui uel infantes uel pueri ex hiſce uitæ ærũnis exceſſerunt. Si Priamo cõtigiſſet ea mors: quã falſo immaturã dicimus: nũq hæc tã flæbiliter apud Homerũ quereret.

Niobe — Cyrus — Tomyris — Crœſus — Annibal — Gn. Põpeius magnus — G. Iulius cæſar — G. Marius — Cicero — L. Annæus Seneca — Menander — Priamus — Homerus

Ingredere o fili murum: quo troas & omnis
Troiadas ſerues: nomen neq clarius hoſti
Pellidæ efficias: tua nec tibi fata miniſtres
Ante diem: miſeriq patris miſerere: ſuperſtes
Quem facis elatum: ſenii quẽ limine ſæua
Sorte deum genitor: perdet mala plura tuentem.
Funera natorũ: natas hoſtiliter actas
Stuprataſq nurus infantum ſtrage ſub alta
Membra inflicta ſolo: nã me mucrone ſupræmum
Poſtq aliquis uita ſpoliarit: rictibus atræ
Ante fores catulæ pergent laniare iacentem.
At quãdo canumq caput canãq moloſſæ
Dedecorent barbam grãdæui in cæde natantis:
Hoc miſeris fuerit longe miſerabile cunctis.
Talia uoce ſenex querit: multũq capillum
Vertice uellebat: ſibi quod minus audiat Hector.

Hector — Virgilius

Quã quidẽ Homeri ſñiam Virgilius familiaris noſter aptiſſime ſecutus: uel potius executus inquit.

Hæc finis Priami fatorũ: hic exitus illum
Sorte tulit troiam incenſam & ꝓlapſa uidentem:

Pergama tot quondã populis terriſq; ſuperbum.
Regnatorem aſiæ: iacet ingens littore truncus
Auulſumq; humeris caput & ſine nomine corpus.

Ex quo poſſumus ĩtelligere nõ obſcure: q̃ piculoſũ: q̃ formidabile ſit diutius eẽ ĩ uita. Quid eñ aut noſtriſ aut nobiſipſis lõgiorẽ uitã optamus tãq̃ neſcij: quo diuturnior fuerit uita noſtra: eo mortẽ fore pctõrũ mole grauiorẽ? Dies annorũ uitæ meæ quos habeo. c. &. xxx. inqt Iacob: minimi & mali. Vnde apſus: Mihi uiuere chriſtus eſt: & mori lucrũ. Recteq; addidit: Diſſolui eñ & eẽ cũ chriſto multo melius. Quid igit̃ tãta ſit nobis uiuẽdi cupiditas: cũ nõ ſum⁹ ignari multitudinẽ annorũ uitiorũ multitudine cumulari? Qđ ſiqđ ẽ boni: qđ de ſe queat hæc uita mortaliũ polliceri: id nõ in animi & corpis cõiũctiõe ac uinculis ſed ĩ uirtute ipſa: quã animi rõne adipiſcimur: & ĩ bonis ẽ morib⁹ poſitũ: Itaq; ut uirtute qđ malũ ẽ ſuũ: cauet hæc uita mortalis: ita qđ bonũ ẽ morte cõſeqt̃. Quare q ſibi: hoc ẽ ſecũdũ animi uirtutẽ deoq; uixerũt: q̊cũq; tpe moriãt̃ & tẽpeſtiue moriũt̃ & bñ: eorũq; mortẽ nõ eiulatu ſed laude: nõ luctu ſed celebri memoria: non lachrymis & dolore ſed gratiarũ ad deũ actiõe & animi trãquillitate ꝓſequi debemus: qđ his piculis ſæculi liberati cælestibus illis ſempiterniſq; bonis potiti ſũt: q̃bus ſolis uera hoĩm definit̃ beatitudo. Cũ tuus igit̃ Valerius ita egerit annos ſuos: ut nullã ne minimã q̃dẽ ſẽſerit corpis cõtagionẽ: ſed potius eẽt & puritatꝭ & bonitatis exẽplũ: nõ tã tibi lugẽdũ ẽ: qđ tali careas filio: q̃ ĩmortales agẽdæ gratiæ Chriſto Ieſu qđ illius te patrẽ facere ſit dignat⁹: quo etiã aliqñ patrono uti apud ſe poſſis. Quid eñ tm̃ lachrymarũ effundis? Quid adeo gemis? Quid diutius doles? An ignoras qđ totiens diximus fragilẽ noſtrã & caducã eẽ naturã cõditionẽq; corporis nobis datã eſſe cõem cũ pecoribus & iumẽtis? Quænã ẽ huius uitæ ſuauitas? Quæ cõmoda? uel quæ potius nõ incõmoda? nõ triſtia? nõ plena malorũ oĩa? Scio me eo tibi dolorẽ facere lõgiorẽ: q̊ ĩ dicẽdo ſũ lõgior. Verũ cũ uideo tui te Valerij: quẽ tãto deſyderas opere ueluti ſagittis aſſidue uulnerari: & eo q̃dẽ aĩ uulnere qđ dolore te cõficit: inſtitui non antea finẽ dicẽdi facere: q̃ ita te tibi reſtituero: ut me mihi in luctu meo reſtitutũ ſentio. Nõ poſſũ inq̃s a dolore: nõ poſſũ a gemitu: nõ poſſum a lachrymis cõtinere me: ut quẽ ſupſtitẽ atq; hæredẽ mihi fore opĩabar: eũ efferri & ſepeliri uiderim. O ĩmitꝭ atq; iniq̃ mors: quæ filioſ piẽtiſſimoſ ab ĩdulgẽtiſſimis parẽtib⁹ diſtrahis: ut q̃s ĩmortaſ eẽ oporteret: ĩ ipſo uitæ limĩe opprimas. O malorũ oĩm malũ atrociſſimũ: teterrimũ: peſſimũ. Eodẽ uideo nos reuolui Iacobe Antoni marcelle. Fruſtra me uideo præcepta eloquẽtiæ didiciſſe: q eo tibi

Iacob
Apoſtolus
Chriſtus

Chriſtus Ieſus

quod cupio: quodq́ in te eſt: minus perſuadeo: quo ſum in ſuadẽdo cupioſior. Num tibi ſoli mortuus eſt filius? An ignoras: quæ in mũdo ſunt: & mutabilia eſſe oĩa & mortalia? Num putas ſingultibus flætibuſq́ tuis reditur ũ ad te Valeriũ? Vis ne tibi licere: quod ſibi deus ipſe nõ patit̃: deus: ut Agathõ inquit: infecta facere quæ facta ſunt: tametſi deo nihil eſt neq́ præteritũ neq́ futurũ: cui oĩa ſũt præſentia. Audi obſecro: q̃bus uerbis Ditys cõſolat̃ Danaen.

Agathon

Dytis

Danae

Eſſe inferis curæ gemitus putas tuos?
Suſpiriiſq́ tuis tibi reditum ire filium?
Quieſce: moneo: proximorũ ſi mala
Reſpexeris: feras facilius conſyderans.
In uincla quot laxant̃ homines: quot patres:
Orbi ſeneſcunt: quiq́ regnantes opibus
E maximis lapſi nihil ſunt: hæc tuo
Verſanda ſunt animo.

Cõſyderandæ ſunt inquã tibi aliorũ calamitates & ærumnæ. Et quod monebat Socrates: incõmodũ tuũ cũ aliorũ aduerſis rebus cõferendũ. Quod ſi feceris: inuenies ꝓfecto longe tibi meliorẽ eſſe fortunã q̃ aliis multis qui habent̃ fortunatiſſimi. Laudat̃ a nõnullis Antimachus poeta: & id quidẽ nõ iniuria: q cũ ex obitu Lydæ uxoris: quã unice amabat: dolorẽ intolerabilẽ cõtraxiſſet: ſcripſit grauẽ elegãteq́ elegiã noĩe Lydam: quã ꝑ enũerationẽ illuſtriũ mulierũ quæ extremis cladibus ſũt cõfectæ: ſeipſum cõſolatus ẽ. Et. M. Tul. Cicero: cũ filiæ mortẽ æquo aĩo ferre nõ poſſet: grauiſſimã ipſe quoq́ ea de re conſolationẽ ſibi lucubrauit: ubi cũ. Qu. Maximi illius &. M. Catonis: tũ aliorũ pene innumerabiliũ & græcorũ & Romanorũ patientiã atq́ cõſtãtiã in mediũ referens: ſe ſibi ſua in cauſa patronũ cõſtituit: grauiſſimis exemplis rõnibuſq́ oſtẽdens: dolorem oẽm qui ex alicuius morte ſuſcipiat̃: & muliebrẽ eſſe & uanũ: cũ nihil ſit malũ iudicãdũ: quod fit natura. Et cũ oĩa nobis dederit deus: nec ſit quicq́ prorſus qđ tanq́ iure peculii noſtrũ dicere poſſimus: quid eſt qđ uel amiſſum uel redditũ tãto ægritudinis cruciatu nos torqueat? Prudenter igitur & q̃ueriſſime in hãc ſentẽtiã Simonides poeta locutus eſt.

Socrates

Antimachus

Lyda

M. Tul. Cicero

Qu. Maxi.

M. Cato

Simonides

Homines parũ poſſunt inania ſtudia.
Breuiq́ tempore labor ad laborem etiã.
Quod eſt ineuitabile: imminet omnibus
Mors ſæua: cuius & boni & mali parem
Partẽ recipiũt.

Nec minus apte Euripides.

Euripides

Non ſolum enim pecunias minime proprias
Homines habent: ſed prorſus humanũ nihil.
In omnibus itaq́ dicere par eſt: ea gerimus.

Quæ ſunt hominibus a deis: hæc cum uolunt
Rurſum auferũt. Cũ igiť nihil nobis ſit ꝓpriũ: ſed quicq̃d habe/
mus: id deus nobis uſui dedit: quid tã moleſte tã q̃ iniq̃ ferimus
alienũ reddere & reſtituere mutuãti? Nullis hic meritꝭ: nulli uirtu/
ti parciť. Alia eſt dei: alia hoĩm rõ. Diuinæ retributiões multo no
ſtris meritis ſunt maiores. Verũ eæ dei iudicio nõ noſtro æſtiman
dæ ſũt. Dauid rex & ſctũs & ſapiẽs filijs antea duobus amiſſis: al/
tero inceſto: altero parricida: q̃s etiã mortuos flæuit ut improbos:
amiſit deinde tertiũ euq̃ paruulũ: quẽ habebat chariſſimũ: hũc q̃/
diu ſperarat ſeruari poſſe: nec deſtitit lachrymari & diuinũ auxiliũ
orationibus aſſiduis implorare: & ieiunijs uti & in ciſitio iacere: cæ
teraq̃ oĩa facere: quibus dñs ꝓpitius redderet. Vbi uero ad ſe pue
rũ euocauit deus: ſimul cũ luctu lachrymis poſitis & ſurrexit de ter
ra cõtinuo ac lauit: & regio more unctus atq̃ indutus deũ adora/
uit eiq̃ gratias agẽs refectus eſt cibo. Suis aũt rẽ mirãtibus: rñdit
ſe recte uiuo infante iuiunaſſe ploraſſeq̃: qm̃ arbitrareť uitæ dñm
miſereri poſſe: nec dubitandũ eũ qui poſſet mortuos ſuſcitare: uitã
etiã ſeruare poſſe: Iam uero obita morte quid ieiunaret? Nõ eñ ſi/
bi licere mortuũ reducere exanimũq̃ reuocare. Ego: inq̃t: ibo ad ij. Regľ. xij.
eũ: ipſe autẽ nõ reuerteť ad me. Et grauiter q̃d ẽ ille & demiſſe qui
neq̃ de diuino iudicio auderet queri: aut lachrymas fundere: præ/
ſertim cũ ſciret puero meli⁹ eẽ cõſultũ: & deſyderiũ ſuũ ſpe alterius
uitæ cõſolareť. Quid eñ exẽpla gentiliũ ĩ mediũ ꝓferã: aut Hora/
tij puluilli: aut Dionis ſyracuſani: aut Antigoni regis: aut Demo/
ſthenis oratoris: aut Periclis olympi: aut Xenophontis ſocratici:
aut. Qu. Martij regis: aut eoꝝ quos mõ noĩarã: Telamõis: Anax/
agoræ. Qu. Max. L. Pauli hæmilij. M. Catonis: Ciceronis: aliorũ
q̃ hmõi: qui filioꝝ obitũ & forti tulerunt & inuicto aĩo: Satis tibi
unus Dauid exẽplo ſit. Hũc nobiſ ꝓponam⁹: hũc imitemur. Quid
fruſtra collachrymemur: quos recuꝑare nõ poſſumus: & q̃bus ui/
ta nõ erepta ẽ ſed cõmutata? At nõ potes nõ deſyderare: quẽ ex te
genueras: quẽ magis amabas q̃ teipſũ. Sed uir ſapiẽs nihil unq̃
deſyderet: qđ ſibi cõtingere poſſe deſperet. Et ut fruſtra qđ habui
mus deſyderamus: ita fruſtra qđ amiſſum eſt lugemus. Itaq̃ par/
cẽdũ ẽ lachrymis: cõprimẽdus gemitus: ægritudo animi leniẽda:
ne quẽ pietas flætũ excitat: diffidẽtiæ aſcribať. Nõ eñ mortuus eſt
Valerius: ſed uitæ trãſegit cõditionẽ: ut q̃ mortalis erat: factus ſit
ĩmortalis. Ille nũc ſimul cũ angelis: quorũ ſimillimus creatus ẽ &
gratia & pulchritudine & ſplẽdore: faciẽ dei uidet: uultuq̃ reuela/
to ſempiternã dñi gloriã ineffabileq̃ beatitudinẽ lætus conteplať
& gaudẽs. Nũc ꝑſpicue cernit: q̃ certo ſperarat cũ eſſet in uita: ſibi

Horatius pul uillus
Dion ſyracu/ ſanus
Antigonus
Demoſthenes
Pericles
Xenophon
Qu. Martius rex
Telamon
Anaxagoras
Qu. Maxi.
Paulus hæmi lius
M. Cato
Cicero

gl̄iæ apud hūani generis redēptorē repoſitā eſſe mercedē:ſuūq̄ ſibi ſeruatū ab angelis habitaculū. Nūc pn̄ti corāq̄ aſpicere ei licet or/dines illos vij. q̄bus beatorū animi ꝑ īſatiabilē lætitiā ꝑfruūtˀ. Nā & eos cernit: q̄ ſupata carne & domita: nullis ſūt eiꝰ illecebris deli/niti: & itē eos q̄bus ꝓ aſſiduitate & īnocētia illud ꝯpreciū datū: ut erroribus cūctis ꝑturbatiōibuſq̄ ꝓſtratis: ob quaꝝ reꝝ memoriā flagitioſoꝝ aīꝑ curaꝝ æſtus ſollicitudinūq̄ ardores torquētˀ ꝑen/niter īceſſanſq̄ cruciātˀ: trāq̄lla ipſi potiantˀ ſecuritate. Eos deinde uidet: q̄ ob legē ſeruatā eo dei teſtīonio ītelligūt ſe munitos: ut ob ea quæ geſſerūt ī uita: neq̄ iudiciū ſe oporteat neq̄ iudicij euētū for/midare. Tū illos cōtēplatˀ: q̄ & requiēˀ ſuā ītelligere: & quæ ſibi futu/ra ſit gl̄ia uidere iā incipiūt: eoq̄ ſe leniētes ſolatio angelorūq̄ præ/ſidijs ſtipati: ſuis in habitaculˀ mira cū tranq̄llitate req̄eſcūt. Dein/ceps eos intuetˀ: q̄ q̄m̄ ex huiꝰ corporei corruptibiliſq̄ carcerˀ tene/briſ ac uincul̄ ī lucē libertatēq̄ uenerūt: & affluētiſſimæ exultatōis ſuauitatē habēt: & repromiſſam ſibi hæreditatē poſſidēt. Poſt hos aūt ij uiſui offeruntˀ: q̄bus q̄d ſcriptū ē: demōſtrabitˀ: quia uultus coꝝ ſicut ſol īcipiat refulgere: & ſtellarū luminibus cōpari. Demū uero ī eos figit intutū: q̄ ſūma cū fiducia exultāt: certoq̄ cōfidūt & intrepide gaudētes accelerāt eius uidere uultū: cui ꝑ aſſiduā ſerui/tutē obſequētis ſe præſtiterūt: & a q̄ ꝑ īnocētis memoriā cōſciētiæ ītelligūt gl̄ioſā & ſempiternā minimi laboris ſui ſe mercedē cōſecu/turos. Nūc firmo fixoq̄ obtutu Valerius tuus aſpicit: aſpicit atq̄ admiratˀ ſplēdorē īmēſū & coruſcāte illius uibrātis luminis: q̄ dei facies oēs illuſtrat & īcōpræhēſibili fulgore q̄dā irradiat. Nūc ille reuelata facie totū robuſtus aſpicit ac uidet: quē hic ex pte cogno/ſcebat: ut ꝑuulus & ueluti ꝑ ſpeculū ī ænigmate: Quid ergo dole/mus illū regnare cū chriſto: q̄ ꝑbreui curriculo uitæ lōgā bn̄ agen/do uixit ætatē? An ignoramꝰ chriſti morte oēm mortuā eē mortē? Itaq̄ uiuit filius tuus: q̄ obdormiuit ī chriſto: qui etiā ipſe dixit in euāgelio: Nō ē mortua filia tua: ſed dormit. Et Laçarus a ſōno nō a morte: quæ ꝓpe diē erat pitura ſuſcitatus ē. Nō de filijs inq̄ no/bis dolēdū eſt: q̄ bn̄ habēt: & ꝑbeate: ſed de nobiſipſis: q̄ quotidie obijcimur ꝑturbationū uulneribus: & a q̄bus de uerbo etiā ocio/ſo rō exigetˀ. Securus nūc Valerius uiuit tēptationū oīm: iam nul/lis pōt flagitijs ſordidari: q̄rū uulnera ſimul cū morte ꝓſtrauit ac uicit. Ille nūc uictor ac triūphās nō eq̄s Camilli aut Scipionū: ſed pijs uirtutū opibus: ſed cōtinuis illis ac ſctīs orationibus q̄bus mi tē ſibi dn̄m ꝓpitiūq̄ reddiderat: decorā illā atq̄ māſuetā faciē ſuā: & ſplēdidos ocl̄os uerecūdūq̄ uultū ī te cōuertēs cū & dolētˀ miſe/retˀ & laborāti aſſiſtit: tū ut bono aīo ſis: hortatˀ: q̄m̄ tibi iā ſedē pa

[Marginal notes: Septem ordi/nes beatorū — Aenigma — Laçarus — Camillus Scipiones]

ret: qua ſecū omni animi angore curaq; ſolut⁹: æternis i gaudijs ſis
mãſurus. Quid em̄ mortē accuſemus: ſine q̄ ad tãtū fœlicitatis bo-
nū ꝑuenire nō dat̄? An potius cū i ea tm̄ ſit boni: repræſentãda no
bis eſt: cū adhuc ſumus in corꝑe: quid ſemꝑ iacemus humi ꝓſtra-
ti? Surgamus aliqñ ex hoc terreſtri cœno: Abducamus aĩam a ſen
ſuū tenebris. Mētis lumina tollamus ad cælū. Surgite eam⁹ hinc:
præcepit dñs. Euolemus ad Ieſū: exuti terrenis cūctis ꝑmotionib⁹ Ieſus
ac pœ̄nis pietatꝭ induti. Volētibus bñfacere nihil eſt difficile. Adeſt
deus implorãtibus ſe: Orãtꝭ exaudit: Inuocãtibus præſto ē. Quid
affligimur quotidie inanibus deſyderijs? quid capi patimur illece
brarū laqueis? quid ultro fallimur uiſco libidinū? Quid ſciētes ui-
denteſq; doloſis uoluptatū inſidijs irrætimur? Eijciamus a nobis
tãdē: eijciamus inanis cogitatus. Fallacis opiniões lõgius ferri q̄d
ſinimus? An ignoramus q̊ magis nobis blãdit̄ mūdus: eo maiorē
de nobis uictoriã hoſtē illū imanē atq; formidabilē ſperare? Quæ
res multæ fluūt ad uotū: ſine aliq̊ demū ingēti malo finiri nō pñt.
Itaq; laudat̄ rex Philippus Alexãdri pater: cui cū ſub eodē tēpore Philippus
tres grati & fortunati nūcij eſſent allati: & q̄ equeſtri quadrigaꝝ Alexander
curſu Olympia uiciſſet: & q̄ ab eius duce Parmenione eēnt Dar Olympia
danij pugna ſuperati: & q̄ uxor Olympias ei filiū peperiſſet: cōti Parmenio
nuo ſublatis in cælū manibus: O fortuna inquit paruo me malo Dardanij
aliquo ꝓ tot tãtiſq; bonis afficito. Verebat̄ em̄ uir prudētiſſimus: Olympias
ne q̄ accidere ſæpe ſolet: poſt tot res lætas magnū aliq̄ infortu- Attalus
niū ſequeret̄: ſicuti certe demū ſecutū eſt. Nã quã Attalū perpetra Pauſanias
ti flagitij pœnã dare neglexit iniuſte: iuſtiſſime ipſe luit. Scimus em̄ Theramenes
Philippū ab adoleſcente Pauſania interemptū. Theramenes autē
uir grauiſſimus ubi ædes in quibus una cum alijs familiaribus q̄
plurimis cœnabat: funditus corruiſſent: cæteriſq; obrutis atq; op-
præſſis omnibus: ſolus ipſe ſeruatus eſſet: ob idq; perinde ac fœlix
a cunctis extolleret̄: alta uoce exclamauit inquiens: O fortuna ad
quid igitur me reſeruas? Nec ſe ſuus fefellit metus. Nam nō mul-
to poſt tempore triginta tyrannorū iuſſu ueneno intrepide abdu-
cto perijt in carcere: quē acerbitatis caſum eo patientius tulit: quo
niã ſe antea in omnē aduentū accinxerat. Itaq; ubi mortiferū ue-
nenū illud auidētius ac tanq̄ ſitibūdus hauſiſſet: arridens deinde
atq; iocabūdus: eiectū q̄ reliquū erat: e poculo hoc inq̄t pulchro
Critiæ ꝓpino. Neq; illi quē in ſe fuerat iniuſtiſſimū expertus: fal-
ſo mortē eſt ominatus. Critias em̄ nō multo poſt eorundem iuſſu Critias
tyrannorum morte mulctatus eſt. Et ita quod ei mortis poculum
Theramenes modo præbiberat: idem deinceps ipſe non minore Theramenes
appotus menſura abſorbuit. Iſtiuſmodi uero humanarum rerum

Paulus hæmilius mutabilitatē atq̄ incōſtātiā cogitās Paulus hæmilius ſibiq̄ ſanctius nihil ducēs patriæ charitate: cū ob uictū Perſeū macedoniæ Perſeus regē in maximo atq̄ clariſſimo fœlicitatis ſuæ ꝓuētu metueret ne quid mali reipublicæ īmineret: deos precatus eſt ut ſiqd aduerſi in populū Romanū moliref: id omne ī domū ſuā cōuerteret. Quare cū ex q̄ttuor filijs quos & bonitate formæ & ſplēdore indolis habebat egregios: duos antea adoptiōis iure in Corneliā Fabiāq̄ familiā trāſtuliſſet: reliquos duos q domi erāt: alterū annos q̄ttuordecim natū: quanto ante triūphū die: alterū uero q annū duodecimū agēs in triūphali curru cōſpectus fuerat: quāto itē poſt triumphū die amiſit. Cunq̄ ꝓcedētē ſibi obuiā ppl̄m uideret: q & eius uicē miſere doleret colligeretq̄: Paulus eadē oris uultuſq̄ grauitate q̄ uti cōſueuerat ſemp: Nūc ait patriæ ſum eq̄dē metu atq̄ periculo liberatus: qm̄ ſucceſſuū meoꝝ inuidiā quā ī familiā meā fortuna euomuit: ꝓ oībus tulerim. Contigit em̄ mihi qđ optabā: ut uos meū caſum potius lugeatis: q̄ ego ueſtrū ingemiſcam. Nū tibi uiderf talis tātuſq̄ uir aut doluiſſe aut fudiſſe lachrymas: qđ uel inopinato ſibi quicq̄ triſtius accidiſſe: uel immature in tāta rerū lætitia pueros duos quos reliquos habebat: intra dies tā paucos diē obiſſe diceret? Vt eſt em̄ prudentis & magni uiri: oīa quæ accidere poſſunt in uita: longe antea meditari ſeq̄ in oēm caſum cōponere: ita nihil ducere immatuꝝ qđ uel natura facit uel rō aliqua tēpeſtiuū. Nā qđ difficillimū ſcitu eſt: ſiquis diligēter obſeruaret atq̄ per Horoſcopus ſpiceret: horoſcopium ſyderūq̄ eoꝝ influxus: quæ naſcēti Valerio illuxerūt: intelligeres ꝓfecto nihil mirabile accidiſſe qđ minus is diu uixerit. Vixit em̄ quātū ei fuerat natura definitum. Id aūt quonā habeat mō ita oſtendimus: Valerius tuus natus eſt eodē & anno & menſe quo meū Olympū ſuperius natū meminerā: Iteꝝ hic ad tertiū idus apriles pauloante ſolis ortū: At Valerius poſt ſolis ortū circiter horā ſecūdā ad octauū Kľ. Maias. Volūt aūt aſtrologi: q iſtiuſmodi tp̄e natus ſit: eius uitā diuturnā eſſe non poſſe: idq̄ tū ex Marte: q teneret ſecundā domū: tū ex Mercurio q a Saturno offenſus domui præeſſet: cum Mars etiā ipſe Iouē: q fortunæ parti dominaref: in ſua quadratura offenderet. Huic em̄ ſecūdæ domui ipſiq̄ Mercurio ſub quo Valerius dicif natus: uis quædā intrinſecus atq̄ extrinſecus data eſt: ſine qua uita eſſe nō pōt. Quod ſi ab ea ſecunda domo Mercurioq̄ qui domui dominatur: uis qua alimur ineſt in nobis: nō uideri debet abſurdū ſi ex offenſione & domus & dn̄i antea quis moriaf q̄ pfectū rōnis uſum attigerit. Nec mihi quiſq̄ obijciat uolūtatē diuinā primā eſſe cauſam & ſphærarū & motionū nihilq̄ fieri: quod nō de interiore intelligibiliq̄ au

Marginal notes: Valerius / M.cccc.liij. / Olympus / Mars / Nercurius / Saturnus / Iupiter / Quadratura

la ſummi imperatoris egrediat̃: cuius quidem uoluntas cauſa pri/
ma ſit & bonæ & aduerſæ ualitudinis uitæq; ac mortis: tũ etiam
præmiorũ pœnarũq; eodẽq; modo & collati cuiuſq; beneficij & re
latæ gratiæ: eãdẽq; dei uoluntatẽ ſolã eſſe: unde omnia quæcunq;
ſunt: traxere ortũ: cũ ipſa æterna ſit ortũq; nullum habuerit. Qua
ſi mens diuina & cælũ ipſum & uniuerſum mundũ minus creaue/
rit eamq; naturã & poteſtatem infuderit: ut omnia certa ratione
atq; ordine progreſſus faciant ſuos: & oriendo & occidẽdo per ua/
rias diuerſaſq; & cauſas & effectus nunc ſerius nunc citius: & tem/
peſtiue tamẽ omnia. Quis enĩ ſane mentis ignorat omnia ꝓ diui/
no arbitrio ac nutu & creata eſſe & cõſtituta: nihilq; cuiq; uel acci
dere uel cõtingere quod aut dono eius aut permiſſione non fiat?
Id autẽ ita eſſe ne Homerus quidẽ ignorauit. Apud illũ enĩ Achil/ Homerus
les Priamũ interempti Hectoris corpus ſuppliciter flæbiliterq; ro Achilles
gãtem: hiſce uerbis cõſolat̃: Ah miſerãde ſenex: mala quæ tibi plu Priamus
rima pectus Obſedere tuum: nauis ut ſolus achiuas Veneris: atq; Hector
oculis huius te oſtẽdere corã Pertuleris: qui tot natis & talibus or/
bum Te modo reddiderim: mens eſt tibi ferrea prorſus. Aſt nunc
animo quibus angere: pelle dolores: Hocq; ſed e ſolio: gemitus nil
ꝓfuit ullus. Vt ſtatuere dei: miſeris mortalibus ægra Vita datur:
nullis tangunt̃ numina curis. Dolia nãq; iacent in limine bina to
nantis: Diuiſim quæ dona boni tenuere maliq;: Iuppiter hæc miſ/
cens tribuit quãdoq; maligno: Et quãdoq; probo: uerũ cui triſtia
dira Sorte dedit: cunctis temnẽdũ reddit & unũ. Quẽ dolor in ter/
rã ſtimulis agit acer amaris: Quẽq; dei atq; homines nullo dignã/
tur honore. Quod ſi bonorũ malorũq; noſtrorum uel naturæ or/
do uel dei uoluntas eſt in cauſa: qui quicquid facit & recte facit &
utiliter nobis: nihil eſt qđ ullus nobis caſus acerbus uideri debe/
at. Nam is nouit ſolus: quid nobis aut cõducat: aut nõ conducat.
Itaq; monebat Socrates: aliud nihil a dijs immortalibus petendũ Socrates
eſſe: ꝙ ut bona tribuerent: qm̃ ijdẽ ſciret quid cuiq; expediret. Sed
qm̃ iam ſatis mihi uideor oſtendiſſe neq; noſtra cauſa lugẽdũ eſſe: Aliæ quot
quod neq; liberalis ſit neq; paterni neq; magni neq; amantis ani/ ſint lugendi
mi: nec etiã filiorũ certe cauſa: qđ eos ſcilicet putemus uitæ ſuaui/ cauſæ
tatem ac fructũ obitu amiſiſſe: cũ hic nõ modo nulla ſit ſuauitas:
ſed incõmodorũ atq; acerbitatũ plena uideamus omnia. Siquæ re
liquæ ſunt: quærãt̃ tãti mœroris cauſæ: Eas inuenio tris poſſe af/
ferri: quod aut exiſtimemus cũ corporibus ſimul animos interire:
aut mortẽ ſine maximo intolerabiliq; dolore accidere nemini: aut
ꝓpter futura ĩ inferno ſupplicia. Quid ſi has cauſas quoq; nõ mi/

nore ui uictoriaq; infringam atq; proſternã: ꝙ de duabus illis ſu/
perioribus factum uides: Ceſſabiſne tandem a luctu? Redibis ad
teipſum? Intelliges tibi mali nihil in Valerio accidiſſe? Nam futu/
ra illa ſupplicia quibus tandem horrenda ſunt: bonis ne an flagi/
tioſis? Non ignoramus id: quicquid eſt mali quo quidẽ aliud nul
lum neq; formidabilius eſſe poteſt neq; ærũnoſius neq; maius: il/
lud hominũ culpæ perpetratiſq; in uita ſceleribus: nõ morti ipſi:
quæ malorũ omniũ finis eſt: dari oportere? Quinimo ꝓpterea eſſe
morti maiorẽ gratiã habendã: quod culpam nõ patiat̃ annorũ ac
ceſſione fieri grauiorẽ? Præterea quæ illi ſupplicia debent̃: qui non
modo nulli ſe flagitio unq̃ fecit obnoxium: ſed ita probitati ſtude/
bat aſſidue: ut in eo abſolutiſſima quædã uirtus nõ minus natura
Nympholepti
diuinoq; afflatu: ut de Nympholeptis Theoleptiſq; fabulãtur: ꝙ
diſciplina ineſſe exercitationeq; uideret̃? Adeo em̃ egregius ille pu
Theolepti
er erat in omnẽ uitæ partem pulcherrime inſtitutus: tãtaq; ingenij
ad omnẽ bonitatis præſtantiã acrimonia & ſplendore: ut uis quæ/
dã ſupra hominẽ in eũ diuinitus uideret̃ infuſa. Quid em̃ ad nata/
Horoſcopus
lem: quid ad Horoſcopũ reuertamur? Nõ em̃ dicam ea ratiõe Va/
leriũ tuũ ingenio fuiſſe & acri & graui & facili & excelſo appetentiſ
Gemini
ſimoq; diſcendi: quod natus ſit aſcendente prima geminorũ facie:
Mercurius
quo tempore Mercurius eſſet in ariete: qui & a Marte feruorem &
Aries
temperamentũ a Saturno acciperet. Quãq; hæc omnia ut cætera
Mars
quæq; ab deo ſint: tamen quia minus nota ſunt omnibus: nõ con
Saturnus
tendã cũ indoctis & pertinacibus: Sed illud affirmare non dubita/
bo nõ potuiſſe Valerium ea & loqui & agere: niſi aliquid ſupra ho/
minis ingeniũ diuinũq; habuiſſet. Quo factũ eſt: ut diuino quoq;
beneficio uix pueritiã ingreſſus: huius ſit uitæ periculis liberatus:
ne ſi diuturnior hic fuiſſet: ſordibus peccatorũ inquinaret̃. Perdif/
ficile em̃ eſt eum demũ a ſcabie nõ corripi: qui diutius utat̃ conſue
tudine ſcabioſorum. Quod ſi eos immania quædã manẽt atrociſ/
ſimaq; ſupplicia qui uixerunt flagitioſe: quæ illi præmia non ſunt
ꝓpoſita qui ſe totos uirtutũ deoq; dediderunt? Qui uero opinan
tur non fieri mortem ſine grauiſſimo ſenſu doloris: ij maximo in
errore uerſant̃. Non em̃ mihi crede: ipſa mors cuiq; grauis eſt: ſed
mortis metus: qui omnis tollit̃ cũ mors aduenerit. Hinc illud eſt
Diogenes
grauiſſimi Diogenis dictũ: qui interrogatus: an mors eſſet mala:
quomõ inquit mala: quã præſentẽ nõ ſentimus? Atq; metus ille
uiuenti homini grauis eſt: cuius deprauata opinio malorũ eſſe ar/
Quomodo fit ſõnus & morſ
bitrat̃ quod bonũ ſit. Nã nullũ eſſe dolorẽ in morte: ratiõe haud
difficili aſſequamur: ſi quõ illa fiat: nolimus ignorare. Eadẽ enim

mors uia nos corripit: q̃ ſomnus inuadit. Nã ut docet Alcmæon: ſanguinis receſſu ĩ finitimas uenas fit ſomnus: qui ſi diffundaẽ: experrectionẽ inducit: At ſi omnino ſanguis receſſerit: cõtinuo mors cõſeqẽ. Si recedẽte igiẽ in uenas ſanguine rapimur in ſomnũ ne ſentientes quidẽ: quid miremur ſi ſanguine in locos ſuos nõ redeunte: quaſi perpetuo ſomno occupati morimur? Vt eñ morte in omne tẽpus ſenſum amittimus: ita ſomno cõſopiti ſentimus ad tẽpus nihil. Itaq̃ nõ indocte inqt Ariſtoteles: ſomni ſtuporẽ uolẽs oſtẽdere: in dimidio uitæ fœlices nihilo præſtare miſeris hoĩbus: dimidiũ eñ uitæ ꝓ ſomno poſuit. Et mortẽ nõnulli philoſophi ſempiternũ eſſe ſomnũ definierũt: ob id tñ illi errãtes quod ſomnus ille nõ eſt adeo ſempiternus: ut finẽ nullũ ſit habiturus inq̃. Reſurgẽt eñ hoĩes: idq̃ nõ ſolũ noſtra hoc ẽ chriſtiana: ſed gentiliũ etiã philoſophorũ ſentẽtia: eorũq̃ perſarũ. Futurũ eñ perſæ affirmant: ut reuiuiſcant hoĩes ſintq̃ immortales. Quod ſi ſomnus fit ſecundũ Diogenẽ Apolloniatẽ: qui ait: ubi omnino ſãguis diffuſus uenas implerit: & eũ aera qui in uenis continẽ ad pectus impulerit atq̃ in ſubiectã aliũ: ſomnũ fieri ac thoraca quẽ uocãt: reddi calidiorẽ: qđ ſi tota uis aeria e uenis defecerit: mortẽ effici: quid plus in morte moleſtiæ ſit q̃ in ſomno? Sin autẽ Platonẽ malimus ſequi: ſomnus fit remiſſione ſpũs ſenſitiui elati ad ſinciput: quo in loco principatus poniẽ. Cũ uero ſenſitiuus ſpũs oĩo remittiẽ atq̃ relaxaẽ: tũ mortẽ effici Platoni placet. Quod ſi ita eſſe cõcedimus: nõ minorẽ eſſe gratiã morti habendam q̃ ſomno mihi uideor intelligere. Hic eñ ad breue tẽpus curaꝝ mole nos leuat: ac mors ꝑpetuo liberat. Atqui recte quidẽ Homerus ſomnũ qui ꝓfundiſſimus ſit: æneũ uocat & eũdẽ mortꝭ fratrẽ: Mortẽq̃ ac ſomnũ ob eã quã inter ſeſe & generationẽ & ſimilitudinẽ habẽt: geminos dicit. Itaq̃ Diogenes ille cynopeus: q cognomẽto dictus eſt cyon: cũ uæhemẽtiſſime ægrotãs laxareẽ ĩ ſomnũ: & excitatus a medico ĩterrogareẽ moleſtius ne qcq̃ patereẽ: reſpõdiſſe tradiẽ: nihil: Verũ frater ſororẽ anticipat: hoc ẽ ſomnꝰ mortẽ. At Paulus apſus: ut ſpũſãcti plenus: ita nullꝰ elegãtiorꝭ doctrinæ ĩops: cũ cõſideraſſet mortẽ quã noĩamus: id eſt ſepationẽ animi a corpe: aliud nihil eẽ q̃ dormitionẽ atq̃ ſomnũ quẽdã: uetuit de dormiẽtibus eẽ dolẽdũ. Ita eñ monet credẽdũ eſſe eos q dormiũt: ſuſcitatũ iri: & poſtea q̃ ſoporẽ digeſſerĩt: fore ut cũ ſãctis uigilẽt: atq̃ una cũ angelis dicãt: Gloria ĩ excelſis deo: & ĩ terra pax hoĩbꝰ bonæ uolũtatꝭ. In terra eñ & ĩ hoc mortali cœno qd aliud ẽ: q̃ factiões: q̃ ſeditiões: q̃ diſcordiæ: q̃ bella q̃ ĩcẽdia: q̃ uaſtatões: q̃ cædes? Quoſ ĩ hoc uitæ ſalo & mẽtꝭ & cor

Alcmæon
Ariſtoteles
Perſæ
Diogenes
Plato
Homerus
Diogenes Cyon
Paulus apoſ lus

poris fluctus nō patimur? Quibꝰ nō obijcimur naufragijs? Quo
quis melior fuerit: eo ſe magis addicit inuidentiæ iaculis & mucro
nibus: Tum feriant ſummos fulmina montis. Quid patriæ chari
Camillus tas Camillo profuit? quid Miltiadi? quid Themiſtocli? quid Ari
Miltiades ſtidi? quid utriq; Africano? Num de his omnibus triūphum age
Themiſtocles re uictrici īuidiæ pudor fuit? Nōne inuidētiæ diritate perijt Abel?
Ariſtides Nō eadem Ioſeph omni ludibrio innocentē obiecit? Nōne in hor
Africani to delitiarum ſerpēs hominē eo ueneno infecit: cuius morte huma
Abel nū genus mors corripuit? Nō etiam in cælo primus angelus eadē
Ioſeph peſte correptus: inſidias ſuo tendere creatori eſt auſus? Quid ago
pluribus in re perſpicua? Vt eñ patriarchas & prophetas: ut apo
Ieſus ſtolos ac martyres conticeā: Ieſum ipſum impij liuoris immanitas
ꝑ oēm ſæuitiæ & ſceleris cōtumeliā erubeſcēdæ affixit cruci. Quæ
igitur ſuperbia noſtra fuerit: ut qui ad imaginē dei ac ſimilitudinē
creati ſumus: meliore poſtulemus eſſe cōditione: q̄ ſe deus ipſe uo
luerit? Nū imago id antecellat: cuius ē imago? Nū deus morit̄: et
Chriſtus homo ſit immortalis? Quod ſi Chriſtus ꝓpter nos mori nō dubi
tauit: nū ipſi propter noſipſos tam uæhementer mortē horremus?
An ignoramus mortē eſſe introductā ꝓpter hominis uitiū: ut ea
reſtitueret bonitate ſua: quod uitæ malignitate perierat? Quid ar
rogantius: quid impudētius aut dici poteſt aut cogitari: q̄ cū ſcia
mus nos eſſe mortalis: immortalitatē appetere? Quid eñ id quaſi
priuatum noſtrūq; lugeamus: quod omnibus eſſe cōmune: omni
bus eſſe præſcriptū: quodq; nullo pacto uitari a nobis poſſe intelli
gamus? Nulli eſt odio nobis habenda mors: ſed optāda potius cū
ſit malorū omniū finis quibus quotidie affligimur: & cū ſepultu
ra uitiorū quæ ſola corpus animūq; interimūt: tum uirtutū ſuſci
tatio: quarū meritis in gloria uiuimus ſempiterna. Itaq; rectiſſime
Nūeri. xxiij. dictum legimus: Moriat̄ anima mea in animis iuſtorū. Quid eñ
moleſtiæ poteſt eſſe ī morte: quā ſomni ſimillimā eſſe oſtēdimus?
Omnis aūt animi cōtractio nō ex alio mortis īcōmodo: q̄ ex ſolo
Arceſilaus metu perficit̄. Itaq; aptiſſime de morte Arceſilaus locutus tradit̄
cū diceret: ſolū hoc quod malum dicit̄ ex alijs omnibus quæ pu
tant̄ mala: nemini unq̄ præſens moleſtum fuit: ſed abſens atq; ex
pectatū affert ægritudinē. Tolle igit̄ metū: malū omne ſuſtuleris:
Metuere aūt mulieris eſt nō uiri: Et metuēda quidē ea ſunt: quæ a
natura maxime abhorrent. Sed ut morte nihil eſt magis ſecundū
naturā: ita iuſtius certe nihil. Sola eñ mors æqualis eſt omnibus:
quæ neq; pauperes diſcernit: nec excipit locupletes: regeſq; pari iu
re adit & ſubditos. Quod niſi corpus nobis fragile eēt: cor lubricū

animus imbecillus:nõ modo mortẽ nõ timeremus : ſed miro po/
tius deſyderio eã appeteremus:Intelligeremus eñ maximã nobis
in morte poſitã eſſe utilitatẽ:cũ uita hæc perniciosa ſit tota:& extre
mo obiecta diſcrimini. Quod Paulus apte ſignificãs: Mihi inquit Paulus
uiuere Chriſtus eſt & mori lucrũ. Nã Chriſtũ eſſe intelligebat cor Phil.j.
poris mortẽ & ſpiritus uitã. Mors certe illa eſt optima: qua cũ ad/
huc ſumus in carne:peccato quidẽ morimur:deo aũt uiuimus. Il/
la uero & horribilis & peſſima: de qua ſcriptum legimus:Dimitte
mortuos ut ſepeliant mortuos ſuos. Iſtiuſmodi eñ morte : dũ ui/
uit etiã corpus:animus ipſe facinorũ mole opprœſſus morit̃. Hinc
illud eſt: Anima quæ peccat:ipſa moriet̃. Qua quidẽ morte quæ Ezech.xviij.
mors alia eſſe queat aut triſtior aut amarior : nullã reperio. Hæc
eñ mors illa eſt ob cuius horrẽdã formidinẽ dictum audiuimus:
Quærẽt homines mortẽ: & nõ inuenient eã: quiq; fruſtra dicturi Apoc.vj.
ſunt mõtibus: Cadite ſuper nos:& collibus operite nos. Et mors Luc.xxiij.
quidem: qua diſceſſum animus facit a corpore:quãq; ſua natura
in maximis bonis habenda eſt:quod & maximis huius ſæculi ma
lis nos liberat:& ad maxima alterius uitæ bona nobis trãſitũ præ
bet:danda tamẽ eſt opera curãdũq; diligenter : ne nos imparatos
offendat. Nam & ſalutifera medicorũ pocula qui minus tempeſti/
ue & ut oportet obduxerit:ad perniciẽ ſui corporis nõ ad ſalutem
obducit. Et gubernator quibus uentorũ flatibus poterat modo ſe
cũdis uti:fit quãdoq; eius uel negligentia uel ignauia aduerſos ut
patiat̃. Mors eñ nuſq; longius a nobis abeſt : quæ per omnẽ uitæ
curſum nos comitat̃: nobiſcũ pernoctat : nobiſcum uigilat:nobis
adhæret ſemper : & quicquid uel agimus uel dicimus uel animo
uerſamus:curioſe obſeruat. Nec eſt quod quicq; malit : q̃ ꝓdeſſe
nobis : modo animaduertit nos ſui non obliuiſci:monetq; exẽplo
totius uitæ:ut quotidie diſcamus mori:cũ perſpicue cognoſcere li
ceat nullã eſſe uitæ partẽ: quæ diutius duret: quæ nobis etiã uolen/
tibus petẽtibuſq; nõ ſe morti dedat. Quẽ eñ reperies qui ſuo æta/
tis ſtatu cõtentus uiuat? Debilis balbutienſq; infantia ꝓcacitatẽ
& luſionem pueritiæ cõcupiſcit. At pueri adoleſcentiæ libidinem
atq; amores adamant. Hæc uero ætas iuuentutis robur & gloriã
admirat̃. Iuuenes aũt grandioris ætatis:tũ prudẽtiã: tum auctori
tatem maxime omniũ optãt. Sed illo ubi eſt peruentum: quis eſt
quẽ ſui nõ pœniteat:cũ intelligat ſibi fruſtra eſſe omnia cõcupita:
ſeq; uideat uel ignorantẽ ſingulis ætatibus uitæ ſuæ eſſe mortuũ:
nec ita mortuũ ut ampli⁹ moriẽdũ nõ ſit? Quo fit ut in oĩbus ſit
innata quædã mutatiõis finiſq; appetitio. Sola mors ea noſtrarũ

actionū omnium ultima: quæ tāto nobis eſt horrori: & perturbationū omniū finis eſt: & cū malorū omniū ceſſatio: tū cōmigratio ad quietē. Nā quid mortē abſentē horremus: quæ præſens ſimillima eſt ſomni? Vt em̄ ſomno ſæpius intercipimur ne aduertentes quidem illū adeſſe neq; ſentientes: ita etiā morimur ſenſu penitus intercepto: eademq; facilitate mortē obimus: qua ſomno occupamur. Plurimi uero intereſt: utrū nos illa paratos expectātiſq; inueniat: an imparatos inter oſcitātiſq; offendat. Eadē em̄ quæ nobis ꝙ optime cupit fore: ſpeculatur noſtra omnia acutiſſime inſidiaturq;: ſiquid agat a nobis perperā. Et captato tempore uiribus omnibus impetū in nos facit: Nullaſq; neq; rationes nec preces admittens naturæ debitū exigit. Facitq; cōfeſtim: ut quod cōcretū fuerat ſecundū Epicharmū: diſcernat: eoq; redeat: unde uenerat: terra in terrā: ſpiritus aūt ſurſum. Cuiq; em̄ elemētorū: quod erat elemētale in corpore hūano: ꝓ ſua reddit portiōe: & hum⁹ humo & aquæ humor & aeri flatus & igni uis ignea. Nā animus qui ē ſubſtantia incorruptibilis: incōmutabilis: ſempiterna: qui uitā infundit corpori qui uita eſt corporis: nō humi remanet natura ſui: ſed ubi ſe a corporea cōcretione ſecreuerit: morit quidē corpus: ipſe uero mortē nō recipit: ſed relicto corpore: ſi nullis ſe carnis ſordibus inquinauerit: euolat altius: nuſquāq; conſiſtit donec eo ꝑuenerit unde ꝓfectus eſt: ad illum ſcilicet: qui ait: Quid ſcis an nocte hac a te tua anima repoſcat? Non em̄ morit animus una cum corpore: ſed ab eo repetitur: a quo uſui datus eſt. Itaq; nō interit: nō diſſipatur: nō deletur: ſed ut inquit propheta: In manibus dei eſt ſemper. Eo autē cū peruenerit: quieſcit tandē longioris ſuæ peregrinationis fructus uberrimos per omnē beatitudinis læticiam aſſecutus. Cum tantū igit in morte ſit bonum: eaq; tanta ſerpat facilitate: ut ne ſentiat quidē: quid mors nobis timēda eſt: uel potius nō optanda? Audi etiā quæſo: quibus uerbis Socraten facit Plato uti apud iudices: Nec mireris: qđ tā multa a græcis traduco. Non em̄ id a me factū eſt ꝓpter eā orationis facilitatē: quā mihi in omni & ſcribendi & dicēdi genere æque apud græcos atq; apud latinos promptu eſſe opinaris: ſed ut ad latinos: quos habere potes ipſe ꝑ multos græcis quoq; teſtibus additis nō ſis ꝑſuaſu difficilis. Socratis aūt uerba hæc ſūt: ut memini: Timere em̄ mortē o iudices aliud nihil eſt ꝙ exiſtimare ſe eſſe ſapientē: qui non ſit. Videt em̄ ſcire: qđ neſcit: Nā nemo ſcit mortē. Hæc aūt bonorū oīm eſt homini maximū: quā hoīes æque timēt: ac ſi certo norint eſſe maximū oīm malorū. Et recte quidem Socrates. Quid em̄ boni in ſe habet hæc uita.

Epicharmus

Luc. xij.

Socrates
Plato

mortalis? Vel quibus potius malis nõ abũdat? Permulta ꝓfecto nobis in huiuſce uitæ agitationibus ac fluctibus in oẽm partẽ obeunda ferẽdaq; ſunt aĩo cõſtanti atq; inuicto: quæ ſunt omni mortis acerbitate quã falſo exiſtimãt: lõge acerbiora: Q̃d ni ita eſſet: nõ tam multi fuiſſent: q̃ ut ſe ijs difficultatibus aut animi aut corporis ſoluerẽt: uitæ mortẽ ſpõte atq; alacriter prætulerũt. Quẽ eĩ inuenies: cui uni ad animi præſtãtiã cõmoda oĩa & corporis & fortunæ ꝓ uolũtate cõtigerint? Nõ patiť rõ naturæ: deus ipſe nõ patiť: ut bona ſimul omnia: quæ uulgo exiſtimanť: ita in unũ aliquẽ uirũ cõfluant: ut tanq̃ ꝑpetua ſint futura. Id q̃d etiam Helena illa Homerica nõ ignorans ita loquiť.

Aſt alias alij quiſquis ualet omnia ſolus
Datq; bonũq; malũq; deus. Omnia inq̃ nobis & bona & mala: hoc ẽ cõmoda & incõmoda ab deo ſunt: idq; ſemper ad noſtrã utilitatẽ. Nam uitium & peccatũ: quod certe ſua natura malũ eſt: a deo eſſe nõ poteſt. Itaq; ſtudẽdũ eſt: quod in nobis: poſitũ puto: ut bonorũ operũ ueræq; pietatis ſimus ſtudioſi. Quæ uero aut extraria ſunt aut a noſtra poteſtate aliena: ea ſi aderunt: & modeſte utamur & grauiter: ſin aberunt: non turbemur. Nam ut breui exemplo Vlyxes monet apud Homerum. Vlyxes Homerus

Non uni dat cuncta deus: formoſus ut idem
Sit ſimul & prudens ac multa laude diſertus.
Qui ſpecie caruit: deus hunc uenerabilis ornat
Viribus eloquij: quo fit: mirentur ut unum
Hunc alij ſuauis linguæ dulcedine capti:
Hic autem fidens orat: leniq; pudore
In coetus excellit agens: quẽ numinis inſtar
Suſpiciunt: urbem quiſquis petiere: loquentem
Aſt alium formæ bonitas quem cominus æquat
Cælitibus: penitus defecit gratia linguæ.

Vt igiť naturæ atq; fortunæ cõmodis moderate utendũ eſt & ſecũdũ rationẽ: ita etiã incõmoda ſiqua ſunt: animo infracto atq; ingẽti toleranda ſapientes iubent. Siquid igiť Valerij obitus tibi fortaſſis incõmodat: debes tu ſane id quicquid eſt incõmodi cũ illiꝰ maximo cõmodo penſare. Ille eĩ ex huius ſæculi tædioſa & ꝓmoleſta peregrinatiõe: ex hiſce erroribus turbulentis in tranquillum illum & exoptatum beatitudinis portum beneficio mortis elatus eſt. Et mors quidẽ ipſa quæ ſtultis tãto habeť odio: nõ ſolũ eſt naturalis atq; neceſſaria: ſed habẽda ĩ bonis optatiſſimis. Nã ſi quicquid ex cõtrarijs rebus cõſtat: corruptibile eſt natura: cui mirum

uideri debet oportere hominē aliquando corrumpi: quoniā ſit ex contrariis cōcretus. An ignoramus id eſſe neceſſario corruptibile: quod generabile ſit natura? Cunq̧ homo naturaliter generet̃: neceſſario fieri: ut is ſecūdū naturam corrumpat̃. Præterea humani corporis elementa nō alius ſunt ſpeciei ꝙ̄ aliorum partes elemētorū: ſed cū ea elementa quorū cōcretione alia cōſtant corpora: corruptionē admittant neceſſitate naturæ: nunquid meliore ſint priuilegio humani corporis elemēta? Elemētis aūt corruptis hmōi: noſtra ne corpora integra ſint futura? Ad hæc ſi natura ipſa quā dicimus a mente diuina & ꝓducta eſt & cōſtituta: ſicuti certe eſt: quæcūq̧ a natura ſunt: nō bona eſſe non poſſunt: Fluunt eñ ab illo de quo ſcriptū eſt: Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. Nec eñ naturā ſolū: ſed etiā effectus omnis qui ſunt ſecūdū naturā: ab deo ut a prima efficientiq̧ & uniuerſali rerū omniū cauſa ꝓductos eſſe: & theologi omnes philoſophiq̧ affirmāt. Cū mors igit̃ ſit effectus adeo naturalis ut unus ſit ſecundū ſapientiſſimum

Salomon Salomonē hominis iumentorūq̧ interitus & æqua utriuſq̧ cōditio: eam qui malam eſſe dicit: & naturæ cōtradicit & deo. Nihil eſt inquā morte cōmunius. Animāti parcit̃ nulli. Nemo eſt neq̧ fuit unq̄ tanta fœlicitate: tāta gratia apud deum: cui moriendi ius detrectare licuerit. Quā rei neceſſitatē Homerus ſecum animo medi-

Homerus tatus: ita Mineruam loquentem introducit.

Minerua Sed neq̧ cælicolæ quem dilexere: tueri
Aequa morte queunt: ubi pernicioſa trahentis
Sors rapuit læti. Et ne id quidem abſurdum.

Num inquā qui ſibi non pepercit: quo nos ab æterna morte recuperaret: nos patiatur ꝓpter noſipſos ſæculi mortis immunes: ſine qua ad ſempiternā uitā ire nō licet? Quod ſi animalia uniuerſa ineuitabili quadā naturæ lege morti ſunt adiudicata: quid ipſi fruſtra atq̧ inutiliter naturali iudicio aduerſemur? præſertim cū uix ullum ſit animal homine imbecillius: Vel Homeri ſnīa: qui ait:

Nil magis eſt hominis natura infirmus omni
E numero: ſpirant quæcunq̧ animalia terris
Ac ſerpunt. Si eñ uelimus noſtri corporis naturā cum cæterorū ſingillatim animalium natura cōferre: inueniamus multo nos & pluribus & maioribus ſubiectos incōmodis ꝙ̄ aliud ullū animal.

Vlyxes ſophocleus Itaq̧ nō incōgrue Vlyxes ille Sophocleus id cōſiderās ita loquit̃.

Quicunq̧ uitam uiuimus: aliud nihil
Q̄ ſimulacrum aut inanis umbra nos ſumus.

Recte ſane hominē ſimulacrum Sophocles atq̧ umbrā uocat: rē

ſane & uanã & cõtemnẽdã. Hunc aũt ꝓpe modum ſecutus Horatius Flaccus inquit: Puluis & umbra ſumus. Sed longe id aptius & apertius Pindarius expreſſit. Horatius flaccus Pindarus

Quid autem eſt ullus? quid nullus?

Vmbræ ſomniũ homo. Nam cũ umbra debilius nihil ſit: quale ſit umbræ ſomniũ: nõ eſt intellectu difficile. Vnde igiť tanta ſit nobis animi elatio: neſcio: ut qui cæteris animãtibus ſumus fragiliores: ſoli uelimus ex omnibus detrectare ius mortis: quæ ut natura rationeq; debeť: ita neceſſario cõmunis eſt omnibus. Quod ſi intelligeremus: quãtũ ineſt in ea boni: nunq̃ adeo nobis eſſemus aduerſi atq; inimici. Quæ eñ imprudentia noſtra eſt: ut ignoremus ad finẽ omnia referri oportere? finem uero ut bonũ appeti? Finis autẽ uitæ huius q̃ mors alius eſt nullus. Qđ ſi ſummum bonũ & finis ultimus cõuertunť: mortẽ habendã eſſe in ratione fœlicitatis qui negarit: quæ ſit fœlicitatis ratio nõ intelligit. Simul eñ cum morte & uita & hũana omnis finiť actio. Itaq; recte Crœſum & ſapiẽter monuit Solon: huiuſmodi finẽ expectare oportere: & tũ demũ de humana fœlicitate iudicare. Nõne præterea ſcriptum eſt: Ante mortem nõ laudaueris quẽq̃? Mors eñ & finis eſt & teſtimoniũ anteactæ uitæ. Tum demũ ſuo officio functus eſt gubernator: cũ nauim deduxit in portũ. Nec orator laudem meruit: niſi perſuaſerit. Nec medicus: niſi ſanauerit. Et miles abſolutã ſtipendij mercedem nõ recipit niſi hoſtem ſuperauerit. Et imperator cõfecto bello laurea decoratur. In ea ſeceſſione: quã animus facit a corpore: ipſe quidem moleſtia omni ſollicitudineq; abſoluiť at corpus reſoluitur. Quo fit: ut animus ita abſolutus incredibili gaudio perfundatur. Corpus aũt reſolutum in terram cũ nihil ſentit: mali omnino patiať nihil. At mors eſt humanæ huius uitæ priuatio. Argute q̃dem obijcitur & ſubtiliter. Priuamur eñ mortis beneficio quotidianis curis diurniſq; & nocturnis angoribus. Priuamur inq̃ priuamur ijs cunctis perturbationibus: quæ tanq̃ efferatæ quædam & immanes truculentiſſimæq; belluæ animum corpuſq; cõficiũt. Quẽ eñ mihi excipies: qui minus ſit: aut ad ſollicitudines anxius: aut ad labores deſidioſius: aut ꝓcliuis ad uoluptates? Quid tãti facimus hãc uitã: in qua nulla eſt ſecuritas: nulla trãquillitas: nulla quies? Ad quas eñ cupiditates nõ incẽdũt noſtros animos: nõ inflammãt ardentiſſimæ faces corporis? An præterit unquã dies integer ſine aliqua uel corporis uel animi ſaltẽ offenſiõe? Nõne in rebus etiã lætiſſimis triſtia ne interueniãt: nobis timẽda occurrũt adeo ut metus ipſe magis etiam nos affligat: q̃ quod perinde atq;

Crœſus Solon Eccleſiaſti. xj.

miſerrimū timuimus cū aduenerit? Nū ſecundæ res quas opina/
mur maiori nobis ſunt uoluptati ꝙ̄ dolori aduerſæ? Quod ſi eti/
am bona quæ exiſtimant̄ ſine angore nō ſunt: quid in uita ſit bo/
Salomon ni: nō intelligo. Nō naſci longe optimū: inquit Salomō: Et id qui/
Silenus dē multo melius ꝙ̄ Silenus. Is em̄ cōprehēſus: ut eſt apud Crāto/
Crantor ra: monuit Midā regē: uitā hanc eſſe cruciatū: & a principio uſqꝫ or
Mida tum hoīs infortuniū eſſe maximū. Et Iob uir ille ſanctiſſimus diu
Iob.xxix. antea ait: Benedictio morituri ueniat in me. Sciebat em̄ id humi
teneri ac ſepulchri latebris occluſum reſolui in terrā: qđ non ſecus
morti ꝙ̄ uitio eſſet obnoxium: Illud uero qđ uirtutē diſciplināqꝫ
appeteret: qđ ſummi boni deiqꝫ eſſet ſtudioſum: altius euolare:
eiqꝫ adhærere: ad cuius imaginē eſt creatū: unde uitæ accepit ſpiri/
tū: & in animā uiuentē factū eſt. Itaqꝫ iure aliqñ dicere conſueuit:
Iob.iij. Pereat dies illa in qua natus ſum. Satis em̄ oſtendebat: quātū bo
ni eſſet in morte: cū dies natalis ſui ut periret optabat. Nā ut nata/
lis initiū eſt incōmodorū atqꝫ malorum omniū: ita etiā mors trāſ/
itum nobis præbet ad bonorum omniū ſempiternā poſſeſſionem.
Hieremias Cuius rei deſyderio & Hieremias ſe generatū eſſe deplorat: & rex
Dauid Dauid petebat a dn̄o: ut notū ſibi faceret finē ſuū & numerū dierū
ſuorum. Quod neuter certe feciſſet: niſi mortē ut egregiū quoddā
bonū optaſſet. Quātū præterea ſit bonū in morte: nō modo patri/
archæ & ꝓphetæ ac cæteri ſancti uiri: ſed ij etiā qui gentiū dij ſunt
habiti: iuſſu ueri omnipotentiſqꝫ dei delucide oſtenderunt. Cleo/
Cleobis bis & Biton fratreſqꝫ & Argiui: qm̄ pro iumentis iugo colla ſubdi/
Biton dere: matrēqꝫ curru inſidētem ad templū Iunonis uſqꝫ: qđ ſtadijs
Iuno quinqꝫ & quadraginta diſtabat ab Argis: mira pietate traxerūt:
Argi pro ſummo tantæ bonitatis præmio: ut eſt apud Herodotū: a nu/
Herodotus mine morte donati ſunt. Idemqꝫ boni inter dormiendū cōtigit: cū
Agamedes Agamedi & Trophonio: quoniā pulcherrimū Delphis templum
Trophonius Apollini ſunt fabricati: tum etiā Pindaro: cum quid eſſet homini
Delphi optimū: ab Apollinis oraculo quæſiſſet. Nam nō multū poſt tem
Apollo pus in Gymnaſio cū eſſet relaxatuſqꝫ in ſomnum: caput in dilectiſ
Pindarus ſimi pueri ſinum poſuiſſet: ſuauiſſime diem obijt. Sed quid pluri/
bus gentilitatis delyramenta cōſecter: cū ratione nō obſcura mor
tis bonū probari queat. Illud ꝓprie ueroqꝫ bonum & dicimus &
tenemus: quod ad animi pertinet dignitatem. Quod autē animo
detrimentum nō affert: id malū certe nō eſt. Sed cum mors nulli
afferat animo detrimentum: malū eſſe nō poteſt. Quod uero ma/
lum nō eſt: id bonū eſſe patet. Quid ergo uel noſtram uel noſtro/
rum mortem adeo ægre ferimus: quæ tātum continet in ſe bonū:

ut ſine illa eſſe beati nullo pacto poſſimus? Quare cum oſtenderi/
mus mortem eſſe & cõmunem & naturalem & neceſſariam & om/
nibus debitam: eãdẽq; habere rationẽ finis: qui nõ bonus eſſe nõ
poteſt: & tanta præterea facilitate irrepere: ut uix a ſomno ſuauiſſi
mo quicq̃ differat: quid eſt quod eam nobis lugendã exiſtimem⁹
quæ ſola nos liberat omni turbido corporis motu: ſeq; nobis tu/
tiſſimam ducem præſtat: qui ex his tenebris excedamus in lucem
illã: quæ & uniuerſum mundũ illuminat: & ex hominũ corde cali/
ginẽ omnẽ eijcit? Num forſitan ignoramus mortẽ ipſam: quid ſit?
Nec aliud quicquã nos magis torquet: q̃ ipſius nõis ſignificatũ:
cum uulgo affirment iccirco mortem eſſe nominatam: quod mor/
deat. Mordere autem eſſe atrocium & immanium belluarũ: qua/
ſi culices quoq; & muſcas & pulices mordere non dicamus: quaſi
culices etiam nomina ſint uel a natura uel a ſapientibus indita: &
non plura opinio ſæpe uulgi ac uoluntas q̃ ulla exquiſita ratio in/
uenerit. At ego nõ a mordendo mortem deduci arbitror: ſed a græ
co nomine quod eſt μόροσ: moros: quod ſortem mortemq; ſi/ μόροσ
gnificat: unde & morior & mortem deſcendere quis ambigat? Moros
μόρōσ: moros: aũt a ṽbo μέρέιν: merin: deſcẽdit: q̃ uerbo par μέρέιν
tiri ac ſeparare ſignificat. Nã quid aliud eſt mors: q̃ quod modo Merin
dicebam: animi a corpore ſeparatio: naturæ ſcilicet incõmutabilis
atq; immortalis a natura mutabili & mortali? Num ſumus obliti
quicquid culpæ obnoxium eſt: id etiã morti deberi? Si ꝓpter Adã
ſumus omnes in culpa: omnes propter Adam debemur morti. Si Adam
debitum igitur eſt mortis: decoctores indubitato futuri ſimus: ubi
impatientius feramus mortis ſolutionem. Debet eñ finis cõueni/
re principio. Et quo pacto poſſimus ꝓ charitate patria pectus of/
ferre obuiã morti: ſi aliorũ obitũ tanto luctu: tãto mœrore ꝓſequi
mur? Quod eñ accepimus: qui ꝓ patria mortẽ appetiuere: quod
certe nunq̃ feciſſent: ſi tãtũ in morte doloris: tãtũ mali poſuiſſent.
An pluris fortaſſe patria nobis faciũda ſit q̃ natura: q̃ deus? Nũ
quod dies tandem obliterabit: id non ratio prius leniat? An ma/
limus eorum quorum mortem acerbe ferimus: memoriã obliuiſci
q̃ per conſolationis remedia tueri: ut quorum recordatio uolupta
te debet: afficiat animũ ægritudine? Si rurſus effuſior: ſi immode/
ratũ gaudiũ uitio datur: nũ luctus: num lachrymarũ nimietatem
laudemus? Quid quod perturbationũ omniũ ægritudinem eſſe
peſſimã grauiſſimi philoſophi tradiderũt? Paucoſne ĩuenias: quoſ
nimius animi dolos alios ad inſaniã: alios ad laqueũ: alios ad fer/
rũ impulerit: ut quẽ mœrorem ferre nõ poſſent: ab eo ſe morte uẽ/

Niobe
Artemiſia
Mauſolus
Phillis
Demophon
Aiax
M. Cato
M. Brutus
M. Otho.

dicarent? Prætereo Nioben: quæ nimio luctu ſenſum amiſit. Artemiſiã conticeo: quæ ob uiri Mauſoli obitũ in aſſiduis lachrymis & eiulatu cõtabuit. Quid Phyllin illã Demophõtis. Quid Aiacẽ Telamoniũ cõmemorẽ. Quid. M. Catonem. Quid. M. Brutum. Quid. M. Othonem cæſarem. Quid alios pene infinitos in mediũ referã? Romanorũ & Græcorũ hiſtoriæ amentiũ hominũ plenæ ſunt: qui ſibi ꝓpterea mortẽ aſciuerũt: qm̃ patientiã nõ didicerant. Itaq̃ dũ animorũ magnitudinis ſe laudatum iri iudicaſſent: ſunt a ſapientibus uiris omnibus molliſſimi iuxta atq̃ ſuꝑbiſſimi iudicati. Nam quẽ animũ ueluti depoſuit apud nos deus: hũc debemus reddere non abijcere: ne collatũ beneficiũ uideamur maleficij loco ducere. Quæcunq̃ ab deo ſunt: ea omnia bona ſunt: ſine illo aũt boni eſſe nihil cuiq̃ poteſt. Vt mors igiẽ optanda: ita minime anteuertenda: quin opera danda eſt: ut nos uigilantis ſemper accinctoſq̃ inueniat. Quod ſi fecerimus: de animi ſede nunq̃ neq̃ deijciemur: neq̃ mouebimur. Et nõ modo interitũ animi: quẽ indocti nõnulli falſo opinãẽ: ſed ne dolorem quidẽ corporis in morte qui nullus eſt omnino formidabimus. Nam uiuere animũ poſt diſſolutionẽ corporis ac per ſeſe cõſiſtere: põt triplicit demõſtrari: Et primum quidẽ quadã naturæ ui: tum rõne: demũ uero diuina iuſticia.

Animũ uiuere poſt mortẽ tripliciẽ ꝓbaẽ
Prima probatio.

Et immortalitatem ſane animoꝝ ſatis nobis ꝓbare debet ipſa natura: ſi alia etiã nulla ratio: quæ ſunt fere infinitæ: poſſet adduci. Videmꝰ em̃ nullã eſſe omnino nationẽ neq̃ fuiſſe unq̃: quæ nõ gerat diligentẽ curã mortuorũ uarijs officiorũ & generibus & ritibus eorũ animos ꝓſequẽs: qđ certe nemo faceret: ſi ea putaret ad uita defunctos nihil pertinere. Ad quod omnes gentes cõmuniter ſentiunt: id quadã naturæ lege fieri uideẽ. Quem quidem populorũ omniũ de animorũ immortalitate cõſenſum: ij oẽs qui habiti ſunt animo altiſſimo acerrimoq̃ ingenio: maiorẽ immodum cõfirmarũt. Quis em̃ uir magnus ac ſapiens mori ultro uoluiſſet: ſi animũ una cũ corpore moriturum eſſet arbitratus? Num ſe præcipitaſſet in ætnam Empedocles ſine ſpe magna imortalitatis? Si falſum eſſe Theombrotus putaſſet: quod de animorũ immortalite apud Platonẽ legerat: nũq̃ ſe de muro præcipitẽ dediſſet: quo illam aſſequereẽ. Quæ tanta cupido gloriæ Curtiũ: quæ tanta patriæ charitas in illũ terræ hiatum potuiſſet immergere: ſi totum ſe peritturũ morte crediðiſſet? Idẽ de Codro rege. Idem de Philenis. Idẽ de tribus deinceps Detijs. Idẽ eſt de alijs q̃plurimis exiſtimãdũ: qui prudẽtia & uirtute plurimũ claruerũt. Ex quibus rebus cognoſci põt: animũ nõ modo nõ interire cũ corpore: ſed ab eiꝰ uincu

Aetna
Empedocles
Theombrotꝰ
Curtius
Codrus
Phileni
Decij tres

lis ſolutũ lõge eẽ meliore ſtatu uitæ. Itaq; recte inqt Phocyllides. Phocyllides
Vita breuis nobis: ad tempus uiuimus omnes.
Aſt animus mortem ſeniumq; ignorat: & idem
Viuit ĩ æternũ. Nec illa ineptius dicta ab eodẽ Phocyllide legim⁹. Phocyllide
Nãq; manent animi mortali in corpore mortis
Expertes: homini conceſſus ſpiritus uſu:
Eſt imago dei. Quod ſi ui naturæ priſci illi gẽtiles ꝑ quaſdã uelu-
ti cõiecturas perq; nocturna atq; diuturna uiſa aĩorũ ĩmortalitatẽ
aſſequebanť: quid nobis faciũdũ eſt: quib⁹ renatis in Chriſto Ieſu
omnis caligo inſcitiæ e mentibus debet eſſe ſublata? Homerica il- Homerica
la necati hoĩs diuinatio: que uocať νέκυομάντια: Necyomãtia: νέκυομαν
quid aliud tota demonſtrat q̃ animos eſſe immortalis? Et homi- τια
nẽ aliud nihil eſſe q̃ animũ ipſum inquiens. Necyomãtia
Tireſiæq; anima ſceptroq; ornatus & auro Tireſias
Venit. Dedita eñ opera cũ anima in fœmineo genere uſus eſſet
poeta ſapientiſſimus: ad maſculinũ trãſiuit genus: ut oſtẽderet ani Homerus
mã eſſe Tireſiam. Itaq; omniũ primus Homerus fuiſſe legiť ex gẽ-
tilibus: qui hominis corpus carcerẽ nominarit: hoc eſt δέμας: de δεμας
mas: ut doceret ſolã eſſe mortẽ: quæ hominis animum corporeo Demas
carcere atq; nexu liberat. Animũ uero a corpore ſeparatũ & uige- Homerus
re & ſapere meminiſſeq; ac uelle. Quã quidẽ ſentẽtiã Homerus ſe- Patroclus
cutus ita Patroclum in ſomnis facit loqui perite Ad Achillen. Achilles
Num dormis oblite mei? nunc negligis orbum:
Luce: modo uiuum quẽ ſic curaueris ante?
Me ſepeli propere: quo inferni Dytis Achille
Tranſuehar ad portas: animi nam me eminus arcent
Extincti populi ſecũ tranare uetantes
En uagor: & fruſtra manes peto: porrige dextram:
Imploro: nec eñ retro me annare poteſtas
Poſt ignis fortem: nec uiui longius acti
A ſocijs ſeſſum: nos conſultabimus ambo.
Sed me quæ genuit: ſors dura abſorbuit olim.
Et te fata eadem Troiæ ſub mœnibus almæ
O ſuperis forma ſimilis ſtant certa perite. Nũ hæc finxiſſet unq̃
antiquiſſimus ille diuinuſq; poeta: niſi firmiſſimis rationibus cõ-
pertũ habuiſſet animos hominũ cũ diſceſſum feciſſent a corpore:
per ſeſe conſiſtere nullaq; tangi mortis ſuſpitione? Et ut reliquos
poetas miſſos faciã: audiamus Euripiden: qui Anaxagora docto- Euripides
re eſt uſus. Apud hunc eñ hæc loquiť Polydorus. Anaxagoras
Adſum relictis promptuarijs latebris Polydorus

Portiſq; tenebrarum:colitur ubi deum
A regia procul erebus:cyſſeide
Polydorus Hecuba natus ac Priamo patre:
Qui urbem periclum cum teneret argolici
Martis:ruinam ueritus ad Thracis hoſpitam
Polymeſtoris me clanculum miſit domum.
Is cherrhoneſiam optimam glebam ſerens
Populum ferocem ui regit:mecum ſimul
Multum dat auri pater:ut eſſet filijs
Quo uiuerent:ſatis ſuperſtitibus ſuis.
Atqui priamidum quoniam erā natu minimus.
Me miſit extra genitor:arma nam iuueni
Haſtamq; ferre nō potis eram brachio.
Dum Troia rectis mœnibus:dum turribus
Infracta ſtaret:dum meus frater feri
Hector ſecundis utitur belli uicibus
Paternus hoſpes me quaſi quem ſurculum
Alebat augens miſerum:at ubi patria perijt
Hectorq; frater:& patris lares penitus
Cecidere.Pyrrhi & ipſe procubuit manu
Iugulatus impij pater ad aram deæ:
Occidit auri gratia me hoſpes miſerum:
Corpuſq; pelago tradidit:quo aurum domi
Haberet ipſe:iaceo nunc in littoribus
Nunc in ſalo ponti ſine ſepulchro & flætibus
Œ plurimis uorticibus actus fluctuum
Nunc corpore relicto feror matrem ob hecubam.
Iam tertium pendens diem:quantum mea
In cherrhoneſio ſolo ex troia ueniens.
Adeſt miſera parens:quietem danai agunt
In littore omnes huius agri threici
Cum nauibus ſimul ſuis:nam peleo
Satus parente ſuper ſuo uiſus tumulo.
Omnis Achilles copias claſſis Danae.
Quæ palmulas domū maritimas dirigunt
Remorat̃ unus uictimam ſuo dari.
Ac præmium Polyxenam tumulo petens
Meam ſororem cōſecuturus quidem.
Nec em̃ ab amicis nō feret quē petit iugulum
Fatum ſororem cogit hocci die perimi

Cadauera duo filium tuebitur
Mater duorum illius infauſte ac meum:
Nãq ut ſepulchrum rite contingat mihi
Seruæ offeram me pedibus in maris ſalo:
Manes eñ exoraui: ut in matris manus
Cadam: ac ſepeliar: quod itaq optaui mihi
Erit: anui matri eminus cedam meæ
Hæc ex tabernaculo Agamemnonis ueni
Mei metu uiſi: o parens quæ regia
Genita domo ſeruis: ut infœlix agis.
Quantum prius nunq: deus quis te bona.
Ex ante fortuna malis conficit uariãs. Obſcure ne Euripides nobis immortalitatẽ animorũ oſtendit in hac longiuſcula interfecti Polydori cõqueſtione. Et ne cũ poetis ſim dicẽdo ꝓlixior: audiamus: quæ ex Academico Crãtore auditore Xenocratĩ Arceſilaiq doctore & Cicero & Plutarchus memoriæ ꝓdidere de Euthynoo quodã Italo Eliſij terinæi filio. Tradũt eñ hũc Euthynoum nulla neq morbi nec alia quæ uideri poſſet antecedẽte cauſa repẽte eſſe morte correptũ. Quã quidẽ inopinatã caſus afflictionẽ pater Eliſius q inter oẽs urbis Terinæ ciues & opib⁹ & uirtute & gl͞ia prĩceps eſſet: cũ ferret impatienter: putabat eñ filiũ ſibi ueueno ſubreptũ: nec aliũ ĩ tãtis opib⁹ & pecunijs ullũ habebat filiũ. Quare cũ neſciret: q̃ alio mõ q̄reret liberari ea ſuſpitiõe: petijt ψυχομαντεῖον Pſychomãtion: quoddã: id eſt animi uaticiniũ: Eliciebãt eñ a maleſica illa ſupſtitione ſtultæ gẽtilitatis animi: mortuorũ q̄buſdã ſacrificijs & carminibus: p q̄s ueritas diſcereĩ. Quare ubi poſt pacta ſacra: ut mos erat: Eliſius obdormiſſet: habuit uiſũ tale. Viſus eſt ei ſuus adeſſe pater: cui cũ narrauiſſet de filij obitu: illũq etiã atq etiã rogaret obſecraretq: ut ſibi interẽpti filij auctorẽ indicaret. Ille ob hãc cãm ueniſſe reſpõdit. Itaq ab hoc inquit: accipe: quæ tibi uides allata. Nã ex his oĩa quæ adeo doles: intelliges. Erat aũt ille quẽ pater ſecũ adduxerat: adoleſcẽs q̄dã Euthinoi pſiſis & ætate & forma. Is interrogat⁹ q nã eſſet: genius ſũ r͞ndit: filij tui. Quæ locut⁹ tabellas ei reddidit. Ea uero apte tr͞is hmõi uerſiculos cõtinebãt ſcriptos.
Infans uirorũ tu Eliſi mentes rogas
Nam morte fatali Euthynous iacet tuus:
Quẽ uiuere neq parẽtib⁹ erat utile. Qđ ſi gẽtiliũ opiniõi nõ credim⁹: an etiã uiris chriſtianis: illiſq & ſctiſſimis & eruditiſſimis nõ credem⁹: Hæc ſt̃ Aurelij Auguſtini ṽba ad Paulinũ epm̃ nolanũ. Porro cũ Mediolani eſſem⁹: audiuim⁹: q cũ debitũ repetereĩ a q̄

Euripides
Crantor
Xenocrates
Arceſilaus
Cicero
Plutarchus
Euthynous
Eliſius
Terina
ψυχομαντεῖον
Pſychomantion
Aurelius Auguſtinus
Paulinus epiſcopus
Mediolanum

dam defuncti patris cautione ꝓlata: qđ filio neſciente a patre iam fuerat ꝑſolutũ: cõtriſtari homo grauiſſime cœpit atq̃ mirari: qđ ei pater moriens nõ dixerit quid deberet: cum feciſſet etiã teſtamẽtum. Tũ ei nimis anxio: apparuit idem pater eius in ſomnis: & ubi eſſet recautũ: quo illa ſolutio uacuata fuerat: indicauit. Quo inuẽto iuuenis atq̃ monſtrato: nõ modo falſi debiti calumniã ꝓpulſauit: ſed etiã paternũ recepit chirographum: qđ pater nõ receperat qñ eſt pecunia perſoluta. Hic igiť putať anima hoĩs curã geſſiſſe ꝓ filio: & ad eũ ueniſſe dormientẽ: ut docẽs qđ ignorabat: a magna eũ moleſtia liberaret. Ambigendũ ne eſt cuiq̃ animos hominum eſſe immortalis: ubi a corpore ſe diremerit: cũ perſpicue intueri liceat eis uiuos etiã eſſe curæ? Sed audi deinceps magis admirandũ: qđ ſequiť. Sed eodẽ ferme tẽpore quo audiuimus id: nobis apud

Mediolanum — Mediolanũ cõſtitutis: Carthaginis Rhetor Eulogius: qui meꝰ in

Carthago — eadẽ arte diſcipulus fuit: ſicut ipſe mihi poſteaq̃ in Africam reme-

Cicero — auimus retulit: Cum Rhetoricos Ciceronis libros diſcipulis ſuis traderet: recenſens lectionẽ quã poſtridie fuerat traditurus: quẽdã locũ offendit obſcurũ: quo nõ intellecto uix potuit dormire ſollicitus. Qua nocte ſomnianti: ego illi quod nõ intelligebat: expoſui: immo nõ ego ſed imago mea neſciẽte me: & tã longe trãs mare aliquid aliud ſiue agẽte ſiue ſomniante: & nihil de illius dubijs omnino curante. Quomodo fiant iſta: neſcio: ſed quomolibet fiant: cur nõ eodẽ modo fieri credimus: ut in ſomnis quiſq̃ uideat mortuũ: quo fit ut uideat: & uiuum ambobus utiq̃ neſcientibus neq̃ curãtibus: quis uel ubi uel qñ quorundã imagines ſomniet. An fortaſ-

Auguſtinus — ſis cuipiã minus locuples teſtis uideri debet Aurelius Auguſtinus & epiſcopus & tanta ſapientia uir: qđ nõ quæ ipſe fortaſſe ꝑmulta in ſe eſſet expertꝰ: præ uerecũdia narrare noluerit: ſed aliena retulerit? At non ea ꝓfecto narraſſet uir grauiſſimus: niſi uera eſſe certo

Hietonymus — didiciſſet. Verũ audiamus præſbyterũ Hieronymũ uirũ ut trium linguarũ eruditiſſimũ: ita ueritate & ſanctimonia nemini imparẽ.

Euſtochium — Is eñi in ijs quæ ad Euſtochiũ: & ad reliquas uirgines ſcribit de regula uiuẽdi in monaſterio: ita inquit: Experto itaq̃ ſeni deuotæ cõſulenti credite filiæ. Si ſemel guſtatis: q̃ dulcis eſt dñs: ad quẽ accedentes poteritis ab eo illud audire: uenite: & oſtendã uobis omne bonũ. Et tũc oſtẽdet uobis talia: qualia non niſi aſſuetæ mentes norunt. Scio quid chariſſimæ. Nã ut inſipientiam loquar: ego homũculus ſic abiectus: ſicuilis ĩ domo dñi adhuc uiuẽs in corpe: angelorũ choris ſæpe interfui: de corporeis ꝑ hebdomadas nihil ſentiẽs: diuinæ uiſionis intutu poſt multorũ ſæpe dierũ ſpatia præſciꝰ

futurorũ. Corpori redditus flæbam: quid ſic manẽs fœlicitatis habebã: quid inenarrabilis delectationis ſentiebam: teſtis eſt ipſa trinitas: quã cernebã: neſcio quo intutu: teſtes ſunt & ipſi beati ſpiritus qui aderant: teſtis eſt & conſcientia mea quibus bonis ipſe fruebar: quot & qualia neſcit ꝓferre mollicies corporis mei. Non poteſt ad tantæ cõtẽplationis dulcedinẽ cor ſæcularibus plenũ negocijs peruenire. Hæc ab Hieronymo ſcripta ſunt. Quæ uero uas electionis Paulus apoſtolus de ſe ſcripſerit: nõ ſũt uiſa mihi prætereũda. Nam & auctoritate ſcribentis & rei magnitudine ſunt auditu digniſſima. Si gloriari inquit: oportet: nõ expedit quidem. Veniã aũt ad uiſiones & reuelationes domini. Scio hominẽ in chriſto ante annos. xiiij. ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit: raptum huiuſmodi uſq; ad tertiũ cælum. Et ſcio hmõi hominẽ ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit: qm̃ raptus in paradiſum: & audiuit arcana uerba: quæ nõ licet homini loqui. Si uiuentium adhuc in corporibus animi nõ per uiſa quædã allata extrinſecus quæ a græcis uocãt φαντάσματα: Phãtaſmata: ſed ſui ipſorũ ui atq; natura ſiue ad breuiſſimũ tẽporis punctũ ab illo fuerint a corporibus ſeparati atq; iiſdem redditi: qui uerbo & Laçarum ſuſcitauit & puellã: ſiue a ſenſibus abducti atq; altius eleuati ea lumine mentis perſpexerint: quæ oculo corporeo uidere non licet: ſi uiuẽtiũ inq̃ animi poſſunt ſine ullis corporis adminiculis permulta ſcire atq; cognoſcere quæ ſunt ab omni ſenſu corporis aliena: quid dubitemus & animos eſſe immortalis: & tum demũ frui ſuæ immortalitatis bono: cũ a ſe omnino abdicarint corporeũ omne impedimentũ? Sed hæc horũq; ſimilia; ſi cui fortaſſe uideanẽ antiquiora: exemplis item duobus tẽpeſtatis noſtræ cõtẽti ſimus. Gabriel cõdelmarius: qui poſtea Eugenius nominatus: ſumma cũ dignitate & gloria Romano pontificatui præfuit: cũ uæhementius ægrotaret: eſſetq; de eius ſalute a medicis omnibus deſperatũ: illi iam de morte nõ tam ſollicito q̃ nihil certius expectãti: & Petrus & Paulus apoſtoli duo apparuerũt in ſomnis: utq; bono animo eſſet: hortati ſũt. Nã & bonã ualitudinẽ ei redditã eẽ: & ꝓpe diẽ fore: ut ſummus põtifex crearet. Quod quidem utrunq; ſecutũ eſt. Nam tũ ſimul cũ ſomno illũ reliquit febris: tũ nõ multo poſt cum Martinus Columna prudentiſſimus ille & ampliſſimus pontifex q̃ fortunatiſſime & cũ mirifico eccleſiæ Romanæ incremento uitã finiſſet: pontificatui ipſe præfectus eſt. At Nicolaus quintus optimus ille & eruditiſſimus plane uir: in cuius munificẽtiſſimi patris obitu: docti omnes ingenioq; præſtãtes extremũ naufragiũ paſſi

Paulus apſtus
ij. Cor. xij.
φάντάσματα
Phantaſmata
Laçarus
Gabriel cõdelmarius
Eugenius
Petrus
Paulus
Martinus columna
Nicolaus quintus

Nicolaus cardinalis
Thomas
Petrus apſtus
Germania
Eugenius
Philelfus
Aeneas Siluius
Frederic⁹ rex
Philipp⁹ dux
Pius ſecũdus
Samuel
Saul
Iacob
Paulus apoſtolus
Habraam

ſunt: Cũ Nicolai albergati ſapiẽtis imprimis & ſancti uiri: Cardinalis Bononiẽſis obitum moleſtius ferret: hunc tandẽ per ſomniũ ad ſe uenire exiſtimauit: & ita anxium appellare: Thoma fili quid diuti⁹ gemis? Quid adeo te affligis? Pone lachrymas: & te collige: Nobis em̃ bene eſt benignitate Ieſu. Itaq; ſurge atq; accingere. Ad breue em̃ tempus graue tibi ſubeundũ eſt munus Petri gubernandæ nauiculæ. Quã quidẽ ſomni uiſionẽ haud ille diſſimulãter præ ſe tulit. Nam cũ alijs nõnullis familiaribus: tũ etiã mihi cum hac iter faceret Germaniã petens ab Eugenio legatus: cum inter loquẽdum in ſermonẽ incidiſſemus de manſuetudine & grauitate Nicolai cardinalis: id omne ſomniũ coram ueluti iocabundus retulit: Subdidit em̃ cũ hoc euenerit: Philelfe mi fructũ recipies ueteris noſtræ conſuetudinis. Cũq; intra alpes eodem itinere obuiam habuiſſet Aeneam ſiluium integerrimũ & eloquentiſſimũ epiſcopũ Trigeſtinum: qui a Frederico auſtrio: Romanorum rege orator ueniebat ad Philippũ Mariam inclytum Mediolanenſiũ ducem: ſimul q; uterq; ueſperi diuertiſſent in quandã cauponulam: & Aeneas parcius ſumptum faceret: utpote qui ab eo rege legaret̃: qui ſtoica eruditus inſtructuſq; diſciplina: nõ minus parſimoniæ nummorũ q̃ uitæ frugalitati continenter ſtudet: tum ad Aeneam conuerſus Thomas: Reuerendiſſime pater inquit: quid eſt opus tãta utamur parſimonia: cum uterq; in eccleſia Romana pontifices maximi futuri ſumus? Quã quid? rem nõ ſerio minus q̃ ioco eũ prædixiſſe certus oſtendit euentus. Videmus em̃ alterum ſumma ſua cũ laude ſummũ pontificem cõceſſiſſe naturæ: at Aeneam cui nunc Pio ſecũdo nomẽ eſt: nõ ſecus fortiter q̃ conſtanter põtificatũ gerere. Sed quid tam multis exemplis utimur? Nũ uetus nouũq; teſtamẽtũ fruſtra emanarit in mũdũ? Suſcita Samulẽ ait Saul. At Iacob: Deſcẽdã ad filium meũ in infernũ lugens. Hæcne ab utroq; dicta eſſent: ſi minus certo tenuiſſent filiorũ animos poſt corporis diſſolutionẽ etiã uiuere? Quid em̃ afferam teſtimoniũ Pauli apoſtoli atq; doctoris gẽtiũ? An huic etiã nõ credemus? Licet inquit exterior homo noſter corrumpat̃: interior tamẽ renouat̃ de die in diẽ. Rurſuſq; licet moriat̃ in corpore: uiuit in anima. Quid em̃ memi nero aut mortuũ diuitem ſepultumq; in inferno: aut mẽdicum ab angelis portatũ in ſinu Habraæ: cũ ore domini dictũ audiamus: Qui credidit in me: nõ moriet̃ in æternũ: & licet moriatur uiuit? Viuit inquã Iacobe Antoni Marcelle Valerius filius ille tuus: & uiuit is quidem eam uitam: quæ mutabilitati nulli ſubiecta eſt: ſed eadem ſemper atq; perbeata. Itaq; uinciendus tibi eſt atq; obſtrin-

gendus rationis cuſtodia omnis animi mœror. Luctus omnis ac gemitus abdicandus: in te florẽtiſſimi ſenatus & bonorũ grauiũq; uirorũ omniũ oculi dirigunt. Quare tibi cauẽdum eſt: ne quid cõmiſiſſe exiſtimeris: quapropter reprehendi iure queas. Quare me delectat Heſiodus: qui natales omniũ dolens gaudet in funere: Quẽ ipſum fortaſſe Thraces ſecuti tradunt ortus hominum lugere: obitus uero celebrare ſoliti. At Maſſilienſes eodẽ die quo funus eſt elatũ: adhibito domeſtico ſacrificio neceſſariorũq; cõuiuio: luctũ finire cõſueſſe. Apud Lycios uero nõ morem dũtaxat ſed legẽ fuiſſe legimus: ut nõ niſi ueſte muliebri luctum ſeruarent: Idq; ob eam rẽ factum: ut cultus deformitate commoti ſe maturius a mœrore abducerent: cum intelligerẽt luctum effœminatum eſſe & mollem & a uiri grauitate dignitateq; maxime alienum. Tot igitur exemplis admoniti nõ uincemus tandem omnẽ animi molliciem? Nõ reprimemus lachrymis? Nõ luctui finem ſtatuemus? Cauendum eſt: ſi ſapimus: ne nimia noſtra in filios pietas deſperationis loco apud deum habeatur. Quod ſi cõmunis ea omniũ gẽtium opinio: ſi tot graues ueræq; ſententiæ nobis animorũ immortalitatem nõ probant ꝓpter eos qui deprauatis moribus exiſtimãt animos una interire cum corporibus: ob eam ſcilicet rem: quod ne in corporibus quidẽ ipſis ſuos ſibi animos eſſe ſentiũt: utamur etiã rõnis adminiculis atq; armis: quibus omnis male credentiũ pertinacia non oppugnet modo: ſed etiã expugnet opprimatq;. Sed anteq̃ differendi aciem deſcendã: in mediũ ueniant priſcorũ philoſophoꝝ de animo ſententiæ. Sic eñ facilior uictoria nobis erit. Aggrediamur autẽ ab ĳs: qui in philoſophia Ionica claruerũt. Thales mileſius animum dixit eſſe naturam: quæ ſemper ſeipſam moueret: Talis aũt definitio & ſi declarat animum eſſe immortalem: nõ homini tamẽ magis conuenit: q̃ præſtantiori cuidã eſſentiæ. Anaxagoras uero claçomenius eſſe animum dixit ſpecie aereum & corporeũ. Zeno ſtoicus animum uoluit ignẽ eſſe. Alĳ uero plæriq; ſtoici ſpiritum calidum animum eſſe dixerunt. Et hi quidẽ omnes nõ de hominis animo: hoc ẽ intellectiuo: ſed de ſenſitiuo atq; corporeo ſunt locuti. Platonis autem diſcipulus Ariſtoteles dupliciter de animo eſt locutus. Nam ubi quattuor nota illa principiorum genera complexus eſſet: ex quibus corpora inferiora oriuntur omnia: quintã quandam cenſuit eſſe naturam: ex qua ſit mens. Eam uero nominauit ἐντελέχειαν: Entelechiã: hoc eſt ꝑfectionẽ: icciſco ita appellatam: quod animatum corpus perficiat ea ui atq; uirtute: qua corpus eſt animatũ. Entelechiam uero ipſam aliud nihil eſſe uult

Margin notes: Heſiodus; Thraces; Maſſilienſes; Lycĳ; ĳ. probatio; Thales; Anaxagoras; Zeno; Plato; Ariſtoteles; ἐντελέχεια; Entelechia

ἐνέργειαν
Energia

Animi defini/tio

Eſſentia tri/plex

Plutarchus
Auerrhus

Ariſtoteles q̄ ἐνέργειαν: energian: id eſt agilitatem quādam & operationē interiorē: quæ eſt ueluti uia ac dux ad exteriorē corpo/ris actionē. Huiuſmodi em̄ ui atq; motu animi corpus animatum ad operandū impellit̃. Ipſum autē animū ita definit: Animus eſt entelechia prima corporis naturalis inſtrumētalis: qđ uitā habe/re pōt. At huiuſmodi de animo definitio nō intereſt magis homi/nis q̄ & pecudis & ſtirpis. Præterea entelechian Ariſtoteles: quæ ut dixi: perfectionē ſignificat: ꝓ ſpeciali intelligi uult eſſentia: quæ eſt in effigie. Nā eſſentia tripliciter accipit̃ apud Ariſtotelen: Vna quæ conſtat corpore quidem: ſicut animalia & ea quæ non arte fi/unt: Et hæc ꝓpterea eſſentia dicit̃: q̄m & hæc ipſa ſit & cætera quæ ſunt: eſſe faciat. Altera eſt eſſentia: qua materiā informem & rudē adhuc mente cōſyderamus: Et hæc quidem eſſentia poteſtate eſt omnia quæ fieri ex ſe poſſunt: effectu autē nihil adhuc: ut æris maſ/ſa: & ligna rudia. Tertia uero eſt eſſentia cui effectu accidens perfi/cit eam: exornatq; formæ impreſſiōe. Ex qua quidē forma quā in ſigniuit ars: id quod perfectū eſt nomē accipit: ut ſtatua quæ ex ſi/militudine formæ cuius eſt ſtatua: ſimulacrū uocat̃. Similiter in/quit homo animal certe eſt: & ē rudis materialiſq; eſſentia: & hæc ſane cōpoſita ex materia ac forma: quippe quæ ex corpore animo q; cōſtat. Eius igit̃ corpus materia eſt: animus uero forma. Et ſecū dum eam formā: hoc eſt animū: animal nomē accepit. Hanc igitur formā qua ſingula formant̃: Ariſtoteles generaliter uocat entele/chian: id eſt abſolutā perfectionē. Hac em̄ obueniente perfectione: rudia quæ antea & in ſola poteſtate fuerant: ad actū effectūq; per/ueniunt. Nā ſunt quædā: ut ipſe inquit: ſola poteſtate animalia: ut oua aut ſemina: quædam uero cū operatione & effectu: ut quæ ad hibito fotu excudunt̃ animalia: quēadmodū cognoſci ex auibus poteſt: Nā eæ ex ouis quæ fouerint: pullos excudūt. Qua ex re nō obſcure apparet entelechian non cuiuſuis corporis eſſe animū: ſed eius tm̄ qđ animi capax ſit: & ob eam rem dixit: quod uitā habere pōt. Nō em̄ quicquid eſt corpus: idē etiā uiuit. Nec tn̄ prætereūdū arbitror Ariſtotelen pro illo quinto genere aliud intellexiſſe nihil ſecundū Plutarchum: q̄ cælū ipſum. Quare cū Auerrhus ille cor/dubenſis: qui in plæroſq; eius philoſophi libros egregie eſt cōmē/tatus: colligit ex Ariſtotelis dictis: unā eſſe & eādē in omnibus mē/tem: ita id puto accipiendū: quod ita ex illa cæleſti ſpecie animus intellectiuus in cūctos homines æqualiter fuſus ſit: ut corpora ani mantiū omnia ex quattuor illis elementis ortū habēt. Hanc autē animi uim: eundem hūc eſſe immortalē uoluiſſe: patet ex ijs quæ

ab eo ſunt ſcripta in libris de animo. Ita eñ inquit: De mente aũt & ui cõtemplatiua nõdũ eſt perſpicuũ: Sed uidet eſſe aliud genus animi: Et hoc ſolũ poteſt ſeparari: quẽadmodũ id quod eſt perpetuũ: ab eo qđ corrumpi poteſt. Senſit igit Ariſtoteles tãtus ille & tam illuſtris philoſophus: q̃ ſecundũ erat animi genus: immortalem eſſe animũ: cũ oſtendit mentem quæ nobiliſſima eſt & optima pars animi: & corrumpi nõ poſſe & eſſe ſempiternã. Et mentẽ quidẽ docet eã eſſe animi partẽ atq̃ uirtutẽ: ad quã referũt quæ ſinguli ſenſus nunciant: & quæ de iĵs quæ ſentiunt iudiciũ facit: examinatq̃ cuiuſmodi ea ſint quæ ſenſibus uarie occurrũt. Hãc uero locatã eſſe in penetralibus cordis aſſerit: ubi alias quoq̃ animi ſpecies locatas dicit: imaginationẽ: memoriã: appetitũ: excurſionẽ. Et alio in loco aſſerit Ariſtoteles mentẽ aduenire extrinſecus: eãq̃ ſolam eſſe diuinã. Ita eñ ſcribit libro ſecundo de animalium generatione ad uerbum. Relinquitur ergo mentem ſolam extrinſecus aduenientem ingredi: & eandẽ ſolã eſſe diuinã. Nihil eñ cum eius agilitate habet cõmune operatio corporalis. Omnis igit uis animi uidet alius corporis eſſe particeps & eius quidẽ diuinioris q̃ illa ſunt corpora quæ uocant elementa. Nec me latet quæ ſit cõmunis philoſophorũ quorũdã noſtræ tẽpeſtatis opinio: qui ſe ſolos Ariſtotelicos haberi uolunt: etiam iĵs quæ nuſq̃ ab Ariſtotele ſcripta cogitataue ſunt: cõtendentes: iſti quidẽ animũ eſſe totũ in toto corpore: & totũ itẽ in qualibet parte corporis. Sed habeãt iſti ſibi philoſophiã: quã uolunt philoſomati potius q̃ philoſophi: mõ aut Auguſtini ſentẽtiã quã minime improbo: ubi ſcilicet intelligatur de illo toto ſolũ: quod perfectiõis eſſentiæq̃ uocat: aut ineptias ſuas Ariſtoteli nõ aſcribãt. Nam quãq̃ animi uires magis in uno loco q̃ in alio apparent: aliæ in cerebro: aliæ in iecore: aliæ in teſtibus: & aliæ in aliĵs membris pro qualitate & aptitudine corporeorum inſtrumentorum: earum tamẽ omniũ initia & quaſi radices quaſdam Ariſtoteles probat e ſede cordis emanare: quando ſucus cõcocti atq̃ confecti cibi per uenas cordis cæterũ corpus irrigat: & motus corpore⁹ qui locularis eſt: a corde ipſo initiũ ſumit. Venarũ eñ & neruorũ initiũ & ueluti quidã nodus ipſum cor eſt: ut Ariſtoteli placet. Penes cor aũt intellectiua uis agitata rationabiliterq̃ ignita ſe ibidẽ coaceruare exiſtimat: poteſtate quidẽ illic habitans: actu aũt atq̃ effectu ad corporis cõſeptũ & uiciniã commeans: Quinetiã docet Ariſtoteles in iĵs quæ de motu animaliũ cauſa reliquit ſcripta: nulla neceſſitate fieri: ut ĩ quaq̃ corporis parte ſit animus: ſed in quodã prĩcipio. Id aũt eſſe cor: antea expoſui

Ariſtoteles

Philoſomati
Auguſtinus

mus. Itaq; neq; ſecundū totū quantitatis animus eſt in qualibet corporis parte: cū animus talē totius naturā nec per ſe habere poſſit nec per accidens neq; etiā ſecundū uirtutis totū. Nō eñ ꝓ ſua ui qualibet animus eſt in qualibet corporis parte: ſed ſecūdū uim uiſiuā in oculo: & ſecūdū auditū in aure: & ſecundū alios ſenſus in alijs ſenſuarijs. Sed ut redeā ad mētis immortalitatē: ſeparari docet Ariſtoteles intellectiuū hoc animi gen⁹ ab illo quod ſenſitiuū uegetatiuūq; dicimus. Hæc eñ pars tota eſt corporis: quod quoniā conſtat ex cōcretione quattuor illorū elementorū & diſcernat & corrumpat: neceſſe eſt. Ariſtotelis autē auditor Dicæarchus &
Dicæarchus Dicæarchi cōdiſcipulus Ariſtoxenus: mihi ꝓbari nullo pacto poſ-
Ariſtoxenus ſunt: quorū alter animū eſſe dixit cōuenientiā corporis & intentionē quandā: quæ ex ipſius corporis natura figuraq; uarios motus multiplicesq; cieret. Dicæarchus uero animum uoluit aliud nihil eſſe ꝙ conuenientiā quattuor elementorum. Vterq; eñ de animo
Aſclepiades in cōmuni locuti ſunt. Hos aūt quodāmodo ſecutus Aſclepiades medicus: animū eſſe dixit cōcertationē ſenſuū. Concertationē aūt uoluit eā eſſe cōuenientiā qua ſenſus ipſi certatim ad naturæ munus uterent. Itaq; hi tres pariter animū uoluerunt eſſe corporeū.
Critolaus At Critolaus & ipſe peripateticus animū dixit cōſtare ex quinta eſſentia: hanc uero ꝓ cælo intellexiſſe nemo eſt qui ſecus ſentiat.
Hipparchus Hipparchus uero ſtagerites a doctore ſuo neceſſarioq; Ariſtotele diſſentiēs: [illegible] idq; longe deterior uoluit animum aliud nihil eſſe ꝙ
Plato ignem. Sed anteꝙ de Platone reliquiſq; platonicis uerba faciam:
Pythagoras me cōferā ad Pythagoram: qui philoſophiæ Italicæ princeps fuit: uir ſane & doctus & magnus. Verū pythagorici hunc aliqui nar-
Epicurus rando antecedāt. Et omniū primus Epicurus: qui animū eſſe dixit tēperationē ex hiſce quattuor ex qualitate ignea: ex q̄litate aerea: ex qualitate ſpiritali: & ex qualitate quarti cuiuſdā generis innominati: quod apud eū erat ſenſitiuū. Ex quo poteſt intelligi epicu-
Democritus rū de animo intellectiuo locutū omnino nihil. Democritus uero quē Epicurus in phyſicis eſt plurimum ſecut⁹: putauit animū eſſe cōcretionē igneā ex ijs atomis quæ in rōnis cōtemplationē cadūt: quæ formas q̄dē orbicularis habēt: uim aūt ignitā: quod eſſe cor-
Leucippus pus uoluit. At Leucippus huius doctor cū poſuiſſet numerū atomorū frigidarū: dixit animū eſſe tēperatū reſpiratiōis frigus. Nec
Empedocles multo meli⁹ ſenſit Agrigētinus Empedocles: qui animū eſſe affirmauit ſanguinē cordi ſuffuſum: in eodē ille errore uerſatus: quo ij qui dixerūt animū eſſe cor ipſum ex quo & miſericordiā dicimus & cōcordiam. Sed Hippon animū eſſe aquā: ob eā rem non dubi-

tauit affirmare: quod diceret ſemen genitale: nō ſanguinē eſſe ſed aquā. Critias uero nō aquā animū eſſe uoluit ſed ſanguinē: quonia uideret quod membrū ſanguinis ſit expers omnino: continuo morte intercipi. Verū eo ē Empedocles tolerabilior Critia: quod in corde principatū animi intelligendiꝙ uim cōſtituit. Inquit eñ ſanguine cordis uigere hominis intellectū: ſiquidē intimis noſtris ſenſibus ſentimus ea quæ ſunt extra nos ꝓpter cognationem: ob eamꝙ rem ita reliquit ſcriptum. Critias

Terreno terram noſtro flamaſꝙ calore
Humidaꝙ humenti ſentimus & aera flatu:
Paceꝙ tranquillū ſit litis imagine litem. Sed de his omnib⁹ uel qualia ſint: uel quātā habeāt differentiā inter ſeſe: cordis ſanguine dicebat diiudicari. Fuerūt etiā q dixerūt animū eſſe aīam: hāc aūt eſſe uoluerūt ſpiritū quo uiuimus: Nōnulli exiſtimarūt quādam cerebri cellulā: animi tenere principatū: Alij uero ſecus. Nā neꝙ cerebri partē ullā eſſe animū uoluerūt: Sed animi ſedē ac locū ij poſuerūt in corde: hi aūt in cerebro. At Pythagoras ſamius cuius nomē habitū eſt illuſtre auctoritaſꝙ ampliſſima: æternitatē animoꝝ oſtēdere conatus: animū definiuit eſſe numerū qui ſeipſum moueret. Nec eſt mirū ita Pythagorā animū definiſſe: qui tantā uim numeris dignitatēꝙ tribuerit: ut eos ante mūdi animum fuiſſe aſſereret: & cū unū nō eſſe numerū diceret ſed fontē quēdā atꝙ originē numerorū: inferebat unitatē: quæ a græcis dicit̄ μονάσ monas: oīm eſſe initiū ac finē: cū ipſa neꝙ principiū in ſe nec finē admittat. Et ita eā deducēs ad diuinā illā ſummāꝙ eſſentiā referebat: eiuſꝙ notionē aſſequētiū rerū numerō poſteritateꝙ ideo ſequeſtrabat: quod nō pluralitate nec tēporis poſteritate ſed ꝓcreatione ſeiunctam uellet: eandēꝙ unitatē ad uniuerſi mundi animū: a quo ſint animi ſinguloꝝ: ſimili rōne referre nō dubitabat. Itaꝙ hanc unitatē quā a prima rerū cauſa ortā affirmaret uſꝙ ad mūdi aīm ubiꝙ integrā ſempꝙ indiuiduā ꝑpetuam perēnemꝙ poteſtatē ſeruare Pythagoras arbitrabat̄. Et qm̄ putaret numeros eſſe rerū omniū ſubſtātias: dicebat unū qđ eſſet principiū numeri: & qđ cū ente cōuerteret̄: idē eſſe. Numerū eñ ex unitatibus cōponi: neꝙ ad ens ullā oīno acceſſionē facere ſed diuiſionē negare dūtaxat. Omne aūt ens aut ſimplex eſſe & ita diuiſionē nullā admittere neꝙ operatione neꝙ poteſtate aut eſſe cōpoſitū: & id quidē nō in diuiſione ſuarū partiū ſed in earū coniunctione habere ſuū eſſe: & ita unūqđꝙ tueri ſuum eſſe: ut ſuam tuetur unitatē. Huiuſmodi igitur humani ſubſtātiam quam æternam opinabatur: numerum eſſe definiebat

Pythagoras
Animi definitio
μονάσ
Monas

ſeipſum mouentem. Et is quidem numerū pro mente accipiebat:
quā ipſam iccirco numerū appellauit: quoniā ad harmoniā quæ
conuenientia quædā eſt: numero opus ſit. Verum etſi hic aliquid
dixit: nō multum tamē. Nā in pecudibus quoq; animus q̄diu eſt
Philolaus in corpore: ſeipſum mouet. Philolaus uero Crotoniates Pythago
Heracletus ran ſecutus: animū eſſe diſſeruit harmoniam. At Heracletus Ephe
ſius ingenio ſuo fiſus magiſq; doctoris cuiuſpiā diſciplina: quo ſe
nullo unq; uſum affirmat: duplicē eſſe animū uoluit: alterum mū
di: alterū animantiū. Ac mundi quidem animū eſſe euaporationē
ex humidis quæ in ipſo ſunt: Sed animantium animū ex ipſa fieri
euaporatione: quæ extrinſecus fit: & ex ea quæ ſimilis generis eſt
in ipſis. Itaq; mirādū nō eſt: ſi intercutis aquæ morbus fuit in cau
ſa: ut periret qui tantū humidorū euaporationi tribuerit. Quam
Alchmæon ipſam opinionē Alchmæon medicus ideq; philoſophus eadē de
Diogenes mētia eſt ſecut⁹. Diogenes uero apolloniates & Anaximenes Cre
Anaximenes tenſis: nō multo his duobus mihi ſunt uiſi prudentiores: qui rerū
principiū aeri tribuerūt: & hūc eſſe uoluerūt animū. Nā qm̄ ſecun
dū illos aer eſt elementorū omniū & tenuiſſimus & principiū: ideo
animus & cognoſcit & mouet. Qua eī principiū eſt: cognoſcit eti
am cætera: qua uero tenuiſſimus: ideo eſſe ꝓbant cōſentanee mo
Heracletus tiuū. Et qđ prætereundū nō eſt: de Heracleto: ſunt qui illū dicant
Xenophanes definiſſe animū eſſe ſcintillā ſtellaris eſſentiæ. Xenophanes quoq;
colophonius mihi incōſtantior uiſus eſt: qui animū nunc ex terra
aquaq; cōſtare: nūc ſpiritū eſſe dixerit: & utroq; tamē modo mor
Parmenides talē. Nec Xenophane mihi uiſi ſūt multo acutiores: aut Parmeni
Boethus des qui ex terra & igni: aut Boethus qui ex aere & igni animū con
Hippocrates ſtare ſunt opinati: At Hippocrates medicus animum eſſe dixit: te
Pythagoras nuem ſpiritū per corpus omne diſpſum. Sed iā ad Pythagorā no
Pherecydes ſtra reuertat̄ oratio. Is eī Pherecyde ſyrio uſus doctore: philoſo
phorū omniū primus ut tradūt quidā: æternitatē animorū aſſeue
Thales rauit: quāq; Thales mileſius ꝗ Pythagoran annis circiter cētū an
teceſſit: idem tenuiſſe oſtendit. Pythagoras igitur primus ex Itali
ca philoſophorū familia: aſſeruit animos nulli ſubiacere interitui:
nulla tn̄ ad eā rem reddita ratione: ſiue quod definitionē ſatis ex ſe
ſe firmam eſſe iudicaſſet: ſiue qđ tanta eius foret auctoritas apud
omnes: ut quæ quid ipſe dixiſſet: omni ratiōe firmius haberet. Se
Plato cutus eſt tandē Plato Socratis auditor: quē tris ꝓbare ac ſequi ſo
Socrates litū legimus: doctorē ſuū eū quē dixi: Socratē in moralibus: & He
Heracletus racletū in naturalib⁹: In ijs uero quæ ſupra naturā diuinaq; ſunt
Pythagoras Pythagoran. Is igit̄ Plato cū ad mūdi ſimilitudinē animū trifariā

diuiſiſſet: eius principatũ: hoc eſt mentẽ: quæ ratiocinaṫ: intelligit ac ſapit: in cerebro tanꝗ̃ in capitolio aliquo collocauit: quoniã ea corporis pars longius abeſt a colluuione & ſordibus: uigorẽ aũt iracundiæ atq̃ animoſitatem: quẽ græci θύμόν: thymon: appellant in corde: cupiditatẽ uero ſubter præcordia. Huiuſmodi eñ ordinẽ etiã in uniuerſo mũdo & in republica ipſa ſeruauit Plato. In ciuitate eñ & uniuerſo populo qui prudẽtia cæteris ciuibus ſapiẽtiaq̃ præſtãt: eos habitare iubet æditioris locos urbis: quiq̃ præcepta dent iubeantq̃ agenda. In medio aũt urbis tanꝗ̃ in caſtris militarem iuuẽtutẽ & rebus agendis aptam collocat: quæ exequatur & agat: quæ ſunt a præſtãtioribus cõſtituta. In extremis uero urbis eiuſdẽ locis opifices eſſe uult & uulgaris reliquoſq̃ omnis: qui aut in ſeſilli: aut in ſordida arte uerſenṫ: ut pareant pro cõuenienti quoq̃ atq̃ utili miniſterio. Eadẽ ratione ac ſimilitudine in mũdo eſt uſus: cuius ſummitatẽ ac principem qui imperat regit moderaṫ omnia: cæleſti domicilio dimetiṫ. Huic tanꝗ̃ in media regione ſubiicit Angelos atq̃ dæmones: qui agãt omnia exequãturq̃ pro imperio. In terra uero homines ſunt poſiti ut pareant: & miniſterio præſto ſint. Et ita in nobis quiddã regale eſſe uult poſitũ in ſummo quod imperat: quiddã uero qđ agat collocatũ in medio. Tertiũ aũt pubetenus & infra poſitũ: qđ regiṫ atq̃ adminiſtraṫ: & ea quidem duo appetitus ſpecies eſſe uult: quæ rationi tamẽ naturaliter pareant. Imperat igiṫ mens in capite: quæ eſt prima animi uis eaq̃ cõtemplatiua: qua intelligimus ac ſapimus. Altera uero animi uis quæ ſecũdæ eſt dignitatis: in pectore cõſtituta ut agamus: quæ iuſſa ſunt efficit. Reliqua uero inferius poſita illa uis uiribus melioribus morẽ gerit. Cenſet aũt Plato animũ meare per omnes artus totumq̃ corpus: & per ſingula membra quaſi inſtrumenta uim ſuã oſtendere & ad ipſum in ſentiendo quidem referri oĩa: quæ ſenſibus occurrant: ea uero quæ ſenſus referant: eſſe alia atq̃ alia. Definit aũt Plato animũ hiſce uerbis: Animus eſt ſubſtãtia incorporea ſeipſam mouẽs ac rationalis. Huius uero immortalitatẽ demõſtraturus ita Socratẽ in libro de pulchro: q Phædrus inſcribiṫ: differentẽ facit tali argumẽtatione: & ea quidẽ ad uerbũ. Animus oĩs immortalis eſt. Quod eñ ſemꝑ moueṫ eſt immortale: Quod aũt aliud mouet & ex alio moueṫ: cũ finem habet motionis: uitæ etiã finẽ habet. Solũ ergo quod ſeipſum mouet: ut quod ſeipſum nõ relinquit: moueri nũꝗ̃ deſinit: ſed etiam cæteris quotquot: moueñṫ: hoc fons & principiũ eſt motionis. At principii nulla eſt origo. Ex principio eñ omne ortũ neceſſario oriṫ. Ipſum ue

θύμόσ Thymos

Angeli Dæmones

Animi definitio

Phædrus

Argumẽtatio platonica

ro nullum ortũ. Nã ſi ex aliquo principiũ gignereť: principiũ eſſe
nõ poſſet. Sed quoniã nõ oriť: neceſſe eſt ut nec etiam corrumpať.
Principiũ eñ ſi perierit: neq; id ex alio unq̃ nec aliud ex illo oria-
tur. Siquidem a principio oriri oportet omnia. Ita igiť fit: ut mo-
tionis quidem principium ex eo ſit quod ipſum moueatur a ſeip-
ſo. Hoc autẽ nec interire nec naſci poteſt: uel & omne cælum natu-
raq; omnis corruat atq; conſiſtat. Quæ ipſa nunquid ex eo conſi-
ſtere rurſus poſſint: unde agitata ortum ſint habitura? Cũ igitur
perſpicuũ ſit id eſſe immortale quod moueť ex ſeipſo: quis uerebi
tur hanc ipſam eſſe animi eſſentiã & rationẽ dicere? Omne eñ cor-
pus quod exteriore agitať motu eſt inanimũ: Quod aũt interio-
re motu ſuoq; agitatur: animatũ eſt: hæc eñ eſt propria animi na-
ra. Quod ſi hoc ita habet: aliud nihil eſſe põt qđ ipſũ a ſeipſo mo-
ueatur q̃ animũ: neceſſario fit ut animus neq; naſcať neq; moria-
Plato — tur. Quæ ſubtiliſſime certe Plato: & q̃ pulcherrime immortalitatem
animi argumentando cõcluſit: modo nõ ita principium queadmo
dũ finem ſuſtuliſſet. Nam etſi animi nõ naſcuntur: creantur hi ta-
men ſimulq; ab illo infunduntur in hominũ corpora: ab quo ſunt
omnia ex eo creata: quod antea non fuiſſet: & eodem quidem tem-
poris puncto & creanť & infunduntur. Nec eñ cũ illis ſentio quo-
lunt aĩos noſtros ſimul omnis creatos eſſe: Nec itẽ cũ illis: q aſſe-
runt ita hominum animos ab animo ut corpora ab Adæ corpore
Xenocrates — manare. Xenocrates uero aliud dicere nihil uiſus eſt: q̃ quod do-
ctor eius Plato ſenſiſſet. Nam cum ait animũ eſſe numerum: cuius
uis ex natura ſit maxima: nihil plus addidit: q̃ omnem illam ſeip-
ſam mouentem uim ab ipſo deo manare: id quod etiam Platonẽ
Arceſilaus — uoluiſſe ex eius ſcriptis deprehendi poteſt. Arceſilaus uero ut fuit
mediæ auctor academiæ: ita etiam a Platone ſuperioribuſq; pla-
tonicis diſſentiens: eadem ratione animum eſſe putauit ſanguinẽ:
iHppon — qua & Hippon & Empedocles: nõ quæ mentis uis foret ſecum ip-
Empedocles — ſe cõſiderans: ſed omnia ad ſenſum referens: qui cum totus ſit cor
Heraclides — poris: interit etiam una cum corpore. Nec prætereundus eſt Hera-
clides ponticus: qui animum dixit eſſe lucem: principatum is ui-
Plato — delicet igni tribuens. Sed redeamus ad Platonem. Hic nõ tam ani
mi nobis qui creatus eſſet: immortalitatem oſtendit q̃ eã æterni-
tatem cuius etiam principium nullum eſt: firmiſſima argumenta-
Speuſippus — tione demonſtrauit. Quã ratiocinandi uim & Speuſippus ac reli-
qui fere omnes qui a Platone fluxere: maiorem immodũ approba
Ariſtoteles — uerunt ſuntq; ſecuti. Vnus Ariſtoteles eſt inuentus: qui a doctore
ſuo quem annis uiginti audiuerat: diſſentire ſit auſus: argutia po-

tius uſus q̄ ueritate. Quod ſi maluiſſet uirum ſe gratū & iuſtum exiſtimari q̄ æqu æ uerſutum ac doctum: nunq̄ ab eo quod non minus probat: q̄ acutiſſime norat: declinaſſet itinere. Sed ita ſunt hominum ingenia gloriæ cupiditate plærumq; accēſa: ut neq; pen ſi uelint: nec ueritatis habere rationem. Nec tamē ſtoici prætereun di ſunt: qui auctore Antiſthene Socratis diſcipulo nomē inter phi loſophos habent: honorificum plæriq; horum ex natura ignea cō ſtare animum putauerūt: Qui conſentientes Empedocli: eius prin cipalem partem locauerūt in corde: nec eam tamē ſanguinem eſſe noluerunt. Siquidem ſanguis cum corpore ſimul naſcitur. At Ze no Citieus Thebani Cratetis auditor: opinatus eſt animum eſſe ſpiritum: ex eo nactus rationem: quod ſpiritu recedente a corpore animal moreretur. Itaq; dicebat hoc ſane eſt animal: Sed natura lis ſpiritus dum recedit moritur animal. Quo fit: ut naturalis ſpi ritus anim⁹ ſit. Chryſippus uero Stoicorum omniū ultimus ideq; eius ſectæ eruditiſſimus: & in ſcribendo non minus copioſus q̄ ac curatus: dicebat una eademq; re nos ſpirare & uiuere. Sed quoniā naturali ſpiritu ſpiraremus: eodem etiā nos uiuere ſpiritu. Et quia nos animo uiueremus: hinc concludere nitebatur animū nihil ali ud eſſe q̄ naturalem ſpiritū. Animum uero ipſum in partes octo diuidebat. Conſtare enim hunc aſſerebat ea ui quæ imperat & ſen ſibus quinq; tum uocali ſubſtantia: præterea ſerendi gignendiq; uirtute. Partes autē animi a cordis ſede tanq̄ a fontis origine ma nare: & per uniuerſum diffundi corpus uitaliq; ſpiritu ſingillatim membra complere omnia: & ea regere atq; moderari arbitrabāt innumerabilibus diuerſis uirtutibus alendo: adolendo: mouēdo: localibus motionibus inſtruendo: ſenſibus compellendo ad ope randum totumq; animū ſenſus qui ſunt eius officia ueluti ramos ex illa principali parte tanq̄ trabe futuros: eorum quæ ſentiuntur nūcios pandere. Ipſum uero de ijs quæ nūciauerint: iudicare tāq̄ regem. Et ut ſinguli quidem ſenſus unum quiddam ſentiunt idq; ad præſens tempus. Nam neq; præteritum quicq̄ meminere: nec futurū ſuſpicantur quicquā: ita intimæ cōſultationis deliberatio niſi ꝓprium eſſe Chryſippus uult: tum cuiuſq; ſenſus paſſionem intelligere: & ex his quæ nunciant: colligere quid ea res ſit: tum ac cipere præſentia: meminiſſe præterita: prouidere futura. Additq; muta etiā animalia habere uim animæ principalē: ſed eā dūtaxat qua cibos diſcernāt: imaginēt: inſidias declinēt: prærupta præci pitiaq; proſiliant: & locos ſibi tutioris quæritent: ac neceſſitudinē

Stoici
Antiſthenes
Socrates
Zeno
Crates
Chryſippus

recognoſcant: multaqꝫ ſibi parent quæ ad ſalutẽ expediũt: ſed hãc uim ſecundũ naturã eſſe dicit: nõ ſecundũ eam mẽtis rationẽ qua ex omnibus animantibus homo utit̃ ſolus. Adducitqꝫ ſimilitudinem uir eruditiſſimus nõ ineptam. Ait eñ: Queadmodũ Arachnea in medio caſſis ſedens omnia filorũ exordia tenet pedibus: ut cũ ex beſtiolis quid ex quacunqꝫ parte plagas inciderit: de proximo ipſa ſentiat: ſic principalis uis animi poſita in media cordis ſede ſenſuum exordia retinet: ut cũ quid nunciabunt de proximo recognoſcat. Et uocem quoqꝫ Chryſippus uult e gremio cordis mitti: quæ ubi tandem a lingua cæteriſqꝫ dictionis inſtrumentis formata fuerit: ſonos articulatos ædere qui ſermonis ſunt elementa: quo quidem ueluti interpretet̃: ipſius mentis arcani motus aperiantur. Et id uocant animi principale. Quare cũ ſpiritum animum eſſe dicit: cũ ſane corpus dicit: ideoqꝫ eundẽ pati quẽ corpus interitum. Siue aũt ſimul cũ corpore eiuſmodi animus intereat: ſeu nõ multo poſt ad rem nihil quãqꝫ nõ intelligo: quid nõ pereat ſimul cũ corpore: cũ idem ſit etiã corpus. At Poſſidonius cũ animũ diceret eſſe corporis formã aliquid dicere uidebat̃: ſed nõ multum: cũ eam ſubijceret interitui. Nos uero alia ratione & ab ijs qui ſibi animũ cum pecudibus cõmunem eſſe uoluerunt: & a Platone & cæteris qui hominis animũ deo æqualẽ ſtatuerũt: non iniuria diſſentimus. Credimus eñ & affirmare indubitato audemus ita animũ eſſe in corpore humano: ut deum in mundo. Nam ut deus qui nullo tangit̃ motu: omnia actu mouet cũ ipſe neqꝫ per ſe neqꝫ per accidens moueat̃: eodem modo cũ animus immobilis ipſe ſua natura ſit: corpus tamen mouet: Mouet̃ eñ per accidens animus cũ mouet̃. Nã ut cæteris in rebus omnibus deo eſt animus: ita uirtus animi quæ mouet̃: inferior eſt dei uirtute quæ mouet oĩa. Sed iam ad firmioris nos rationes & chriſtianas & noſtras ꝓpius acceſſuri quibus animi immortalitas dilucide appareat: quid animus ipſe ſit: noſtro quaſi marte definiamus: atqꝫ tueamur nõ tam fortaſſe ſubtiliter qꝫ recte ac religioſe. Id uero facillimum factu fuerit: ſi prius oſtenderimus nõ ſimpliciter dici animũ: cũ eius nomẽ latius pateat. Nam quæcũqꝫ dicimus uiuere: ijs animũ damus. Quare cũ & herbæ ſtirpeſqꝫ omnes uiuãt: hæc oĩa minime carẽt animo: eo ſcilicet quo alunt̃ & adoleſcunt: Et in pecoribus & iumentis ineſt animus idem qui in herbis & in arboribus ac præterea qui dicit̃ ſenſitiuus: Sed in his neqꝫ intelligentiã nec perfectam rõnẽ ineſſe uolumus. Itaqꝫ animus omni perfectionis numero abſolutus in homine eſt ſolo. Hunc ergo ita definiamus: Animus eſt creata ſubſtãtia

Poſſidonius. Plato. Animi definitio

ſpiritalis ſimplex ratiōis intellectuſq; particeps: quæ ſeipſam mo/ uēs naturale inſtrumētaleq; corpus tādiu afficit ea ui: quæ & uita lis eſt: & ſenſibilia admittit: quoad eorū natura capax elementalē cōuenietiā ſeruat. Hic mihi humanus uideť animus: quē ſiquis ignorat quonā pacto: quo Delphico præcepto admouemur: ſeip/ ſum cognoſcat nō intelligo. Huiuſmodi aūt animū neq; corrumpi nec aliud quicq; pati poſſe: quo a ſeipſo diſcedat: cū diſceſſum facit a corpore nullus mihi uideť labore ſuſtinere audacterq; defende/ re. Nā ut a facilioribus rem ꝓbare aggrediar: animus corpori ap/ plicatus nequaq; eſt: ut Platoni placet. Id eñ ſi eſſet: nō unū qddā eſſe animus poſſet: ſed multa ꝑmixta. Nec eñ iccirco uitā ſuſcipit corpus: qđ ei animus applicetť: ſed qm̄ per oēs eius partes diffun/ dať. Quid aūt aut ꝑmixtionē aut cōcretionē afferā: cū nullum cor pus queat aliud corpus uſq;quaq; penetrare: Quare ſi neq; corpꝰ neq; corporeū quicq; penetrat: animū corpore carere quis negetť Atqui omne corpus aut interiore agitať: aut exteriore motu. Sed quæ exteriore utūť motu in anima ſunt: quæ aūt interiore anima/ ta. Quod ſi animus eſſet corpus: aut animo aliunde ſumpto ute/ reť: aut ui animi careret. Sed cū utrūq; horū abſurdū ſit: relinquiť animū eſſe incorporeū. Præterea ſi animus eſſet corpus: ſequereť corpori ſociari corpus: At ea ſocietas uel ex applicatione fiat neceſ ſe eſt: uel ex ꝑmixtione uel ex cōcretione. Sed ex applicatione ani/ mi qui ſolus dat uitā corpori: ſocietas ea fieri pōt: cū applicatꝰ ani/ mꝰ ſi ſit: ad corpus intimū nō ꝑmanat: Nihil eñ penetrat applica/ tū. Itaq; animus & corpus applicatione ſociari nō poſſunt: ſed nec etiā ꝑmixtione. Nō eñ animꝰ eſſet unū quiddā ſed ꝑmixta multa. Num fortaſſis cōcretione ſocietas ea fiatť Si ita foret: duo ꝑ ſe cor/ pora inuicē tranſirent: & locus unus quo corpus cōtineť: duorum corporū capax eſſet: qđ fieri certe nō pōt. Quare cū neq; ex appli/ catione neq; ꝑmixtione neq; cōcretione corpus & animꝰ ſocianť: patet animū eſſe incorporeū. Et qm̄ ſua quadā ui naturaq; cōſiſtit eundē etiā immortalē. Moueť eñ ipſe ex ſeſe: & mouet corpus: nō moueť a corpore. Nec a corpore quicq; recipit ſecūdum eſſe & ſub/ ſtātiā ſuā: ſed uitā dat corpori: & ut ſentiat efficit. Idq; ſemꝑ dum adeſt: habitatq; in corpore. Cū ſe uero ſecreuerit a corpore: hoc ſa/ ne eiꝰ diſceſſu interit. Ille aūt quia indiſſolubilis & immortalis cre/ atus eſt atq; ſempiternus: ꝑ ſeſe cōſiſtit: & eo melius habet: qđ ſer/ uitute ueluti quadā corporis cateniſq; liberatꝰ: ſua natura ſuoq; bono fruiť: cū iam ei nihil eſſe poteſt impedimento: quo minꝰ acu/ tius ac ꝑfectius & intelligat & ſapiat: omnēq; iam ꝓſpiciēs diuinæ

Plato

eſſentiæ ueritatẽ: ſua beatitudine ſit contentus. Itaq; ut in cæteris
animãtibus mors eſt interitus: quo anim⁹ ſimul cũ corpore & diſſi
pat̃ & perit: Quoniã nihil in ijs eſt eo ſenſu perfectius: qui ſine cor
poris uita eſſe nõ poteſt: ita in homine eſt animi a corpore ſepara-
tio: quæ ubi contigit leuis ille atq; incorruptus euolat altius: nuſ-
quãq; retardat̃: donec in illius conſpectum peruenerit: cuius ima-
ginẽ ac ſimilitudinẽ præ ſe fert: & tum demũ omni labore omniq;
tædio peregrinationis huius mundanæ uacuus: ſecurus tranquil-
Epicurus luſq; quieſcit. Nam quid aut Epicuro aut Heradeto alijſq; iſtiuſ-
Heradetus modi in mentem uenerit: neſcio: qui ſimul cum ſenſu corporis pe-
rire intellectiuum animũ putauere. Nam id fortaſſis opinati ſunt:
quoniã animũ corpore ſolutũ corporeis oculis uidere nõ poſſent:
quaſi non illum eadem ipſa & cogitatione complecti & ratione cõ
ſequi poſſimus qua deum datur: quẽ & ſi corporis oculis non ui-
deremus: ratione tamẽ atq; intelligentia perſpicue comprehendi-
mus. An ignoramus mentem ac ſenſum differre inter ſe plurimũ?
Senſus enim a ſenſibilitatis nimietate corrumpit̃: ut de his legit̃:
Catadupi qui ſedent a Catadupos: ob eamq; rem debilius ſenſibile a ſenſu
ipſo minus ſentitur: ut in tubicinibus tibicinibuſq; nõnullis: & in
ijs qui aut fiſtulis aut tympanis crebrius utũtur: perſæpe animad
uerti: Redduntur enim auditu imbecilliore adeo ut quæ uoce ſunt
debiliore minus audiant. Idemq; accidere illis ſolet: qui oculorũ
intutum aut in ſolis radios aut in altiorem niuẽ fixius intenderint:
Nam uidendi aciem aut hebetant: aut etiam amittunt. De mente
autem ſecus accidit: quæ poſteaꝗ̃ intellectu attigerit intelligibilia
illa cæleſtia ac ſumma: longe facilius ac melius intelligibilia quæ
ſunt inferiora mundanaq; intelligit. Quare ſi mens magis operan
do nõ frangitur: nec etiam quo minus ſit: corrumpatur. Præterea
rerum earum quæ ſunt inter ſe contrariæ: contrariã eſſe rationem
puto mihi conceſſum iri ab omnibus. Si quicquid eſt concretum:
diſcretionem patitur: & diſſolutionem omne cõpoſitum: animus
certe qui neq; compoſitus eſt neq; cõcretus: nec diſcerni poteſt nec
diſſolui. Nã ſi quod materia uacat: corruptioni non ſubiacet: quo-
modo animus quem ſimplicem eſſe ſubſtantiam definiuimus: cor
rumpi queat? Et cum uideamus in natura quaſdam formas a ma
Angeli teria ſeparatas omnino: ut angelos ac dæmones: quaſdam autem
Dæmones omnino inſitas atq; immerſas: ut naturales formas ex materiæ ui
abſtractas: nonne formæ quedam tertiæ ueluti mediæ dandæ ſunt
ad ipſius totius perfectionem: quæ a materia ſcilicet manantes ſe-
cundum illud eſſe quod inferius nominat̃: ut eæ manant formæ:

quæ a materia ſunt deductæ: quæ manātes in quā a materia ſeparari ab ipſa poſſint ſecūdū ſuum eſſe ſuperius quēadmodum ſunt formæ ſeparatæ omnino? Sed huiuſmodi certe ſunt animi noſtri: qui quo ad uires ſenſitiuas manāt a materia: ſed quo ad uires intellectiuas ſeparari poſſunt. Hinc fit: ut quantū ad mentalem attinet uirtutem: æque hi atq; angeli & dæmones nullum interitū patiant̄. Inſuper ignorandum ne ſit: quod ſimplex eſt: id a ſeipſo ſeparari nō poſſe. Sed animus cum ſit ſimplex: quo pacto ſeparetur a ſeipſo? Itaq; neq; a ſuo ipſius eſſe: Nec em̄ per aliam quandā formam q̄ per propriā ac ſuā animo eſt ſuum eſſe quod dicit̄. Nā de concreto & compoſito ſecus eſt. Id em̄ habet eſſe per formā: quæ poteſt a materia ſeparari: & ita etiā corrumpi. Ad hæc: nihil corrūpitur niſi aut per id quod ſibi contrarium habet: aut ob alicuius defectū rei: quæ ſit ad eius eſſe neceſſaria: Sed huiuſmodi animis nihil habet contrarium: neq; ad ꝓpriū eius eſſe corpus eſt neceſſariū: cum ſiue in corpore ſit: ſiue extra corpus: animus ipſe per ſeſe cōſiſtit. Ex quo ſatis patet animū nō corrumpi corruptione corporis. Neq; re alia differet ulla: q̄ quod dum eſt in corpore: ſe corpori animus cōmunem facit: dum abeſt a corpore nō facit. Rurſus ſi fieri nullo pacto poteſt: ut fruſtra ſit naturalis appetitus: cū q; homo natura appetit ſemper eſſe: & eſſe id dicamus ad quod fertur omniū appetitus: & nos ipſum eſſe mente concipiamus non ſolum ut præſens pecudum more ſed ſimpliciter potius. An eſt obſcurū hominē qui ſit corpore mortalis: cōſequi perpetuitatē ſecūdū animū quo eſſe abſolute & ſecundum omne tempus apprehēdit? Atqui ſi anim⁹ ſimul cū corpore interiret: nemo ſe morti obijceret. Neq; aliud quicq; duceret uita charius. Nū Mutius ille qui poſtea Scæuola eſt cognominatus: habuit corporis potius q̄ animi rationē: cum ſolus intra tot hoſtiū milia Porſennā eſt adortus moriturus: cum foculo manū tanq; imprudentiæ ream exurēdam impoſuit? Nam Zeno Eleates quanti corporis ſalutē fecerit: Phalaris teſtis eſt: cuius ſæuitiam & truculentiam metu mortis pluris duxiſſet q̄ animi dignitatem: nunq; facinus illud tam præclarum eſſet adortus: quo & Phalarim interemit: & ſe iam pene interemptum reuocauit ad uiuos? Quid. L. Brutum memorem: qui ut Arūtem Tarquinij regis filium interimeret: uitæ ſuæ non pepercit? Eadem fuit ratio Leonyde ad Thermophylas: eadem Epamynondæ apud Leuctra: eadem. M. Marcelli fortiſſimi gentilis illius tui: cum ab Annibabe quem nuper omnium primus Romanorum imperatorum in fugam uerterat: inſidijs eſt circumuentus. Nam ſi corporis

Mutius ſcæuola

Zeno

Phalaris

L. Brutus

Tarquinius

Leonydas

Thermophyle

Epamynōdaſ

Leuctra

M. Marcellus

Annibal

ſaluti maluiſſet: q̄ animi magnitudini decoroq; conſulere: ſe ho‑ſti fuga facile abſtuliſſet. Certe ſi animus una interiret cū corpore: nunq̄ eſſet ullus inuētus qui nō ſe omni ope atq; opera ab omni mortis diſcrimine abduxiſſet. At uidemus & p̄ multos & magnos uiros: qui ſe alij ꝓ patria alij ꝓ deo deuouerūt. Nō ſolū uniuerſa Romana legio atrociſſimis impij Maximiani Cæſaris ſatellitibus trucidandā ſe præbuit: ſed maximi quoq; ornatiſſimiq; exercitus idē ſæpenumero fecerūt: faciūtq; quotidie. Nec em̄ dubitāt corp⁹ qđ ſua natura mortale eſt: morti exponere: quo animū immorta‑lē per egregia uirtutis pietatiſq; facinora liberēt periculo atq; miſe‑ria huius uitæ. Et nos adeo noſtri obliti ſumus: ut noſtrorū obitū nō ſecus lugeam⁹: q̄ ſi animi ſimul cū corporibus ſint ſepulti: tan‑quā animo qui eſt hūani corporis forma: grauius accidere quicq̄ poſſit: quo corruptus intereat. Tripliciter em̄ forma corrūpi pōt: Aut p̄ actionē cōtrarij: ut calor p̄ frigoris actionē: Aut per ſubiecti uitiū: ut oculus ſi perierit: pereat etiā uis uiſiua neceſſe eſt: Aut per cauſæ defectū: ut ſi præſentia ſolis defuerit: deeſt etiā lumen aeris. Sed animus noſter nihil hmōi pati poteſt. Nam quo pacto p̄ acti‑onē cōtrarij corrūpat̄: cū per eam mentē quā Ariſtoteles uocat ſe‑cundum Δύναμιν: dynamin: hoc eſt uim atq; poteſtatē poſſit & cognoſcere & recipere cōtraria oīa? Cuius aūt ſubiecti corruptio‑ni ſubiaceat qui nō a corpore manat ſecūdum ſuū eſſe: ſed ab ipſo deo creatus eſt? Defectus uero cauſæ qui poſſit ullus accidere cū eius cauſa quæ alia nulla eſt q̄ deus: & immortalis ſit & incom‑mutabilis & æterna? Quem præterea mihi afferes uel mediocriter doctū qui minus cōfiteat̄ quicq̄d eſt intelligibile ideo eſſe & diu‑turnius & firmius: quod ſenſibile eſſe dicimus: ſed qđ ſenſibilius in rebus eſt: ſicuti materia prima corrūpi non poteſt quo ad ſuam ſubſtātiā? Hinc fit: ut longe etiā minus ea mens quæ eſt ſecūdū po‑teſtatem corrumpi poſſit: Formarū em̄ intelligibiliū capax eſt. Itē quod agit: eſt eo quo patiatur multo perfectius atq; precioſius. Mens eſt autem huiuſmodi ea quæ ſecundū agilitatem operatio‑neq; dicitur. Hæc enim facit: ut actu ea intelligatur: quæ corrum‑pi nō poſſunt. Sed huiuſmodi mens eſt quædam animi noſtri uis quæ neq; ſeparari neq; miſceri nec pati pōt: & ꝓpterea īmortalis. An illud etiā fortaſſis ambigam⁹: q̄cq̄d ex ſeipſo moueat̄ & opera‑do & agēdo: alteri applicari non poſſe? Nā ſi alteri applicaret̄ ſecū‑dū eſſe & eſſentiā: tunc operādi agendiq; cauſæ operationib⁹ atq; actionibus æqualiter reſpōderēt. Quod ſi ita ſit cōiunctū: oēs in‑ternæ operationes externæq; actiōes ſint ipſius cōiūcti: neceſſe eſt.

Maximianus Cæſar

Ariſtoteles Δύναμιν Dynamin

Quo fit:ut cauſæ quoq; ſint eiuſdem cõiuncti:nec illud ſit quicq̃d ex ſeipſo mouet̃ ad operandũ & agendum. Itaq; huiuſmodi conſequens eſt tollendum. Nam quod ſeipſum mouet ad operationes actioneſq; ſuas nõ applicat̃ alteri : Animus uero intellectiuus ita ſeipſum mouet ad interioris exterioriſq; act⁹ : ut ad hos nullo naturæ impulſu agitetur. Id quod in his quoq; artibus cognoſci poteſt: cæteriſq; reb⁹ quæ principiũ capiũt ab actiuo ratiocinatiuoq; intellectu: Itaq; ſecũdũ eſſe & eſſentiã nõ applicat̃ corpori. Quod cũ ita ſit: patet animum interitu eius interire nõ poſſe: cui ſecundũ eſſe & eſſentiã nõ applicat̃. Nũquid etiã ſimus neſcij: id cuius operatio & materiã excellit & corpus: corruptione corporis nõ corrũpi? Nec eñ operatio excellentior eſt ea ſubſtãtia cuius ipſa eſt. Cũ igitur intellectiui animi oꝑatio ſit hmõi : intelligit eñ uniuerſale: is ne una cũ interitu corporis interibit? Qui uero putãt animũ eſſe corporis uirtutẽ: magno in errore uerſant̃. Videmus eñ uirtutum inſtrumentalium operationis poſt annos quinq; & quadraginta in humanis corporibus fere omnibus frãgi & debilitari ſolere. At illo ætatis flexu & ſapientia augeſcimus: & ad ſciendum reddimur acriore ui quadã mentis longe præſtantiores. Quod ſi animus ille noſter corporis uirtus eſſet: ea dumtaxat intelligeret quæ corporis ſunt. Nam cuiuſcunq; aliqd capax eſt: ꝓ ſua natura eſt capax: Sed mens cũ ſpiritalia ſimpliciaq; intelligat: corporis uirtus certe eſſe non poteſt. Ad poſtremum ne uideamur q̃ oportet argumentando longiores: quicquid ꝓ una eadẽq; formæ ratione eſt imago & ſimilitudo ſeparatæ illius atq; diuinæ mentis: nõ manat a corpore ſecũdum eſſe & poteſtatem. Nam ſi ita manaret: cum quicquid formæ alicuius capax eſt: eius pro ui propria ſuaq; eſt capax: & ita eam ſibi formã pro corporis materiæq; natura impræſſam reciperet: quæ quidẽ in eo eſſet uel tanq̃ forma corporea: uel queadmodũ forma quæ & in corpore & pro corporis cõuenientia nõ ui propria operatur: qua quidem abſurditate nihil abſurdius. Nam qđ mentis diuinæ imago ſimilitudoq; eſt: ſua ui ſuaq; natura ita mouetur ad operandũ in corpore humano: ut illã uniuerſo in mũdo operari & dicimus & certo credimus. Itaq; neceſſario fit: ut quicquid ſecundũ eandẽq; formæ rationẽ eſt imago & ſimilitudo diuinæ mẽtis: quæ ut habet̃ in Eçechiele: ſignaculũ ẽ ſimilitudinis: id Eçech. xxviij. a corpore ſecũdũ eſſe & operationẽ & poteſtatẽ manare nullo pacto queat. Sed forma huiuſmodi ſeparatæ mẽtis cũ & omni in loco ſemperq; ſit: ſiquis ambigat eadem hãc ratione recipi in animũ intellectiuũ: is ab omni ſe ratione alienum fateat̃: oportet. Quod

cũ ita ſit: quid ueremur audacter uerocꝙ affirmare huiuſmodi aniſ mũ nec manare a corpore: nec fieri ullo modo poſſe: ut intereunte corpore ipſe intereat? Nihil inquã habet anim⁹ noſter in ſe mixtũ: nihil cõcretũ: nihil corporeũ: nihil externũ: ſed ſua quadã natura conſtat ſuacꝙ ui: qua ſentit: qua ſapit: qua uiuit ac uiget: qua toſ tus eſt dei ſimillim⁹: quo fit ut necꝙ diſſolui queat: nec ſecerni nec deleri: ſed immortalis ſit potius planecꝙ ſempiternus. Quid ergo dolemus Iacobe Antoni Marcelle nobis ereptos filios? Quid tam diu collachrymamur? Quid querimur? Diruperunt illi tandem: diruperũt: atcꝙ leues puricꝙ peruaſerũt nebuloſum: hoc eſt caligiſ noſum cælũ: eocꝙ ſunt euecti: ubi nulli uẽtorũ flatus: nulli imbres: nullæ ſunt tẽpeſtates: ubi nullus rigor: nullus æſtus: nulla mutabi litas ſed tranquilla omnia ſerenacꝙ ſunt ac plena gaudij ineffabiſ lis. Itacꝙ redi aliquãdo ad teipſum colligere: recreare: agnoſce qui ſis quãtuſcꝙ ciuis. An unus fortaſſe tu inter patricios Venetos ſis inuentus: qui diuinæ iuſticiæ diffidere uelle exiſtimeris? Hæc eñ Venetis uobis laus eſt ueluti peculiaris: qđ mortaliũ oĩm primi iu ſticiã colitis atcꝙ ueneramini. Num Veneti iuſti ſint: deus uero inſ

**Tertia ꝓbatio** iuſtus? Nã hoc erat tertiũ qđ mihi dicendũ modo ꝓpoſueram: cũ animorũ immortalitatẽ oſtẽſurũ me ſum pollicitus. Quæ iam ꝓſ bata qm̃ nobis eſt non minus firmiſſimis rõnibus q̃ incorrupta quadã natura lege: reliquũ eſt: ut idẽ a diuina iuſticia muniamus: ac ueluti roboremus qđ certe facillimũ factu eſt. Præſtantiſſima quidẽ inter uirtutes: & eadẽ ſplẽdidiſſima optimacꝙ uirtus a uiris ſapientibus iuſticia iudicat̃. Nã necꝙ domus necꝙ reſpublica necꝙ ipſum hoĩm genus uacare iuſticia ullo pacto queat. Qui cælũ ipſ ſum omniſcꝙ natura cõcidat: eſt neceſſe: ubi iuſticia ſit medio ſubla ta: Si ſolus deus eſt uirtus: & omni uirtute præſtantior: ſolus certe deus eſt & iuſt⁹ & toti⁹ iuſticiæ fons atcꝙ origo. Hic eſt ille: de quo

**Eſaias** ſcriptũ eſt apud Eſaiam: Meæ ſunt iuſticiæ & imperiũ. Itacꝙ nõ abſ
**Oſee** ſurde in Oſee legit̃. Recte uiæ domini & iuſti habitabũt in eis. De
**Dauid** hoc ipſo etiã Dauid inquit: Iuſticia eſt plena dextera tua. Quod ſi tanta eſt iuſticia dei & tam abundãs: ſi tanta eſt eius imperij poteſ
**Matthæus** ſtas: dubitandũ ne ſit eũ qđ eſt apud Matthæũ apoſtolũ: cuiq; ſeſ
**Aurelius Auguſtinus** cundũ opera ſua redditurũ? Nã ſi ſecundũ Aureliũ Auguſtinũ pla cuit diuinæ ꝓuidentiæ præparare in poſterũ bona iuſtis: quibus nõ fruent̃ iniuſti: & mala impijs: quib⁹ nõ excruciabunt̃ boni: ſaſ tis nobis argumento eſſe debet animos noſtros eſſe immortalis. Videm⁹ eñ quotidie: quãta in his rebus cõfuſio ſit: quæ orbi luſ nari ſubiectæ ſunt. Qui eñ in huius ſæculi cõmodis ordo eſt: uel

quæ potius nõ abuſio? Qui omni ſunt ſeruitute inferiores: impe-
rant uiris bonis atq̧ dominant̃. Honorant̃ impij: contẽnunt̃ pij.
Qui doctrina ualent & grauitate: ridiculo ſunt. Aſſentatores indo
cti habent̃ in precio. Flagitioſi ac neq̃ & opibus ab...dãt & gloria:
Viri frugi ac præſtantes & mendici ſunt & obſcuri. Nulli ꝓbitati:
nulli eruditioni eſt locus. Leuitatis omnia & ſtulticiæ plena ſunt.
Quã rerũ abſurditatẽ Abacuc ueluti admirãs inquit: Quare reſpi
cis contẽptores: & taces: cõculcante impio iuſtiorẽ ſe? Et quod ui-
demus quotidie uſu fieri: affligunt̃ uiri iuſti ab impijs: & ad mor-
tẽ uſq̧ per oẽm uitæ curſum acerbiſſime cruciant̃. Qui aũt uim: q̃
iniuriam: qui cõtumeliã inferũt: nõ modo pœnã ſubeunt: nullã ꝓ
ſceleris magnitudine: ſed in delitijs potius & uoluptate uiuũt: Sar
danapoli uitã: nõ exitũ aſſecuti. Quod ſi uera ſunt: quæ ſcripta le-
gimus: Nullũ malũ impunitum: & nullum bonũ irrenumeratũ:
cũ perſepe improbi nullã ꝑpetrati facinoris in hac uita pœnã reci-
piunt: nec præmiũ probi: ubi eſſet dei iuſticia ſi animi ſi[...]l cũ cor-
poribus interrirẽt? Num fortaſſe Diagoran illum meliũ[...]nalimus
q̃ ueritatẽ ſequi? Diagoras eñ melius: cũ accuſaſſet eu[...] ab quo
liber quẽ ipſe cõpoſuerat: ſurreptus eſſet: idq̧ ille a ſe factum peie-
raſſet: deinde libro perinde ædito ac ſuo magnum ex ea re ſibi no
men atq̧ gloriã peperiſſet: Diagoras quia impune adoleſcentẽ in
tãto ſucceſſu fortunæ peieraſſe uideret: deũ eſſe homo ſtultiſſim⁹
negauit. Neſciebat eñ aliã eſſe dei: aliã hoĩm cõſuetudinẽ. Permit
tit q̃nq̧ deus affligi bonos: quo uel magis exercitati meliores fiãt
uel merita meritis cumulãtes maiora ſint præmia habituri: uel ob
aliã reconditã cauſam hoĩbus nobis incognitã illi notã. Itaq̧ re-
cte in libro ſapientiæ ſcriptũ eſt: Nec eñ eſt alius deus q̃ tu. Tibi
cura eſt de omnib⁹: ut oſtendas qm̃ nõ iniuſte iudicas iudicium.
Neq̧ eñ rex neq̧ tyrannus in conſpectu tuo inquiret de his quos
perdidiſti. Cum ergo ſis iuſtus: iuſte omnia diſponis: ipſum quoq̧
qui non debet puniri: condemnas: & exterum exiſtimas a tua uir-
tute. Et paulopoſt: Tu autem dominator uirtutis in tranquillita
te iudicas: & cum magna reuerentia diſponis nos. Quis eſt præ-
terea ita ab omni ratione ſenſuq̧ abhorrens: ut quod ab homini-
bus nõ negligitur: id ab deo neglectum putet? Si nos eorum quos
genuerimus: diligentiſſimam curam gerimus: nũ arbitremur deũ
nullam rerum humanarum: nullam horum quos ipſe creauerit
curam gerere? Faciamus ne deum omnino ocioſum: & ſecundum
Epicurum prouidẽtiam eius tollamus omnem? At audiatur Ec-
cleſiaſtes: Ne dicas coram angelo non eſt prouidentia: ne forſan

Abacuc

Diagoras me
lius

Sap. xij.

Vbi ſupra

deus iratus ſuper ſermones tuos: diſſipet cūcta opera manuū tua-
rum. Quapropter cū deus gubernet omnia ꝓuidētia: & cū iuſtus
Hieremias ſit dominus: ſecundum Hieremiā: ſatis nobis ꝓbari debet eos om
nis qui in hac uita receperint: fore ut in altera uita poſt interitū cor
poris quiſq; pro meritis ſuis aut præmiū recipiant aut pœnā. Sed
cū corpus ab animo ſeparatū quoniā nihil ſentiat: nihil etiā pati
poſſit: an diffidimus quin id totū quicquid eſt uel optandum uel
formidandum: animo ipſi primū: deinde poſt reſurrectionē & ani-
mo ſimul cumulatiore quadam menſura debeat̃ & corpori? Qua
ex re patet uel pro diuina iuſticia hominū animos eſſe immorta-
Cōclusio per enūeratione̅ lis. Cum igit̃ iam ſatis oſtenſum ſit: nullā eſſe neq; neceſſariā neq;
honeſtā cauſam tam diuturni ac tam uæhementis doloris tui: q̃d
filium uideas teterrimo ac triſti corporis carcere mortis beneficio
liberatū: cū morti quæcunq; in mundo ſunt: debeant̃ omnia: eāq;
intelligas malorum omniū atq; incōmodorum finem quibus ho-
minū uita cruciat̃: & cū ſuauiſſimi præterea cuiuſdā ſomni imagi-
nem: tum uitiorū omniū ſepulturā: & ut improbis propter futura
ſupplicia formidandā: ita probis ac pijs quibus æterna debet̃ glo
ria: expetendam maxime atq; exoptandā: Quid eſt per immorta-
lem deum: quod in hac tanta immortalitate libertate: beatitudine
animorū lugere te oporteat fauſtum: fœlicē & fortunatum Vale-
rij tui obitum: qui ut te patre uiro præſtantiſſimo: ita admiratione
probitatis ſuæ adeptus omnem huius uitæ quæcunq; haberi po-
teſt fœlicitatem: ex hiſce luctuoſiſſimis tenebris cōmigrauit ad lu-
cem illius cæleſtis & pacatiſſimæ ciuitatis: ubi omnia rident: om-
nia exultāt: omnia bonorū omniū plena ſunt? Iam ſane tu Vale-
rij beneficio qui nuꝑ ſolum eras Venetiarū: cæleſtis patriæ factus
es ciuis: ubi nullus eſt liuori locus: nullus obtrectationi: nullus cō
tentioni. Quicquid em̄ bonorū acquirūt liberi: non minus bonis
parentibus q̃ ſibi acquirunt. Quare cū pulcherrima & dilectiſſi-
ma tui portio cæleſti republica es donatus: potes etiā iure tu cum
uoles: uelle aūt ſemper debes: iura tibi filij uēdicare. Quid em̄ eſt
amplius quod requiras in uita? Abundas tu certe his omnibus &
bonis & cōmodis: quibus humana fœlicitas cumulatur. Nam ſi
Peripatetici ad ſæculi huius fœlicitatē triplicia bona Peripatetici ꝑtinere præ-
cipiunt: fortunæ quæ aliud nihil q̃ dei uoluntas eſt: corporiſq; &
animi: quis neget fœliciſſimū eſſe te? Vt em̄ a patria incipiā: ſiquis
ſecū animo uolutet: & qui primi fuerint Veneti & quæ regna te-
nuerint: & ubi tandē cōſederint: & quas urbes illuſtrioris cōdide-
rint: ſatis quod ad patriæ laudem ſpectet: a ſe narratū exiſtimet.

Nam res illoꝝ maiorũq; tuoꝝ clariſſime geſtas ſi uel deliberare inſtituero: nõ breui quapiã aut oratione aut libello: ſed tot uoluminibus opus ſit: ut uel eas enumerare difficile fuerit. Itaq; ut paucis rẽ percurrã: es tu Iacobe Antoni Marcelle omniũ primũ in ea patria natus: & ab ineunte adoleſcẽtia ad iſtã uſq; ad præſentẽ uel aduentantẽ iam ſenectutẽ per oẽs ætatis gradus egregie honoratus: q̃ nulla uideo in uniuerſo terraꝝ orbe nominis gloria clariorẽ. Quæ ẽm gẽs nõ mõ in Italia ſed etiã intra oẽm terræ ambitũ nobilior eſt Venetis? Qui primũ profecti a Doribus: ut Diodorus Siculus autumat: relicta ea Galliæ Tranſalpinæ parte opulẽtiſſima & præclara: quæ iacet e regione Britãniæ. Nec ẽm ijs aſſentior qui Venetos putãt & ortos & nominatos: alij ab Eneto rege Illyricoꝝ: alij ab urbe Eneta: quæ etiam ipſa in Epiro & illuſtris fuit & potẽs: cõſedere poſt res multas atq; peringẽtis pulcherrime geſtas ĩ Paphlagonia. Deinde Phylæmene duce atq; rege auxiliũ regi Priamo ferẽtes aduerſus Græcoſ: tandẽ poſt maxima clariſſimaq; facinora Phylæmene amiſſo cũ Paphlagoniã ob inteſtinas eius regni ſeditiones repetere nollent: ſe abeunti Antenori nauigationis atq; fortunæ ſocios addidere: ſiue is poſt Ilij quã uulgo tradũt captiuitatẽ: Græcoꝝ benignitate pro ueteris hoſpitij iure uſus ſit: ſiue poſt ambitionẽ ſub fœderibus Græcoꝝ: ut ſunt Aegyptij huiꝰ ſentẽtiæ locupletiſſimi auctores: ex ipſius Priami & Hectoris uolũtate coloniã deduxerit intra ſinũ Hadriaticũ. Itaq; bello uictis fugatiſq; Euganeis q̃ mare inter alpeſq; populi ferociſſimi incolebãt: Eneti ſimul Troianiq; uniuerſæ illius regionis Ponti: in quẽ primũ eſſent egreſſi locũ Troiam uocauerũt: Idq; Pago nomẽ mãſit. Gentẽ autẽ uniuerſam ob multitudinẽ uireſq; Enetoꝝ ex ipſius Antenoris Troianorũq; ſententia Eneti ſunt appellati. Eneti igit̃ adepti pulcherrimã atq; feraciſſimã Italiæ orã Patauio atq; Aquileia: quã poſtea ipſam temporũ calamitate funditus deletã rurſus cõdidere Romani: alijſq; nõnullis in ea cõditis ampliſſimis & opulẽtiſſimis urbibus ac regno mirabili incremẽto amplificato. Demũ ut ſunt res humanæ inconſtantes oẽs ac mutabiles: Enetij idem qui addito æolico digãma Veneti poſtea dicti ſunt: ob Hunnoꝝ Gotthorũq; impetũ ac uaſtationem fortunæ temporibuſq; prudẽti atq; ſalutari cõſilio cedẽtes quotquot ex uniuerſæ Venetiæ proximiſq; Italiæ urbibus & opibꝰ & nobilitate præſtabãt: in hunc iſtũ locũ quẽ fœliciſſime nũc tenetis: ut erat ab oĩ Barbaroꝝq; turbine & ĩmanitate apprime tutꝰ: ſeſe oẽs cũ ſuis oĩbus incolumes receperũt. Vbi urbẽ Venetias diuino quodã ductu atq; auſpicijs cõdiderũt: qua quidẽ una nihil

Venetorum origo
Dores
Diodorꝰ ſiculꝰ
Gallia tranſalpina
Britannia
Eneta
Epirus
Paphlagonia
Phylæmene
Priamus
Græci
Antenor
Ilium
Aegyptij
Priamus
Hector
Euganei
Eneti
Troiani
Troia
Eneti
Patauium
Aquileia
Aeolicum digãma
Veneti
Hunni
Gotthi
Venetia

eſt ſub ſole neq; mirabilius nec melius. Per idem uero tempꝰ incly/
*Marcelli* ti illi maiores tui plæriq; Marcelli moti nõ cum uetere illa neceſſitu
*Aeneas* dine ac beniuolentia quæ Aeneæ Antenoriq; fuerat inter ſe maxi/
*Gotthi* ma: tum ſecuritate & amœnitate loci poſt uerſam a Gotthis urbẽ
*Roma* Romã ĩ prædã & uniuerſam ferme Italiã ferro igniq; uaſtatã cũ or/
natiſſima opulẽtiſſimaq; claſſe ſe Venetiſ priuatim ac publice ꝑ oĩa
ciuitatis munera cõiunxere. Quid eñ memorẽ ſuperioris illos ma/
*M. Marcellus* ioris tuos: aut. M. Marcellum fortiſſimũ & clariſſimũ imperatorẽ:
*Annibal* perprimus Romanoꝝ ducum uidit Annibalem fugienẽ: qui unũ
de quadragies collatis ſignis mirabili ſua cum gloria cum hoſte di
micauit: qui non minus aduerſis ꝙ ſecũdis in belli uicibus eadẽ ſe
animi conſtantia ſtrenuitateq; ſemper geſſit inuictum: aut. M. item
*M. Marcellus* Marcellũ uirum nõ minus acrem & grauẽ ꝙ eloquentẽ: qui ut pu/
*Pompeius* blice libertati bonoq; conſuleret: maluit incerto ac formidabili bel
li diſcrimine Pompeiũ ſequi: ꝙ ullo blandiẽtis fortunæ uſurus be/
*Cæſar* neficio ſentire cum Cæſare? Qualis aũt futurus erat Marcellus ille
*Octauia* adoleſcẽs quẽ Octauiæ ſororis filiũ Cæſar Auguſtus propter mo/
tum ingeniiq; præſtantiã ſibi adoptarat: ſi diutius fuiſſet in uita: ex
Virgilio noſtro cognoſci poteſt. Ita eñ de illo cecinit.

*Virgilius* Quantos ille uirũ magnã Mauortis ad urbem
*Mauors* Campus aget gemitus: uel quæ Tiberine uidebis
Funera: cum tumulũ præterlabere iacentẽ.
Nec puer iliaca quiſꝙ de gente latinos
In tantũ ſpe tollet auos: nec romula quondã
Vllo ſe tantũ tellus iactabit alumno.
Heu pietas: heu priſca fides inuictaq; bello
Dextera: nõ illi quiſꝙ ſe impune tuliſſet
Obuius armato: ſeu cum pedes iret in hoſtẽ:
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus harmos.
Heu miſerande puer ſiqua fata aſpera rumpas:
Tu Marcellus eris. Prætereo reliquos maiores tuos: q & plurimi
extiterũt in florentiſſimo iſto Venetorum ſenatu & ampliſſimi uiri:
quos certe oĩs cũ maximo ſui nominis ſplendore mirũ in modum
reipublicæ profuiſſe conſtat. Quid enim de uniuerſa ueſtra republi
ca uerba faciam: aut ſim circa publicas laudes curioſior: cũ ueſtro/
rum quorũdam cauſa effectum uideã: ut propriæ laudes negligã/
tur? Quo factum eſt ut tot tantæq; Venetorum res geſtæ ad hanc
diem in obſcuro ſint eorũ uitio: qui nulla ipſi fortaſſe uel minima
digni laude aliorum gloria offenduntur: neſcientes ĩ quidẽ uix ul/
lum in republica uitium eſſe inuidentia execrabiliꝰ pernicioſiuſq;.

Deſinant igitur fucatæ ſimulatores iuſticiæ male cõſulere: ne dum uidentur id agere ne quid diſcordiæ in bene morata ciuitate oriaẽ ex cognitione illuſtrium facinorum: non minus uniuerſæ patriæ ꝙ optimis quibuſdam ciuibus occultis odiјs nocuiſſe iudicenẽ. Nos aũt hoc tempore prætermiſſis publicis laudibus illiſ cꝫ & maximis & pe ope infinitis de te uno quod cœperamus: breui abſoluemus. Natus ergo ex illuſtri genere Marcellorꝫ adeptuſcꝫ opera diligẽtia ꝙ parentũ ea initia & adminicula oĩa quæ bonũ & egregiũ ciuẽ factura eſſent: & ab ipſa uſcꝫ adoleſcentia in rebus grauiſſimis ſemper fortiter innocẽtercꝫ uerſatus: breui temporis curriculo cũ incredibili omniũ admiratione ad ſummã gloriã peruaſiſti. Conticebo eñ breuitatis gratia cõmoda tui corporis: quibus heroas etiã illos quos ob excellentiã humanæ naturæ decãtat antiqtas uel æquas uel ſuperas: ꝓceritatẽ: latitudinẽ: robur: cõuenientẽ membrorꝫ cõpactionẽ: tum uigorẽ ſcintillaſcꝫ oculorꝫ: integritatẽ oĩm ſenſuum: formæ bonitatẽ ac præſtantiã: qua ita emines inter alioſ: ut ea de te iure dici queant: quæ de Iaſone canit Orpheus. Iaſon

Clarior in cunctis diuus ſplendebat Iaſon: Orpheus
Iuno etem̃ lætos oculis afflarat honores.
Et pulchrum dederat magnũcꝫ & pectore fortẽ.

Quæ quidẽ omnia tametſi nõ mediocria ad uirtutẽ ſunt adminicula: talia tñ ſunt: ut ſimul cum corpore conſeneſcant. Sola eſt animi uirtus: quæ in dies magis atcꝫ magis reuireſcit ac floret: eoſcꝫ fructus de ſe fert: qui & ſuauiſſimi ſunt & ſalutareſ & ſempiterni. Quibus aũt uirtutibus ipſe nõ polles? Quid ingenio tuo uel acuti⁹ uel fæcundius? Quis te uno ĩ dicẽdo aut grauior: aut ornatior: aut gratior: e cuius lingua quod de Neſtore Homerus memorat: dulcior omni melle oratio profluit? Iuſticia uero integritatecꝫ tantus es: ut necꝫ Fabrici⁹: necꝫ Cato: nec Paulus Hæmilius: nec Ariſtides: nec Phocion tibi ſit præferẽd⁹. Quid memorẽ temperantiã: qd inuictum animi robur: quid tolerantiã & conſtantiã tuã oĩbus in rebus? Nam fide & pietate ueritatecꝫ tibi ſanctius nihil ducis. Facilitate uero humanitate: manſuetudine: affabilitate: beneficẽtia tantus es: ut eos etiã q te nunq̃ uiderũt: mirifico tui deſiderio afficias. In oĩ aũt prudẽtiæ & conſilij genere quẽ tibi anteponã habeo neminẽ. Et ne id quidẽ mirũ. Ita eñ a primis annis & mari & terra es per oĩs uiciſſitudines fortunæ: uel tuo uel reipublicæ tuæ nomine in rebus plurimis uarijſcꝫ & maximis diu multumcꝫ uerſatus: ut eadẽ audeam de te affirmare: quæ de ſtrenuo atcꝫ ſapienti Vlyxe illo Homerus poeta finxit.

Neſtor Homerus Fabricius Cato Paulus hæmilius Ariſtides Phocion Vlyxes Homerus

Callentẽ dic muſa uirũ: qui mœnia ſacræ
Diruta poſt Troiæ multũq̃ diuq̃ pererrans.
Et mentes hominũ multoꝝ nouit: & urbes
Vidit: & horriſona qui triſtia plurima ponto
Pertulit: in patriã quo ſe ſocioſq̃ referret.

Sed illud in te eſt uirtute omĩ præſtãtius: quod cũ cæteros omĩ lau-
de antecellis: te non modo cæteris omĩbus parem uelis: ſed multis
etiã in rebus inferiorem. Et facis tu quidẽ omĩa ſapiẽter. Nam etſi
pulcherrimũ ducit̃ cæteros beneagẽdo ſuperare: lõge tñ & pulchri-
us eſt & diuinius ſeipſum ita uincere: ut nihil inani gloriæ tributũ
uideat̃. His artibus: his ſtudijs factũ eſt: ut oĩa in maximo tuo am-
pliſſimoq̃ ſenatu nõ modo nõ petens: ſed qñq̃ etiam fugiẽs cum
maxima tua ſis laude conſecutus. Quanti aũt faciunda ſit egregia
uirtus tua ſingulariſq̃ prudentia: ex iſtoꝝ patrũ de te iudicio facile
Romani — poteſt intelligi. Eſt em̃ patricioꝝ apud uos ordo: id q̃d de Roma-
Pyrrhus — nis quondã regi Pyrrho Cyneas retulit: ſenatus multoꝝ regũ: Ita
Cyneas — q̃ nihil apud uos temere iudicat̃: ſed & mature & ſapiẽter omnia.
Quod ut re ipſa clarius pateat: paucis e multis breuibuſq̃ exẽplis
& grauiſſimũ ſenatus tui de te iudiciũ & tuã in rebus gerẽdis confi-
ciundiſq̃ ſtrenuitatẽ: celeritatẽ: induſtriã compendio exponã. Fuit
florentiſſimæ reipublicæ ueſtræ nuper cũ nobiliſſimo illo & excelſo
Philipp⁹ dux — animo principe Philippo Maria Anglo diuturnũ bellũ atq̃ pericu-
Florentini — loſum: cuius initiũ a Florẽtinoꝝ fractis afflictiſq̃ rebus fluxit: qui
cũ a uobis opem & auxiliũ imploraſſent aduerſus eũ: qui cũ uetus
uobis neceſſitudo atq̃ amicitia ſemper fuerat: cũ graui detrimẽto
ueſtrũ ærariũ affecerũt: tum in tantã rerũ difficultatẽ uos coniece-
runt: ut de uniuerſo quandoq̃ imperio inire diſcrimen cogeremi-
Caſalis maior — ni. Caſalem cognomẽto maiorẽ: quod quidẽ oppidũ poſitũ eſt in
Padus — Padi ripa: oppidanoꝝ defectione tenebatis. Id Philippus ingenti
ornatiſſimoq̃ exercitu claſſeq̃ munitiſſima flumine terraq̃ ador-
tus: indefeſſe atq̃ acriter oppugnabat: & pilis ſaxeis & miſſilib⁹ at-
q̃ omĩ tormẽtoꝝ ac teloꝝ genere. Permultũ em̃ rei ſuæ eum locũ
cõductuꝝ arbitrabat̃: uel ad tutandũ agrum Cremonẽſem: uel ad
tollendã ſpẽ hoſti ſubuehẽdæ claſſis aduerſus urbes ſuas quæ Pa-
do adiacẽt. Erãt iam oppidani peregriniq̃ milites aſſiduis uigilijs
& laboribus ita defeſſi & exinaniti uiribus corpoꝝ: ut de deditiõe
conſilium inirent. Tu uero qui oppidanis cunctoq̃ præſidio præ-
fectus intelligeres quãti intereſſet illud oppidũ nõ ſolũ ad turban-
Brixia — dam rem hoſtis: ſed etiam ad Brixiæ ſalutẽ: quæ rei frumẽtariæ in-
opia laborabat: nec ei aliũde q̃ ex Caſale quo a Venetis per Padũ

nuper maxima uis frumēti eſſet aduecta: conſuli per id temporis ac prouideri poſſet omībus & animi & ingenij uiribus cōtra annixus alios beniuole monēdo: alios acriter accuſando: hos adhortatiōe: illos minis: ſingulos ſingulis remedijs ut uſui erat impellēdo: illud breui conſecutus es prudenti oratiōe & animi magnitudine: quod alius quiſꝗ in tanto hoſtiū terrore: in tantis difficultatibus oppidi nullis uiribus ſperare auſus eſſet. Fruſtrari eñ hoſtis cum ſua ſe uidiſſet ſpe ob uniꝰ Iacobi Antonij Marcelli conſiliū atꝗ diligentiā: coactus eſt deniꝗ inde abducere ſuas copias. Quæ quidē res cum magnā de tua præſtanti ſingulariꝗ uirtute admirationē apud hoſtem: tum præcipuā apud tuos tibi laudē comparauit. Obſidebat Philippuſ idem maximo & firmiſſimo equitatu peditatuꝗ urbem Brixiā: quæ Cœnomanoꝝ omniū caput eſt: & populo atꝗ opibꝰ præpotens. Eoꝗ iā res erat adducta ob diuturnitatē belli obſidioniſꝗ molē: ut ciues præſſi famæ & rerū neceſſariaꝝ omniū defatigati inopia: in ultimā eſſent deſperationē acti. Nam & uniuerſus campus ea tempeſtate & municipia caſtellaꝗ montana fere oīa in hoſtiū erant poteſtate. Itaꝗ nullus aditus in urbem patebat omino: adeo Nicolaus ille Peruſinus Philippi imperator uigilantiſſimus bellicoſiſſimuſꝗ: locos oīs nō modo urbi uicinos copijs ſuis cuſtodijſꝗ uallarat: ſed etiam eminus iacentis per quos ullus patere poſſet acceſſus: munitione firmiſſima aſſeruabat. Rumor quotidie magiſ apud Venetos increbruerat propediē Brixiā perituā: niſi & frumentū & auxiliū ilico mitterēt. In tanta rerū iniquitate cum fluctuarent patres: neꝗ quid conſilij caperēt in caſu tam repentino & tam difficili offerrēt: tum ipſe ut es ingenio acerrimo & animo ad res magnas atꝗ periculoſas inuicto: te ultro quaſi alter Scipio ad id negocij atꝗ diſcriminis ituꝝ polliceris. Cunꝗ nōnulli te rem ſupra uires conatuꝝ dicerēt: aliudꝗ nihil ꝗ̄ mortē tibi & ſenatui dedecus reportatuꝝ: ſolus Franciſcus Foſcarꝰ princeps ille ſapiētiſſimus eſt inuentus qui mirificæ tuæ diuinæꝗ uirtutis grauiſſimꝰ iudex ac cenſor & probaret tuā profectionē & magnā ex ea utilitatē: ac laudē ad rempublicā ꝑuenturā certo ſperaret. Tu autē more oīs impatiēs: iter arripis ꝑ inuia uilliū diuerticula: per inacceſſibiles uepribuſꝗ cōſeptos atꝗ miſere impeditos ſiluaꝝ ambitus: per aſperos montiū ſaltus rupeſꝗ præcipites. Et ita omi quiete uacuus diebus cōiungens noctes quo tp̄e ducalis miles Brixiæ turrim cœperat: eratꝗ in urbē iam populalūdus deſcenſurus: inopinato ipſe ac ſubito quaſ cælitus miſſum numē: cū ardentius pugna utrinꝗ ferueret: cū plumbeis oīa pilulis ſcorpionibus & miſſilibus ſtreperent

Philippꝰ dux
Brixia
Cœnomani
Nicolaus imperator
Scipio
Franciſcus foſcaris dux

atq; intonarent: appares inter ipſas dimicantiũ dextras. Quem hõſtes repente intuti atq; ſtupeſcentes: tanq̃ fluminis ictu aliquo tacti eſſent ſeſe cõtinuo oẽs & ab urbe & a turri quã occuparãt: præcipites auertere: coactiq; ſunt ab obſidione re infecta diſcedere. Tu aũt recreatis cõfirmatiſq; ciuiũ animis oratione primũ: deinde etiã re-

Roatum

rũ omniũ copia & præſidio Roatoq; municipio tuo etiã ductu ex obſidentiũ hoſtiũ faucibus erepto: in agrũ Veronenſem qui ab iiſdem hoſtibus præmebat̃: mira celeritate reuertiſti: cuius aduentu Veronẽſi præſidio quod hoſtiliũ metu uiriũ intra mœnia urbis ſe cõtinebat: magniſq; præmebat̃ incõmodis: cõfirmato: rebuſq; neceſſariis & oportunis oĩbus inſtructo: ager Veronenſis oĩs qui ad Mintiũ iacens labare iam & ſentire cũ hoſtibus cœperat: ad ſanitatẽ rediit nihil fide aduerſus Venetos ſibi ſanctius ducens. Cunq;

Philippus, Brixiani, Benacus

nõ multo poſtea: idem Philippus maiore apparatu & uirib9 bellũ Brixianos inſtauraſſet: claſſemq; in Benacũ ualidã & ingentẽ inuexiſſet: oĩaq; terrore tumultuq; impleſſet: nouũ ipſe nauigandi genus & nunq̃ antea auditũ excogitaſti: & id quidẽ: tum admodũ ſalutare Venetæ ditioni: quod exemplo poſtea nocuit plurimũ regiæ

Mahometus, Boſphorus, Conſtantinopolis

urbi Conſtantinopoli. Nam impius iſte Mahometus Amorathi filius: eodem machinamẽti genere traducta claſſe per continentẽ a Boſphoro Conſtantinopolitanũ in portũ inexpugnabili illa nobiliſſimaq; urbe potit9 eſt cum maxima chriſtianorũ omniũ iactura.

Xerxes, Aſia, Europa, Helleſpontus, Athos, Dædalus

Laudat̃ ſane Xerxes q̃ Aſiam atq; Europã ad Helleſpontũ ponte cõiunxerit: q̃ continentẽ ad Athon nauigabilẽ reddiderit. Sed longe tua eſt laus illuſtrior: q̃ claſſem Venetã quaſi Dædalũ remigio alarũ cælo ipſi crediderıs. Nam cũ omnia municipia & caſtella quæ Benaco adiacent: in hoſtiũ eſſent poteſtate: nec ullus pateret aditus ad claſſem deducẽdã in eũ lacũ: montiũ iter ad nauigandũ mirabili q̃dã ingenii acumine reperiſti. Cõpactis eñ trabib9 æqualib9 inter ſeſe ꝓ nauiũ latitudine atq; longitudine interuallis illiſq; ſulcatim exciſis in longũ pro carinæ dorſi capacitate in iis myoparones biremeſq; atq; triremes oẽs ſingulæ ſingulis ſunt impoſitæ. Et ita ab

Atheſis

Atheſi flumine per aſperrimas atq; eminẽtis montiũ rupes ſcopuloſq; horrendos ad ipſa uſq; caligantia montiũ cacumina rudentibus ac machinamẽtis incredibili ſunt tractæ celeritate. Cõtinuoq; eadem ui atq; induſtria retinaculis tamen quibuſdam impetũ moderãtibus: & aqua ueluti perenni in trabiũ ſulcos infuſa: ne nimio pondere ac motu accenderent̃: eadem inq̃ induſtria eædem naues oẽs ſuis ordinibus a ſummo ipſo montiũ uertice ſubiecta præcipitia demiſſæ: prius in Benacum uiſæ ſunt deſcendiſſe: q̃ de illarũ

molitione quicꝙ audiret. Quarũ ſubita præſentia quaſi portento hoſtium animi cõſternati: nihil ſibi inhoneſta fuga potius duxere. Magna tamen ex parte formidabilis illa Philippi claſſis aut capta eſt aut demerſa. Blaſius autem Axeretus claſſis eius præfectus qui paucis ante annis nobiliſſimũ regem Alphonſum in mari Tyrrheno cum duobus ſimul fratribus totꝙ regulis ac ducibus ad Caietam illuſtri illa nauali pugna ſuperauerat: & in captiuitatẽ egerat piſcatoria inſcenſa cymba: in fugã uerſus hoſtiles manus uix effugit. Et hæc quidem uictoria tibi tota eſt danda: cuius calliditate & conſilio factum eſt ut uinceretur. Ad hæc cum non multo poſt tempore idem Nicolaus imperator cum ingentibus copijs ac uiribus Veronenſem Vincentinũꝙ agrum non parua ex parte occupaſſet: Venetorũ imperium in tanta rerum mutatione inſtabilitateꝙ animorũ nõ mediocri periculo laboraret: Totaꝙ ſpes in uno Frãciſco Sphortia fortiſſimo & fortunatiſſimo ĩperatore: q nũc Mediolanẽſiũ dux & Inſubribꝰ & tot ampliſſimis urbibꝰ pacatiſſime imperitat: ubi accerſitus a Venetis cum exercitu quadraginta milium militum rei ueſtræ auxilium ferunt: certe niſi tua induſtria obuiam occurriſſes: fruſtra fortaſſe tantus apparatus extitiſſet. Nicolaus eñ qui tanti imperatoris aduentum præſenſerat: cum nõ eſſet inſcius: & quantus Franciſcus eſſet in re bellica: & ꝙ ipſe illo uiribus inferior: ſe prærupta latiſſimaꝙ foſſa ac uallo & turribus munierat futurum opinatus ut ante urbe Verona quam obſidebat potiretur: ꝙ tranſeundæ foſſæ a Franciſco facultas eſſet. Tu uero qui ut es mentis acie acutiſſimus: & rerum peritiſſimus humanarum uiri conſilia optime calleres: intellecta periculi magnitudine nihil contactus tecum aſſumpta parte præſidij Veronenſis intrepide atꝙ expedite per medias hoſtium ſtationes cunctis munitionibus ſuperatis: ad iuga montium inaudita celeritate peruaſiſti. Illudꝙ es propere conſecutus: ut municipijs cunctis caſtelliſꝙ recuperatis: & hoſtium præſidijs pulſis: oĩbus te ꝙ primũ imperatori Franciſco cõiunxeris: & exoptati in urbem tranſitus comitem ſimul duceꝙ præſtiteris. Qua quidẽ re audita: confeſtim Nicolaus obſidionẽ omnẽ deſeruit: fugæ ſimilẽ reditũ faciens: parũꝙ defuit: quin a Sphortianis inſequẽtibꝰ caperet. Idꝙ opinione omniũ factũ eſſet niſi a ſuis domeſticiſꝙ militibꝰ ſublatis humeris: nam dum incautius ſe Nicolaus reciperet: equus in præcipitiũ obuiũ lapſus eſt ex inſequẽtiũ manibus eſſet ereptus. Tua igit non minus diligentia ꝙ tanti imperatoris aduẽtu ac uiribus factum uidemus: ut & Verona obſidione illa ducali atꝙ ĩminenti captiuitate liberaret: & Vicentinꝰ Ve

Blaſius exaretus
Alphõſus rex
Caieta
Nicolaus imperator
Fran. Sphor.

ronenſiſq; ager om̄is recuperatus ĩmortalis ageret tibi gratias. Si
uelim oĩa tua memorabiliaq; facinora ſingillatim ſuoq; ordine re-
ferre: dies me deficiat. Itaq; cæteris omiſſis: illud certe reticendũ nõ
Philipp⁹ dux est. Cum idem dux Pphilippus ſuperato etiã Mintio Verona urbe
Mincius per inſidias eſſet potitus: nihilq; ei deeſſet præter arces: & iam ciues
Verona om̄es: alij perterriti ob tantã hoſtiũ multitudinẽ quos intra mœnia
receptos curſitanteſq; uidebant: alij rerũ nouarꝫ cupidi: ut populo-
rũ mos eſt: ſe Nicolai unius poteſtati permitterẽt: tu accerſito impe
Fran. Sphor. ratore Franciſco qui iuga ſupra Benacum occuparet aduerſus ho-
Benacus ſtium præſidia: confeſtim ſuperiorẽ ingreſſus arcem cũ expeditiſſi-
mis uiribus in urbẽ redis. Tantuſq; in hoſtes impetus factuſ eſt: ut
Atheſis firmiſſimus ille pons qui Atheſim cõiungebat laxaret: atq; una cũ
ingenti militũ numero in ſubiectũ amnem fractus corrueret. Aufu
git igitẽ bellicoſiſſimus ille inuictuſq; Nicolaus: nec eum puduit cla
ra uoce teſtari apud Philippũ Mariã: ſe ab uno Patricio Veneto Ia
cobo Antonio Marcello urbe Verona extruſum eſſe. Quin etiã im
perator ipſe Franciſcus ſæpenumero alijſq; permultis audientibus
quotiẽs de tuis laudibus loquitẽ: Loquitẽ em̃ & frequẽter & perlibẽ
ter. Addit etiã illud Nicolaũ Peruſinũ non minus tua q̄ ſua opera
urbe Verona eſſe eiectum. Sed omniũ tuorꝫ quæ & plurima & pul
Coloſſus cherrima facinora fuerũt: illud mihi uiſum eſt ueluti Coloſſus ali-
quis extitiſſe: q; poſt Nicolai obitum quo nihil Philippus unq̄ du
Addua xit in uita triſtius: cum ueſtræ copiæ Adduam uſq; uniuerſum Phi
lippi agrũ populatæ eſſent: Michaele Attendulo imperatore: factu
q; utiliſſimũ omnibus uideretẽ: tranſmittere q̄ primũ in agrũ Inſub
Inſubres riũ: quo & Mediolano & Laudi & Como & Ticino ac reliquis In-
Mediolanũ ſubriũ populis facultas eorꝫ omniũ tolleretẽ: quæ ſunt ad hominũ
Laus uitam uictũq; neceſſaria: nemo in tanto exercitu eſt inuentus: qui
Comũ prior flumen peruadere auderet. Nam iam hyems erat aſperior: &
Ticinũ Addua qui ſua natura ſemper eſt altus: tunc imbriũ ui magis intu-
muerat uorticibuſq; feruebat: & pontes oẽs in Mediolanenſiũ erãt
poteſtate. Parandi aũt ex tempore nauigij nulla præſtabatẽ occaſio
& celeritate opus erat & diligentia. Hic tu cæteris tranſitum detra-
ctantibus: animo illo tuo infracto planeq; Marcellus repẽte flumẽ
eques ingrederis reliquoſq; ut te ſequantẽ: hortaris. Nuſquãq; de-
flectens inter altiſſimos rapidiſſimoſq; uortices ante in ripa Inſu-
brium uiſus es: q̄ alius quiſq; ex tanto & militũ & ductorum nu-
mero equorꝫ ungulas aqua tinxiſſet. Cœpit tandẽ cæteros pudor:
ſeq; om̄es animi fortunæq; cõmiſere: pauciſq; fluminis rapiditate
amiſſis ſe Inſubres contulere. Fuit ſane dies illa præſtantiſſimo illi

principi Philippo Mariæ Anglo:& triſtis & ad mortẽ uſq̃ pernicioſa:ut qui modo propter tot tantaſq̃ uictorias & terras & maria terrore ſui nominis cõcuſſiſſet:nunc ſe uideret amiſſo & imperatore & uiſu. Nam & Nicolaus Peruſinus iam diem obierat: & Philippus ipſe nimia uigilandi aſſiduitate uiſũ amiſerat:intra Mediolani mœnia urgeri:& qui antea ſemper afflictis omĩbus auxilio eſſe conſueſſet:iam cogi ut aliunde auxiliũ imploraret. Tu eñ unus Iacobe Antoni Marcelle: quod certe uel mea uel alioꝝ pluriũ eruditiſſimorũ & grauiſſimoꝝ hominũ cauſa factũ nollem:præcipuus auctor extitiſti extremæ calamitatis illius clæmẽtiſſimi atq̃ optimi principis: qui nõ contentus Adduã ſuperaſſe: & amœniſſimas late uillas uicoſq̃ bonis omĩbus refertiſſimos diripiendos militib⁹ obiectaſſe: ac tot pecoꝝ greges:tantũ hominũ numeꝝ uertiſſe in prædã:uoluiſti etiã ut uexilla ipſa ſignaq̃ Venetoꝝ ex illa celebri ſublimiq̃ arce ſua Dux Philippus q̃tum oculi paterent̃:poſſet corã aſpicere. Nã cum uniuerſis copijs intra ſecundũ lapidẽ quaſi Annibal conſediſti:teq̃ ab imperatore Michaele aureis militiæ inſignibus in illius humaniſſimi principiſ ludibriũ ornari es paſſus. Cũq̃ ad ipſa uſq̃ ſuburbia te quotidie inter præliantiũ militũ globos uiſendũ oſtenderes:nunc hos: nunc illos ad ſuburbioꝝ irruptionẽ hortãdo:incitãdo:impellendo:nimirũ ita animi ægritudinẽ diuino illi principi auxiſti: ut inde uæhementi ægrotatione contracta poſt paucos menſes in maxima regni clade uitam ipſe amiſerit. Cuiuſ morte cũ omnia eſſent tumultuaria tuis: adhortationibus atq̃ ſuaſionibus Laudẽſes Placentiniq̃ adducti ſe Venetis dedidere:principiũ ſane ingens ad totum Philippi regnũ & breui conſequendũ & expedite: ſi plus amor patriæ apud tuos q̃ quorũdam priuatus aduerſus te liuor ualuiſſet. Sed utendum eſt uulgari illa conſolatione: Quid ſi hoc melius? Cadunt perſæpe inter principes ſimultates irritamẽtaq̃ animorũ: & id quidem occulto quodam ac iuſto dei cõſilio:qđ ipſum etiam Agamemnona & Achillẽ accidiſſe Homerus narrat. Ita eñ incipit carmen Iliados.

Annibal
Michael
Laudenſes
Placentini
Agamemnon
Achilles
Homerus
Iliados principium

Iram diua refer Pellidæ immitis Achilli
Innumeris quæ ſæua malis afflixit achiuos:
Heroũq̃ animas tot fortis impulit horcho
Membra minutatim quoꝝ laniata moloſſis
Alitibuſq̃ dedit pro regis mente deoꝝ.

Atqui mirum uideri neminẽ debet:ſi in tot tuis & tam illuſtrib⁹ ſucceſſibus ulli ſint reperti: qui tuæ clariſſimæ uirtuti inuiderint:ob eã

q; rem nō patriæ minus obfuerint: ꝙ tibi optarint: quem inſectan-
do ſplendidiorē effecere: cum uideamus non defuiſſe per idem tem
poris: qui inter grauiſſimum tuum ſapientiſſimūq; Senatum: & in-
uictiſſimū principem hunc meū Franciſcum Sphortiam maximas
diſcordias bellaq; infuderunt. Quibus non multum poſt tempus
e medio ſublatis: pax repente: rurſus atq; ſocietas inuicem eſt ſub-
orta aduerſus Mediolanenſes: qui collati: ut noſti: immemores be
neficij aduerſus eundem hunc principem impie coniurarant. Quo
in bello cum tu legatus a tuo ſenatu datus legatione libera cū mul
tis maximiſq; in rebus huic uni profueris: tum illud beneficiū fuit
maximū: quo prudentia conſilioq; tuo idem ſibi uitam ferme ere-
Franciſcus pi ptam recuperauit. Franciſcus enim Peruſinus qui a patre Nicolao
cininus fortiſſimo imperatore nō minus fide degenerauit: ꝙ Iacob⁹ frater
Nicolaus pi- uirtutes paternas omnis nō mediociter uel æquauit uel ſuperauit:
cininus cum animo efferato ac nefario decreuiſſet huius humaniſſimi prin-
Iacobus pi- cipis necem occultiſq; inſidijs cum hortaret̃ ad inuadenda huiuſce
cininus urbis munitiſſima ſuburbia: cū inſtructam ſe habere diceret quan-
dam Mediolanenſium factionem: quæ ſecum pro eo ſentiret: eiuſ-
modiq; nonnulla afferret argumenta: quibus facile ſibi fidem uen
dicarat: ſolus certe fuiſti tu: qui hunc ne id faceret: ijs rationibus es
hortatus: quibus apertiſſime poſſet animaduertere ſibi omnino ca
uendum eſſe ab om̄i Braciana factione. Itaq; abs te uno perſuaſus
a ſuburbijs ſe abſtinuit. Quæ ſi eſſet ingreſſus: quem Mediolanen-
ſes nunc habent ſalutarem: hoc principe carerent. Quid aut dicam
de inſidijs Mogontinis? Quas de te laudes prædicat princeps me-
Mogontia us? Q̃ de te honorifice ſemper loquitur? Obſidebat Mogontiam
Franciſcus Sphortia. Et in id difficultatis oppidum coniecerat: ut
Mogontini diutius obſidionem ferre non poſſet. Iamq; de deditione Mogonti
ni conſultabant: cum idem Franciſcus Peruſinus de interimendo
imperatore ſuo clam conſilium init: Idq; poſtridie futurum erat: cū
tu noctu Sphortia adiēs: mones eum inter loquendum: ne ita ſolū
ſe quotidie immiſceat ordinib⁹ Bracianis: Fieri enim poſſe ut opor
tunitas pariat qđ nulla honeſtas ſinit. Inueteratam eñ eſſe ſimul-
tatem atq; maliuolentiam Bracianis aduerſus Sphortianos. Præ-
terea Franciſcum non eſſe patris ſimilem & eundem ſibi uideri in-
conſtantem ac leuem. Itaq; cauendum eſſe ab illo plurimum. Qua
re cum Sphortia in poſterum diem tuum ſequi optimū conſilium
ꝙ morem ſuum inſtitutūq; maluiſſet: ſeq; ab inuiſendis ordinibuſ
abſtinuiſſet: Franciſcus idem ueritus ut opinor: inſidias ſuas illu-

ſtratas patefactaſq; teneri continuo tranſfugit Mediolanum. Ad/dam item ad hæc unum egregiæ tuæ prudentiæ documentũ. Iam inhorruerat anni tempus: tantaq; erat ac tam uæhemens hyemis magnitudo: ut uniuerſo Inſubrium agro & niuibus obruto & ob/ſtricto glacie nihil pabuli uſq; offerretur: Aloyſius uermius: aliiq; ductores plæriq; omes imperatorem adeunt: eumq; pro ſe quiſq; impenſius hortantur: ut in Comenſem agrum citato agmine uires agat. Sic enim fore: ut Comenſes qui inteſtinis inter ſeſe diſcordiis digladiantur deditionẽ faciant. At Sphortia & ſi intelligebat ſuo/rum conſilia: aliud nihil q̃ prædam machinari: tempori tamen ce/cens eis obſequebatur. Verebatur enim militum inconſtantiam. Iam uniuerſæ copiæ procedebãt: Tũ tu ut es facundia inſignis: ab iis cœptis & ductores ipſos dehortaris: & milites eos docens: & pa buli rerum omniũ inopiam paſſuros apud Comenſes: Apud No/uarienſes autem ſecus omnia. Quibus illi adducti rationibus cum in Nouarienſem agrum diuertiſſent: continuo ciues imperatori ſe Sphortiæ dediderunt: plures adducti beniuolentia: pauci etiam metu: & ii quidem qui ad ducem Sabbaudiæ eodem ipſo die de/ficere inſtituerant. Quod certo factum uidebatur niſi callidiſſimo tuo ſanoq; conſilio eſſet obtemperatum. Qua quidem ſpe Sab/baudienſes copiæ deſtitutæ Romanianum Nouarienſium munici/pium in fidem receperũt. At Franciſcus Sphortia ut eſt animo gra/uiſſimo: te q̃ amiciſſime complexus: palam & alta uoce profeſſus eſt ſe tibi debere plurimum: cuius opera factum foret: ut Nouaria potiretur. Quæ uero deinceps ſunt ſubſecuta: tam belli q̃ pacis: ea diuino conſilio uoluntatiq; danda eſſe ambigendum certe non eſt. Q̃ autem Laudenſes Placẽtinæq; partes Venetas ſunt ſecuti: tua prudentia factum ſcimus. Quod in præſentia duci Franciſco fœli/ciſſime parent a uobiſq; deſciuerint: non tua ſed illorum culpa qui tuæ uirtuti inuiderunt effectum eſt: & id quidem ut modo loque/bar: iudicio quodam ac mẽte dei. Quis enim (ut eſt apud Eſaiam) cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Quod ſi ea quæ & incommodãt hominibus: & a plæriſq; ducuntur in maxi mis quibuſdam malis: ſine diuina ſententia non fiunt: nec ea tunc in tantis tuis & tam ſecundis rebus ſine diuino conſilio acciderunt aduerſa non tam tibi q̃ republicæ: nec Valerii recentem obitum ſi/ne mente dei: qui quicquid facit ad noſtrum facit emolumentum: debemus factum eſſe exiſtimare. Num icirco in tot & animi & cor poris ac fortunæ bonis deterius habes: q; ex tot liberis puerũ unũ ad ſe reuocarit deus? Quod ſi in mercatura non ſumus uno cõtenti

Inſubres
Aloyſius uer/minus
Comenſes
Nouarienſes
Dux ſabbau/diæ
Sabbaudiẽſes
Romanianũ
Nouaria
Laudenſes
Placentini
Eſa. 40.

niſi lucrū etiā dignū acceſſerit: Num deus iniuſtus ſit: ſi ex tot liberis quos nobis mutuo dedit: unū ſibi exigerit? Habes tu & filias & filios pluris moribus ingenioq; eximios: eoſq; & grandiuſculos & minuſculos: quib⁹ te potes nō conſolari ſolū: uerų etiā per oēm animi iucunditatē oblectare. Vt eñ cæteros prætereā: quāto tibi ſolatio: quāto gaudio uoluptatiq; eſſe debet Franciſcus tuus: tanto ingenio: tāta moų elegantia: tanta probitate uir? Num habeas qđ ad tuæ fœlicitatis ſummā tibi ſit deſiderandū: cū oculos ac mentē in Franciſcū unū cōieceris? Nōne etiā iſte tui eſt q̄ ſimillim⁹? Num pueri te magis recordatio torqueat: q̄ uiri filij præſentia aſpectus q; delectet? At de Valerio mihi magna ſpes erat. Quod de Valerio futuų ſperabas: id tibi de Franciſco præſtare licet: Etiā Alcibiaden q magna ſpe puer fuerat: perditiſſimū pernicioſiſſimūq; ciuē Athenæ expertæ ſunt. Itaq; ſi me audias: īmo te uirū magnū & ſapientē: omnē iſtū animi motū uincies tandē ut antea monui: atq; obſtringes rationis cuſtodia: ut quod tempus aliqñ eſt factuų: faciat ratio eadē nunc qua poſtea es uſurus. Nec eñ tuuc erit meliore uitæ conditione Valerius: Et turpe eſt profecto plus apud te ualere tempus q̄ ratione. Quid quod iam annū prope agis in luctu? Hic eſt natalis chriſtianus. Ad proximū Kalendas Ianuarias Valerius tuus reliquit mēbra mortalia. Satis naturæ affectui: ſatis cōſuetudini datum eſt. Redi tñ ad te: & tibi te totū uendica. Simuſne ingenio muliebri inferiores? Quot eñ legim⁹ mulieres: quæ obitū filioų & cōſtanti & infracto aīo tulerūt? Mulier Lacæna filiū qui in acie ceciderat: ſepeliēs hoc illū diſticho hilaris proſecuta:

*Francíſcus Marcellus* · *Alcibiades Athenę* · *Lacæna mulier*

Sit flendū timidos: hilaris te nate ſepulchro
Condo meū pariter & Lacedæmoniū.

Altera cum filiū ſepeliret: & tenuis quædā anicula propius accedēs miſerabiliter dixiſſet: O mulier fortunæ: cōtinuo illa p geminoſ bonæ reſpondit. Qua eñ gratia filiū peperi: ut pro ſparta moreretur: hoc mihi contigit. At Gyrtia & ipſa Lacæna cum nuncius ueniſſet ex Creta: qui Acrotati ex filia nepotis mortē nunciaret: reſpondit: Nonne cū iret aduerſus hoſtes: aut erat ab illis interimēdus: aut illos interempturus? Libentius uero ait eum mortuū audio pro matris & urbis maiorūq; ſuoų dignitate: q̄ ſi tempus oē ignauus uiueret. Damatriæ uero factū eſt longe ſeueri⁹: quæ cum accepiſſet filium & timidū eſſe & ſe indignū: eū cum primū aduenilſet occidit: inſcripſitq; huiuſmodi epigramma.

*Gyrtia* · *Creta* · *Acrotatus* · *Damatria*

*Damatrios*

Hunc timidū mater Damatrion ipſa peremit
Nec dignū matre nec Lacedæmoniū.

Et alia item Lacæna cum audiuiſſet filiũ & ſeruatũ eſſe & fugiſſe ex hoſtiũ manibus: ita ei ſcripſit: Mala de te fama diffuſa eſt: aut hanc nunc elue: aut ne ſis. Alia rurſus filiũ aduenientẽ intuta: & quid ageret patria percunctata: Cum is reſpõdiſſet: omẽs periſſe: eũ tegula ſublata ꝑcuſſit atq̧ interemit: inquiẽs: Te igitͬ malũ nunciũ nobis miſerũt. Identidem etiã a Lacæna illa muliere factũ legimus: quæ filiũ qui ex acie fugerat occidit inquiẽs: Non meũ eſt hoc germẽ: addiditq̧ huiuſmodi epigramma.

Vade malũ tenebras germẽ pete: queq̧ peroſus
Eurotas ceruas ne fluat ad timidas.
Si catulus nequã perrexeris: ito ſub horchum.
Nec ſparta dignus: nec generis titulis.

Et qm̃ exempla huiuſmodi poſſem infinita pene afferre: uno tantũ & peregrino & de Lacæna itẽ generoſaq̧ muliere exẽplo addito reuertar ad uiros eoſq̧ Patricios ac Venetos. Lacæna quædã mulier filios quinq̧ quos habebat ad id bellũ miſerat: quod in ſuburbijs gerebatͬ. Quæ cum ſtetiſſet euentũ pugnæ expectans: ubi quis aduenięs percunctanti ei nunciaſſet filios omis obiſſe: nõ hoc inquit percunctabar ignauũ mancipiũ: ſed qd agit Patria. Cui cũ ille ſubdidiſſet ab ea eſſe uictoriã: Libenter igitͬ ait accipio etiã filioꝶ mortem. Sed audi iam de tuis eruditiſſimis duobus & ſapiẽtiſſimis uiris Leonardo Iuſtiniano ac Franciſco Barbaro. Hi eẽm fratrẽ habebat Zachariã: uirũ certe grauẽ & perhumanũ patrem ampliſſimi Veronẽſis pontificis Hermolai: qui nõ ſecus Franciſcũ educauerat atq̧ dilexerat: ꝙ ſi ex ſe ipſe genuiſſet: eum uero Frãciſcus æque obſeruabat & omi pietatis munere uenerabatͬ ac ſi pater extitiſſet: ubi uero diem obijt Zacharias: primarij urbis ciues ad Frãciſcũ uenere cõſolandũ: quos ita ille excipiebat: & oris tranquillitate & grauitate ſermonis: ut qui cõſolaturi uenerãt: cõſolandi fuiſſe uiderentͬ. At Leonardus qua cõſtantia: qua æquitate ãimi: qua lenitate: q̃ ui oratiõis in obitu Marci fratris uiri cõtinentis & integri: quo uno nihil habebat in uita charius uſus fuerit: quis eſt qui melius norit ꝙ ipſe tu? Quod taliũ uiroꝶ factum laudas: quid tibi faciundũ ſit noſti. Turpe eſt em̃ qua laude ipſi careamus: eam cuiq̧ ut rem præcipuã præclarãq̧ tribuere. Reliquũ eſt: ut duoꝶ principum & Paſchalis & Malipperij: qui præſentia ſummæ reipublicæ præeſt: & Franciſci Foſcari: qui hunc in ea dignitatis maieſtate anteceſſit: inclytas eadem in re uirtutes ſilẽtio inuolui nulla uel cõſuetudine uel negligẽtia ueſtra patiar: ꝙ ꝙ id fieri fama eſt quorũdam culpa: qui uel domeſticæ cuiuſpiã ſibi notæ conſcij: uel quia neq̧ in ſua: nec in

Leonardus iuſtinianus.
Frãciſcus barbarus
Zacharias
Hermolaus epiſcopus.
Paſcalis dux
Frãciſcus dux.

ſuorum maiorū ulla uirtutis luce uerſati aliorum gloriæ inuideāt. Francisco em̄ Foſcaro tanta prudentia: tanta rerum magnarum omniū cognitione: tanta eloquētia: tanta animi magnitudine uiro Iacobus erat filius: quē pater & quia filiū & quia unicū incredibili charitate atq; indulgētia diligebat: adeo ut eo nihil habere ĩ uita iucundius poſſet ab oībus iudicari. Quid aūt in cauſa fuerit: neſcio. Illud mihi uideor ſcire nullū: aut eſſe aut excogitari poſſe genus cruciatus: quo ille fere ad mortē uſq; afflictus ſæpe nō fuerit. Ad poſtremū arceſſitus ex inſula Creta: ubi relegatus aſſeruabat̄: & in organo porrectus ac uinctus: quo torquendi genere aliud nullū fert̄ neq; durius eſſe neq; horribili[illegible]: ita membratim tractus exagitatuſq; eſt: ut ſolutis neruis artu[illegible]uſq; laxatis exanimus prope redderet̄. Num dux Frāciſcus aut uult[illegible] mutauit unq̄: aut uerbū fecit ullū ĩ tāta & tā atroci filij clade q[illegible]a corā quodāmō ĩtuebat̄? Sat em̄ intuebat̄ cū & filij uociferat[illegible]es eiulatuſq; e proximo cubiculo audiret: & quod ſit organi ſupplici[illegible] nō eſſet ignarus. Cūq; poſt illius immanitatē truculentiāq; ſupplicij corā uideret allatum: nā quo is modo duci potuiſſet: cui nu[illegible]a corporis pars conſiſteret: Nunquid ullum ĩmutatum ſignū o[illegible]endit in facie: quicq; ne eſt locutus aut mollius: aut remiſſius? Q[illegible]aſi iſtiuſmodi quæſtionis horribilitas nō ſuperet oēm mortis nō dicam dolorē: qui ut docui nullus eſt: ſed doloris formidinē quē indocti iudicant. Nam Paſchalis dux quo uno nihil produxit natura humanius: nihil mitius: nihil melius: nihil amabilius: ſolū filiū quē habebat: uirū magnū & modeſtū: quinto menſe ante ducatū amiſit: & quē filij loco mirifice diligebat ſolū ex eo filio nepotem præſtanti indole & ſpe maxima puerum hoc anno paucis ante menſibus ſepeliuit. Quis eum uidit aut in filij aut in nepotis obitu uel lachrymulā unā fundere? Et ſapienter id quidē. Quid em̄ ullus doleat quod & naturale eſt & neceſſariū & bonū? Scimus hunc caſum oībus eſſe cōmunē. Itaq; uanus ē dolor: quē nec primū nec ſolū eſſe cognoſcimus. Et præſens uita quid habeat in ſe boni nihil uideo. Proinde ſapienter ait Eccleſiaſtes: Totā uitā odio habui. Quod ſi uita habenda eſt odio ut malorum omniū cauſa: certe mors & appetenda eſt & amāda plurimū. Hoc habet tantū uita in ſe boni: quod per eam tranſitus patet ad mortem: ſine qua reuiuiſcere nemo poteſt. Quē em̄ mihi probabiſ reſurrecturum niſi mortē antea moriat̄? Cupio diſſolui inquit Apl's: & eē cū chriſto. An id dixiſſet uir ille ſanctiſſimus: niſi intellexiſſet: ut erat omī doctrina ſapiētiaq; inſignis: & ĩ hac uita mortali nihil eſſe oīo boni: & ĩ morte ut mali oīo nihil: ita boni etiam plurimū? Quare ſi Franciſcum Philelfum tuum: qui & ipſe

Iacobus foſcarus

Creta

Paſchalis dux

in ſimili caſu eſt: & te plurimū diligit: audire ſequiqꝫ inſtitueris Ia/ Iacobus anto/
cobe Antoni Marcelle: nō modo non lugebiſ obitū Valerij filij: ſed nius Marcell⁹
gaudebis potius: quoniam cum illo actum eſt optime. Exultat ille Valerius
nunc inter angelorum choros: perturbatione curaqꝫ omi uacuus.
Diuinæ ſubſtantiæ uiſione fruitur. Tibiqꝫ patri indulgentiſſimo
quo dum erat in terris: nihil ſibi neqꝫ charius habebat neqꝫ iucun/
dius: in cælo domiciliū parat. Ineſt enim adhuc in filijs noſtris ſan/
ctus quidam appetitus recipiendi corporis: ut quo ſocio in terreſtri
hac peregrinatiōe & comite uſi ſunt: cum eo etiā ſimul in cæleſti trā
quillitate & beatitudine gaudeant. Quod ſi corpus appetūt ſecum
eſſe: parentes etiam quorum portio corpus eſt: conſentaneæ appe/
tūt. Quid igitur doleamus in gaudijs & gloria filiorum? At indul/
gendum aliquid fuit naturæ deſiderio: ne ſi efferueſcēte adhuc uul/
neri remedia fortiora eſſent adhibita: dolor magis atqꝫ magis exa/
gitatus incrudeſceret. Qui enim recenti uulneri curationeſ adhibet
ualidioris: dolorem exaſperat magis ꝙ lenit. Sed ecce annus iam
tibi præterit: ſatis naturæ imbecillitati: ſatis opinioni: ſatis officio
tributum eſt. Iam ratione uti nos decet. Priuatus dolor cum ami/
corum dolore tibi eſt digerendus. Omnes enim quibus es chariſſi
mus: tua cauſa dolemus. At fuerint uel humanitatis: cuius mirifi/
ce ab omnibus laudaris: uel liberalitatis tuæ qua cæteros homineſ
antecellis: liberare nos tandem omi doloris aculeo: quod una ſane
re feceris: ſi te uiderimus finem impoſuiſſe tantæ doloris acerbita/
ti. Quod ſi neqꝫ tua neqꝫ noſtra etiam cauſa: ut tibi tuæqꝫ ætati par
cas: potes adduci: moueāt te ſaltē reliqui tui liberi: q̄s tu⁹ mœror te
net ī lachrymiſ: Moueat Luca uxor tua nobiliſſima prudētiſſimaqꝫ
uirago: quā longe magis tantus dolor tu⁹ affligit: ꝙ cōmunis iucū/
diſſimiqꝫ filij mors cōmouerit. Cuꝰ ei⁹ ingeniū: ei⁹ moderatio me de
lectat: quæ ſe maiorꝫ ſuorꝫ ſimilē ꝙ ſe oſtendit illuſtrē. Eſt uxor iſta
tua Patauia: & ex Leonib⁹ qdē Patauina. Fert aūt Leon inter An/ Leones
tenoris proceres clariſſim⁹ extitiſſe. Ex illo aūt auctore Leonū fami Antenor
liā Patauij emanaſſe ne grææ quidē negāt hiſtoriæ. Quare ut no/ Leon
bis amicis omnibus: ut liberis tuis: ut tanta probitate uxori tam Patauiū
diuturnam: tam grauem: tam intolerabilem animi moleſtiam om
nino auferas: & monet tempus & cogit ratio. Id autem facillime aſ
ſequaris: ſi iiſdem remedijs in tuo iſto caſu: ut aliquando inſtitue/
ris quibus ipſe in obitu Olympi mei ſum uſus. Nam ad eas cæte/ Olympus
ras rationes quas modo collegi: plurimum tibi proderit: non ad le
niendā ægritudinē ſolū: ſed etiam ad lætioris uitæ ſuauitatē ſi om/
nem Valerij filij infantiā: ſi indolem: ſi ingeniū: ſi corporis formā: ſi

morum probitatē ac decus: ſi doctrinæ & eloquētiæ ſtudiū: ſi tot il/
las tantaſq; uirtutes repetere tecū animo perrexeris. Nec em̄ eſſe de
bes oblitus: cum tuo ex collo Valerius penderet: cum te oſcularet̄:
cū hæreret in brachijs: & quo magis garrula lingua balbutiebat:
eo fiebat ipſa uerboꝝ offenſione iucūdior auditu. Reminiſcere præ
terea ꝙ lucebat in eius oculis ſcintilla uigoris tui: & ut tuorum mo
rum ſimilitudo tanꝗ per cutis erumpēs ſpeculū: animi tui magni/
tudinē ac prudentiā referebat. Recordare faciē illam niue om̄i can/
didiorē roſeaſq; genas purpuræ ꝙ ſimillimas. Nōne ſic ore matris
uenuſtatē formæq; paternæ dignitatē repræſentabat: ut uno in cor
pore uterq; cognoſci poſſet? Repete eius māſuetudinē & modeſtiā:
qua erat tanta: ut omnē uinceret ſanctimoniā. Neq; em̄ ingenij do/
ctrinæq; & eloquētiæ bonitate abutebat̄: ut in ſuperbiā elatus ab/
ducta fronte æqualis cæteros cōtemptui haberet: ſed ſe om̄ibus fa
cilē: affabilē amabilēq; præſtabat. Grandioris uenerabat̄: præſer/
tim eos qui uirtute & grauitate antecellerent. Inferioris uero tanta
ſibi cōciliabat beniuolētia: ut ſe illis parem facere uideret̄. Et adeo
gloriā purgati animi uirtute anteibat: ut nullā aduerſus ſe concita/
ret inuidiā: ſed æque diligeret̄ atq; obſeruaret̄ ab æqualibus om̄i/
bus. Et quaſi intelligeret ex æqualiū moribus ſe iudicatū iri: illorū
pueroꝝ ſemper cōſuetudine ūtebat̄: qui om̄i uacarēt incontinētia:
quos nullius flagitij reos ſentiret: quos ad diſcipliuā: quos ad pro/
bitatē incitatos agnoſceret. Quos tn̄ omnis quaſi ſtellaꝝ fulgores
ipſe tanꝗ iubar ſolare quoddā mirabili ſplendore obumbrabat at
q; obſcurabat: & q̄ magis ab illis fugeret honorari: eo ſe honorabi/
liorē præſtabat: Quoq; erat animi celſitudine excellentior: eo ſe hu
Chriſtus militatis uirtute quā apud Chriſtū primā eſſe didicerat magis defi
ciebat. Iurgantis aūt inter ſe ſocios quēq; pro more cuiuſq; aggre/
diebat̄: aliū monēdo: aliū blandiēdo: aliū rogando: & ita om̄is leni
amicoq; ſermone mutua beniuolentia ueluti fœderabat. Quod ſi
quē uidiſſet ex ſocijs aut uerbo laſciuo uti aut ineptiore: illū uel cō/
tracta frōte uel triſti uultu aſpiciēs arguebat leniter ac ſubmiſſa uo/
ce: inquiens eiuſmodi ſermonē nō eſſe patricij nec ingenui pueri: &
quod per oris orationē uolūtas oſtēderet̄. Et ne qua uanæ cogita/
tionis ſagitta feriri poſſet incautus: nullū ocium admittebat. Nam
qn̄ ab alijs rebus ſibi ociū uidebat oblatū: diuinā aliquam oratio/
nem animo uolutabat: qua ueluti clypeo uæhemētior ictus om̄is
repelleret̄. Quis em̄ adeo eſt a natura bene inſtitutus: ut tanꝗ ſen/
ſus expers perturbationū initijs nō tangat̄? qbus tn̄ reſiſtere & eas
non pati effundi latius ſummæ uirtutis eſt. Meminerat ſane quod

ſcriptum eſt: procliuius eſſe cor hominis a puericia ad malũ. Quare tametſi erat generoſa quadã atq; pene inaudita animi magnitudine: ab ira tñ quã nõnulli cotem fortitudinis eſſe dicũt: ita ſe cõpeſcebat: ut iratus nunq̃ uidereť. Repetebat eñ frequẽter aĩo nõ mõ illud Archytæ Tarentini dictũ in uillicũ: Afficerem te ſupplicio: niſi iratus eſſem: ſed etiã multo melius illud propheticũ: Turbatus ſum & nõ ſum locutus: atq;: Iraſcimini & nolite peccare. Quid q̃d ornatu corporis ſæculo ac mentis puritate deo ſeruiebat? Diuitiarũ affluentia nõ uitiorũ ſed uirtutũ materia illi erat. Quicquid peculiolæ aut abs te patre prudẽtiſſimo aut ab indulgẽtiſſima matre accipiebat: id oĩe pauperib⁹ tribuebat. Illudq; præceptũ aſſiduo ſermone celebrabat: Si uis eſſe pfect⁹: uade & uende oĩa quæ habes & da pauperibus: & ueni & ſequere me. Et qm̃ uerecũdia ſe nõ metu ad uirtutẽ munierat: modeſte ſemper aliquid proponebat: libenter audiebat: nec unq̃ ſine ingenito illo pudore q ornabat ætatem proponẽtibus reſpondebat. Recta ſuſcipiebat: quæ praua eſſe animaduerteret: acriter cõfutabat: Operãq; dabat: ut aduerſariũ docere magis q̃ uincere uidereť. Si quid boni aut feciſſet aut dixiſſet: eius laudẽ omnẽ uel in parẽtes uel in magiſtros referebat. Q̃d ſi quicq̃ ut fit aliter eueniſſet q̃ uellet: ſuũ eſſe erratũ dicebat: magiſtros aũt aut parẽtes nulla eſſe in culpa. Ita eius fæcundũ ingenium multipliciũ uariarũq; laudum ſtudijs tenebať: ut inſtar lætæ ſegetis uberiſq; agri culmis atq; ariſtis luxuriãtis ſupra omnes uirtutis gradus mirifico incremẽto quotidie adoleſceret. Quid enim plura meminerim? Nihil eius ingenio natura docibili⁹ protulit: nihil acutius: nihil feracius: nihil admirabilius. Et cum nõ eſſet in diſcendo minus uelox q̃ in audiẽdo quæ didicerat: ita memoriter tenebat: eloquenterq; proferebat: ut diuino quodã afflatus numine quiret ab oĩbus iudicari. An hæc & alia fere infinita ſi tecũ tacitus recenſueris: nõ cogitatiõe ipſa lætabere: nõ geſtes: nõ exilies gaudio? Eq̃dem exiſtimo te illũ nunc abſentẽ perinde reflexa ceruice inter dormiendũ perſæpe & quærere: & aſpicere: & complecti: & alloqui q̃ſi præſentẽ. Num parũ tibi ex illius recordatione ſuauitatis ſupereſt: cum uideť adhuc cogitanti tibi oculos tuos deoſculari: uultui hærere: ceruicẽ complecti ulnulis: teq; blandiẽs rogare: ut ſollicitudinis tædia abducas: ut curas leues: ut ægritudinẽ oẽm animo abijcias: ut nihil ſeruilius: nihil languidius: nihil eneruatius: nihil humilius: nihil demiſſius præ te feras: cum qui excelſiore loco natus ſis: qui res illuſtris tot tantaſq; geſſeris: nullum tuũ neq; dictũ neq; factũ latere poſſit. Hæc inq̃ tibi reminiſcenda ſunt Iacobe Antoni

Archytas

Iacobus Antonius Marcellus

Marcelle: atq̃ uerſanda frequẽti animo. Quod ſi factũ abs te fuerit: nõ poteris nõ miro perfundi gaudio cũ intellexeris & tibi & filio cõſultum eſſe q̃ optime. Illi quidẽ quod poſt innocẽter & bene actam ſæculi uitã æternã adeptus beatitudinẽ iam nihil ſibi ſentiat formidandũ: tibi uero qđ certo ſperare liceat a Valerio tuo paratã in cælo ſedem: ubi tu nõ poſt diuturnũ admodũ tempus tranquillam atq̃ iucũdam uitã una cũ illo ꝑ ſempiternã gloriã ſis actur⁹. Interea uero quod reliquũ eſt: ad idem te adhortabor: ad quod Nicoclen regẽ Iſocrates: Quoniã mortale tibi cõtigit corpus: animus aũt ĩmortalis enitere: ut animi memoriã relinquas ĩmortalẽ.

Ex Mediolano anno a natali chriſtiano: Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoprimo: octauo Kalendas Ianuarias.

## Franciſci Philelfi Epiſtola conſolatoria ad Petrum Iuſtinum Philelfum nepotem ſuum de obitu Alphinæ matris dilectiſſimæ. IIII

a

Vdio te angi animo ex obitu Alphinæ matrꝭ honeſtiſſimæ & probatiſſimæ fœminæ uæhementius q̃ par eſt. Amiſiſti tu ſane matrẽ: at ego filiã: cum eñ nata eſſet ex Nicolao fratre meo germano: haberet q̃ Tholẽtini primaria quædã mulier: eã certe diligebã ut filiã. Itaq̃ nõ minor mihi in ea iactura facta eſt q̃ tibi filio. Num fortaſſis ignoras ea nos lege natos omnis: ut tandẽ moriamur? Illoꝝ dolenda mors eſt: qui nunq̃ meminere ſe morituros. At Alphina quid de hac mortali uita ſentiret: liquido fecit exploratum oĩbus: cum foret uſq̃ pietatis & chriſtianæ religionis obſeruãtiſſima: miſericordiæ operibus aſſidue dedita. Nullo in proximos odio tenebaẽ iniuriaꝝ: nõ minus oblita q̃ beneficẽtiæ memor. Intelligebat in hoc ſæculo nihil eſſe firmi: nihil ſtabile: nihil ſũmopere appetendũ: Sed uerã & optandã tranquillitatẽ ac beatitudinẽ in cælo repoſitã: ad quã peruenire q uellet: eũ uacare oportere oĩni ſorde mundana: ſeruari ab angelis habitacula bonoꝝ: infernalis pœnas & intolerabilis cruciatus ijs apud inferos cõſtitutos: qui ſui deiq̃ obliti uitã uiuerent bælluaꝝ. Nihil neq̃ faciebat: neq̃ loquebatur: neq̃ cogitabat: cui⁹ nõ redderet probatiſſimam rationẽ. Erat ab oĩni muliebri uanitate atq̃ immũdicia abhorrẽs. Cibo ac potu utebaẽ moderatiſſimo: eoq̃ minime delicato. Norat eñ oris incontinẽtiam iter parare ad illecebras & obſcœnas corpo/

ris uoluptates: quibus & corpus uitiaretur & anima. Et quia didicerat ei cum immortali deo eſſe ſermonem: qui diuinis orationib⁹ ſtuderet quicquid ſubripere poterat a domeſticis negocijs illiſq; neceſſarijs: id om̄e orādo uſurpabat. Præſtabat formæ bonitate cunctas mulieres Tholentinates: quā ipſa nulla fouebat arte: ſed ea grauitate pudoreq; leniebat: ut uenerabilis omnibus redderetur. Familiam ſuam bene moratā ut redderet: modeſtiſſimis ſuis morib⁹ curabat eſſe exemplo. Celebrationi hoſtiæ chriſtianæ ut q̄ deuotiſſime intereſſet: ne unum quidem diem prætermiſit unq̄. Liberos ſuos caſtigatione magis q̄ uerberibus inſtituebat: caſtigationem inquiens dici humanitatis: uerbera iracundiæ: quæ a furore alio nihilo diſtare q̄ tempore iuſticiam nō legibus ſed bono & æquo metiebat. Conſtantiam in ſexu muliebri apprime laudabat. Leuitatem non oderat modo ſed etiam execrabatur. Fortitudinem probabat eam: cui nihil admixtum eſſet excandeſcentiæ. Et ut prudentiæ operibus gaudebat: ita ab omni mala malicia perinde quaſi a teterrima quadam peſte auertebatur. Somni erat pauciſſimi: cūq; uigilaret omnis eius cogitatio erat de animæ immortalitate ac futura uita. Præterea per noctem cogitabat quid in die foret actura. Parſimoniam domeſticis in rebus amplectebatur: In diuinis uero liberalitatem ac munificentiā. Ieiunijs (quibus ſupra naturam muliebrem utebatur) reddi ſe dicebat & ingenio perſpicatiorē: & membris ualidiorem. Sed quid hæc tibi & alia plura cōmemorē: quorum non es ignarus? Nempe (ut memineris) ex talibus uitæ inſtitutis laudatiſſimiſq; operibus nihil mali Alphinæ matri euenire potuiſſe: ſed iam ea contigiſſe bona: quæ maxime optabat cum eſſet in uita. Fruitur enim æterna beatitudine: breuiq; futurum ſperat ut illud poſſideat habitaculum quod angelica cuſtodia ſibi ſeruatum nouit. Deum omnipotentem pro te orare non deſinit: ut hanc uitæ peregrinationem ita trāſigas: ut ſecum una in cæleſti patria ſis futurus. Hæc ſi tecum ipſe cogitabis: iudicabis profecto non modo tibi non eſſe dolendum ſed lætandum potius: qd' ea ſis matre natus: cuius ſanctiſſimis meritis in cæleſtem ſis gloriam peruēturus. Vale ex urbe: quindecimo Kalendas Martias: Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto. 1476

¶ Franciſci Philelfi Oratio funebris pro magnifico ducali ſenatore & clariſſimo equite aurato Philippo Borrhomæo comite Haronæ. V.

# FRANCISCI PHILELFI

PErdifficile mihi profecto & apprime laborioſum oblatum
eſſe dicēdi argumētum intelligo uiri excellētiſſimi: qui cum
ipſe cōſolandus ſim: uos cōſolaturuſ aduenerim. Quid eñ

Philippus borrhomæus

nō admodū doleam atq; ingemiſcam Philippi huius Borrhomæi
ſplēdidiſſimi uiri obitū : in cuius uita permagna erat bonis oībus
ſpes repoſita? Quare cum publicū & cōmune quoddam perfugiū
atq; præſidiū e medio uideā eſſe ſublatū: iure mihi dolēdū poſſim
exiſtimare: Itaq; merito libet mihi exclamare: Oh durā & ineuita-
bilem naturæ humanæ neceſſitatē: cui nulla noſtra remedia aduer
ſanť: Oh inexorabilē & immitem hominū ſortem: quæ tum oppri-
mis maxime: cum nullas abs te putamus impendere inſidias. Sed
quo feror demēs? Leuaturus accerſor nō exaſperaturus acerbitatē
crudiſſimi uulneris. Vinciať igitur obſtringatq; oīs animi dolor
rationis cuſtodia: ut quē deniq; tempus tollet omnino: eum iam hic
ſedet prudētia & cōſilium. Nam animus perturbat⁹ ita ſeſe abhor-
ret: ut recte iudicare nihil queat. Et qm̄ uulgo putant nō eſſe huma
nitatis ſolum: ſed etiam iuſticiæ lugere plurimū eius mortē: quem
plurimū dilexerimus: quæ adduci poſſint iſtiuſmodi mœroris cau
ſæ: uideť dicēdum paucis. Namq; hæ diligētius cogitanti mihi of-

Quinq; lugendi cauſæ

feruntť quinq; numero. Aut eñ dolemus noſtra cauſa: quod exi-
ſtimemus ex alterius morte magnis nos quibuſdam priuari com-
modis: aut illius cauſa qm̄ eum opinemur uitæ huius ſuauitatem
amittere: aut qa arbitremur mortē ſine acerbiſſimo dolore accede-
re poſſe nemini: aut qđ uereamur fore: ut animus ipſe intereat una

Prima cauſa

cum corpore: aut propter futuros apud inferos cruciat⁹. Et dole-
re quidem noſtra cauſa hominis eſt ſeſe amātis: non alteꝝ: ob eāq;
rē neq; magnanimi: neq; liberalis: quin potius ignaui prorſus nul-

Secūda cauſa

liuſq; uirtutis. In morte autē q dolor ineſſe poteſt quæ ſimillima

Diogenes Cyon

ſomno eſt adeo: ut Diogenes ille Cyon ſolutus in ſomnū anteq̄
moreretť ueluti iocabundus dixerit fratre ſororem anticipari. Nam

Philoſophi

eadē uia atq; ui & mortē & ſomnū fieri: acutiſſimi philoſophi tradi
dere. Sed ut ſomno ita etiam morte ne ſentiētes quidē corripimur.

Tertia cauſa

Qui uero cenſent animos ſimul cum corporibuſ interire: hi ſane cū
maxime uidentur uiuere: mortui ſunt: nō ea ſcilicet morte qua hu-
ius uitæ curſum munuſq; explemus: neq; ea qua peccato morimur

Apoſtolus

& deo uiuimus: ut inquit Apoſtolus: Conſepulti eñ ſumus cum
illo per baptiſmū in mortem: ſed ea potius quæ eſt peccati: de qua

Quarta cauſa

etiam ſcriptū legitur: Anima quæ peccat ipſa morietť. Futuri aūt
apud inferos cruciat⁹ illis horrēdi ſuntq; ſemetipſos cū uiuerēt hāc
mortalem uitam: per oīe flagitij imanitatiſq; genus q̄ fœdiſſime

uolutarũt:non Philippo Borrhomæo cuius uniuerſam uitam pſe/
nam fuiſſe honeſtatis & officij noſtis omẽs. Quis eẽ uno Philip/
po cõtinẽtior? quis modeſtior? quis cõſtantior? quis in omĩ re mo/
deratior? Nam & humanitate & beneficẽtia ſemper quãta fuerit: — Humanitas
nemo eſt quẽ lateat. Et nõ modo nemini unq̃ iniuriam intulit: ſed — Beneficẽtia
ne cuiq̃ inferret omĩ ope operaq̃ curabat. Religionis eius & pieta/ — Religio
tis ſtudiũ ne parietes quidem ipſi ignorant. Intelligebat eẽ homo
prudentiſſimus nõ eſſe in hac mũdana uita patriã noſtrã ſed in cæ/
lo. Et q̃diu hic peregrinamur oportere nos meminiſſe illi⁹ patriæ:
ubi noſtra mãſio futura ſit ſempiterna. Quare ut ab omĩ cõtagiõe
peccati & maleficio abſtinebat: ita die noctuq̃ aliud nihil neq̃ age/
bat: neq̃ cogitabat q̃ proſtratis & cõculcatis turbulentiſſimis ani/
mi motibus: ad illius ſe uoluntatẽ componeret atq̃ confirmaret:
ad cuius imaginẽ & ſimilitudinẽ factus eſſet. Nullis inq̃ nunc ſup/
plicijs eſt obiectus innocentiſſimus & optimus uir Philippus Bor — Philipp⁹ bor/
rhomæus: ſed illis fruit̃ præmijs quæ in cælo his propoſita ſunt: q — rhomæus
dum in huius uitæ curriculo ſe exercent q̃ minimã ſibi ſocietatem
cum corporibus eſſe ſinũt: Nam quã mihi fabulet̃ quiſpiam uitæ
ua uitatẽ? Quæ nam eſt in hac procelloſa uita ſuauitas? quæ tran/
quillitas? quæ requies ulla? Quod ſi quã tandem ſuauitatẽ depra
uata hominũ ratio ſibi finxerit: nõ tam eius acceſſio ulla optanda
fuerat in Philippo: q̃ metuẽda ſeceſſio. Impleratiam quintũ æta/
tis & quadrageſimũ annũ ualitudine proſpera: & eadem integrita/
te ſenſuũ: qua ab ineunte adoleſcẽtia ſemper fuit. Bona uero exter/
na quæ animo bene inſtituto erant maiora alia expectãda? Natus
eſt Vitaliano patre uiro in omni genere laudis probatiſſimo: quo
uno illuſtriſſim⁹ ille & ſapiẽtiſſimus dux Philipp⁹ uix habuit apud
ſe quicquam aut charius aut ſplendidius. Vitalianorum autem
originẽ altius ſiquis repetere uoluerit: inueniet eam manare a Vi/ — Vitalianus
taliano antiquiſſimo totius Venetiæ rege: a quo etiam ipſo fluxiſſe — Philipp⁹ dux
compertum eſt ſanctiſſimã uirginem hanc Iuſtinã: cuius ſacratiſſi/ — Vitalianorũ
mum nomẽ per tot religioſiſſima monaſteria in uniuerſo prope or/ — origo
be terrarum celebratur. Sed ne curioſius q̃ par eſt: uetera conſecte — Vitalian⁹ rex
mur: & ut reliquas etiã affinitates: propinquitates: neceſſitudines: — Iuſtina
quæ ſunt fere innumerabiles: breuitatis gratia prætereamus: reli/ — Philipp⁹ bor/
quit ut omẽs ſcitis nobiliſſimus uir Philippus Borrhomæus filias — rhomæus
tris eaſq̃ pudiciſſimas: filios uero duos. Nonne ex illarũ honeſtiſſi/ — Ruſcones
mis matrimonijs tris ſibi clariſſimas potentiſſimaſq̃ familias per/ — Comum
petuo affinitat̃ ac beniuolẽtiæ uinculo cõiunxit: Ruſcones Comi: — Vicecomites
Vicecomites Mediolani: Parmæ aũt Rufos? Nam ex huius Ioãnis — Mediolanũ

cõiungio ornatiſſimi equitis aurati: in quo uno patritæ auitæq; uir
tutes mirifice reſurgunt: Magnificos carpi dominos habebat affi/
nis. De Vitaliano autem ingẽti ſpe puero quem hic præſentem lu/
gubrẽq; uidetis: nõdum per ætatem ei licuerat aliam curam cape/
re: ꝙ id præſtare ut & fratris & ſui ꝙ ſimillimus foret. Quid eñ lo/
quar de patriæ ſplendore: qui qualis quãtuſq; ſit: ſatis ſuperq; pa/
Philippus tet: cũ de eius maioribus ſum locutus? Nam ſiue Patauinũ Philip
Patauinũ. pum dixerimus: ſiue Mediolanẽſem: patria natus eſt & uetere & in
Antenor troianus primis inclyta. Nam Patauiũ Troianus Antenor cõdidit: qui quic
quid iacet inter alpeſ & ſinũ Hadriaticũ: magna ſua cũ laude ſubiu
Alpes gauit. Mediolanũ uero ab Heduis Galliſq; tranſalpinis conditum
Mediolanũ eſſe cõſtat: qđ ipſum nomẽ accepit ab urbe priſca illa & nobili Me/
Hedui diolano quæ in Xanthonib⁹ adhuc extat. Quanti aũt Mediolanẽ/
Galli ſem hanc urbem fieri oporteat: ex eius rebus tam multis & tã præ/
Xanthones claris cũ ſupiorib⁹ ſæculis: tũ noſtra etiã tẽpeſtate aſſidue geſtis nõ
obſcure iudicari poteſt: accedũt opes & ampliſſimæ facultates: qb⁹
cæteris Mediolanẽſibus oĩbus poſt ipſos principes ſuperior Phi/
Angleria lippus erat atq; habebatur. Dominabatur eñ nõ Angleriæ & Ha/
Harona ronæ ſolum: cui⁹ erat Comes: ſed aliis quoq; nõnullis municipiis
Municipia & caſtellis. Quid eñ meminero: uel militiæ: uel ſenatorij ordinis
Caſtella inſignia: quibus a diuo principe noſtro propter eximias eius illu/
ſtriſq; uirtutes ornatuſ eſt? Q̃ uero charus eſſet & periucũdus uni/
Pompa uerſis ciuib⁹ atq; peregrinis: ex præſentis funerſ pompa licet anim/
Honos aduertere. Q; ſi duo maxime in oĩ republica expetunt: honos &
Vtilitas utilitas: in quibus ipſis permagnã poſitam uoluptatẽ rentur: quid
Voluptas uni Philippo defuit in tantis uel ſuis uel fortunæ cõmodis ad uitæ
Philippus ſuauitatẽ? Tempeſtiue igitur exceſſit ex hac uita turbulentiſſima: in
eam profecturus uitã: quæ nulli eſt motui: nulli mutabilitati ſubie
cta. An fortaſſe neſcimus quo diutius uiuitur: eo magis peccatur?
Mors Itaq; optãda profecto eſt ea mors: cuius interuẽtu fit ne culpa red/
Ariſtippus cyrenaicus datur quotidie cumulatior. Quod ſi Ariſtippus uoluptari⁹ ille Cy
renaicus: quo uitæ cõſuleret: quicquid nummoꝝ ferebat ſecum ab
ieciſſe fertur: nos quo uitam poſſideamus æternam: miſerabilẽ ui/
tam hanc atq; ærumnoſam: quæ & caduca eſt & lubrica & incerta:
Paulus apſus tanti ducendam arbitrabimur? Cupio (inquit Paulus) diſſolui: &
Chriſtus eſſe cum chriſto. Quis uero cũ chriſto futurus ſit: ubi ſe minus eius
imitatorẽ geſſerit? Quod ſi ille noſtra cauſa mori uoluit: nos ꝓpter
noſipſos dubitem⁹ mori? Nec eñ ea mors mala eſſe ullo pacto po/
teſt: quæ ubi aduenerit: oĩ malo nos liberat. At dixerit quiſpiã:
quod uitã tollit: nõ malum eſſe non poteſt. Nec illud rurſus in bo/

nis nõ eſt habendũ per qđ uitã adipiſcimur ſempiternã. Niſi boni plurimum eſſet in morte: nunq̃ dixiſſet ſapientiſſimus ille Dauid: Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorũ eius. Quod ſi beneficio mortis terreſtri hac omi mortalitate perturbationibuſq; exuti immortalitatẽ ſimul cum tranquillitate induimur: ſi ne reſurgere quidem licet: niſi animi a corpore ſeparatio anteceſſerit: nolimus per deum immortalem: nolimus mortem in maliſ ducere: quæ aut eſt optima: aut optimorũ bonorum cauſa. Itaq; ponendæ ſunt lachrymæ: reprimẽdi gemitus: & animi dolor ſedandus penitus. Nã cum omis perturbatio grauis ſit: omniũ tamen moleſtiſſima eſt & pernicioſiſſima ægritudo: cui9 ui atq; impetu ſæpe factum legim9: audiuimus: uidimus: alios in ægrotationes incurabilis incidiſſe: alios furore inſaniaq; correptos: alios ſibi manum cõſcidiſſe. Et ne prolixius noſtra protrahatur oratio: prudentiſſimus ille mihi uideri debet: qui & naturæ legi non aduerſatur: & æquo animo fert neceſſitatem. Dauid Dolor Aegritudo

Hæc quidẽ oratio habita eſt in templo diui Franciſci: decimotertio Kalẽdas ſeptembris: Anno a natali chriſtiano: Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoquarto.

## ¶ Franciſci Philelfi Oratio funebris pro magnifico equite aurato ducaliq; ſenatore Stephano Frederico Todeſchino. ſVI.

q Vamq̃ non obſcure futurum animaduertam illuſtres uiri & ampliſſimi patres: ut mea hæc omnis de Stephani Frederici Todeſchini obitu: hominis ſane & præſtantis & magni tumultuaria conſolatio: nõ tam perſuaſiõis apud uos locum: q̃ impetitudinis conſequatur: uolui tamẽ in hac uæhemẽti ac prope communi omniũ ueſtrum acerbitate pertinacius eorum uoluntati refragari: qui apud me & auctoritate & gratia ualere plurimũ & poſſunt & debent. Nam ſi alia etiam omnia quæ huic tanto tam pio: tam ſingulari: tam eximio muneri perneceſſaria ſunt mihi adeſſent: quæ certe adeſſe nequaq̃ ſentio: duo tamẽ ſunt quib9 nõ temere a dicendo non deterreor. Quo enim pacto aut auſit aut ſperet quiſpiam conſolari alios: qui uel in primis cõſolandus ipſe ſit? Non enim poſſum nõ dolere & grauiter & permoleſte ferre eius uiri obitum: cui9 uita tum noſtro diuo principi Philippo Mariæ Anglo ſuauiſſimis ſuis moribus periucũda: tum bonis omibus grata: Stephanus fredericus

quippe qui intelligerent commune ſibi quoddam & firmiſſimum patrociniũ: præſidium: opem in eius ſalute poſitam ac locatũ eſſe. His igiť nõ abſurde cum officiĳ aut auxiliĳ quicꝗ uel aduerſis uel ſecundis in rebus ſuis deſiderant: Virgilianũ illud liceat crebra memoria atq̃ lachrymis uſurpare: Quis te paliure deorum eripuit nobis? Quod autem ſecundo loco me ab huiuſmodi oratione magis atq̃ magis dehortatur: eſt recentior & inuſitatus dolor acerbi uulneris: cui ſi mederi intempeſtiue ſtudeo: uereor ne uim doloris aggrauaſcam potius ꝗ̃ ulla ex parte leuem: faciam tamen neceſſe eſt quod imperiti medici nõnunꝗ̃ ſolent: qui ubi grauius ægrotantes curandos acceperunt: ueriti ne ſi diutius tardarunt fore ut morbus & inualeſcat & incrudeſcat magis: non graues ſolũ ſed etiam periculoſas curationes adhibent. Et ita fit fortuna quadam: ut ꝗ̃ ſana ratio deſperarat: temeritas bonam ſæpe ualitudinem afferat. Nolim autem miretur quiſꝗ̃ ſi in hoc ſubito & repentino dolore

Demades — ac luctu ſubita quoq̃ & repentina noſtra erit oratio: ſapiatq̃ De-

Demoſthenes — maden magis ꝗ̃ Demoſthenem. Ex tempore enim mihi dicẽdum fuit nullo apparatu: nulla præmeditatione: nullo ordine uti licuit tanꝗ̃ tumultuarius miles in aciem deſcendo. Magna profecto iactura nobis: & ea pene intolerabilis patres ampliſſimi in hu9 magnifici & excellẽtis uiri Todeſchini obitu facta eſt. Amiſimus enim eum qui nullius officiĳ: nullius bonitatis: nullius erat uirtutis expers. Nam cum ab ineunte ætate accepiſſet duas eſſe uirtutes ac uias hominũ animis propoſitas: quarũ altera per temporales actiones: altera quæ in contemplandis æternis rebus uerſatur perueniretur ad deum: non ſolum ut ſciret: ſed longe magis ut ſaperet operam omnem ſuam induſtriam omnẽ diligentiam accommodauit.

Iob — Memoria enim tenebat quod Iob uir ſanctiſſimus loquebatur: pietatem ſapientiam eſſe: malis autem abſtinere ſcientiam. Nihil uero magis eſſe ex media pietate ꝗ̃ deũ colere: quippe qui & uera & unica ſapientia ſit: & omnis rerum temporalium ſcientia ab ipſo ma-

Paulus apſ̄us — nat: id quod tum aliĳ nõnulli: tum Apoſtolus Paulus plane docet: inquiens: Aliĳ quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: aliĳ ſermo ſcientiæ ſcd'm eundem ſpiritũ. Quobrem non ſolum has nobiles inferioriſq̃ uirtutes: prudentiam: iuſticiam: fortitudinem: temperantiam egregie in omnẽ uitam ſecutus eſt Todeſchinus: ſed multo magis atq̃ magis ſapientiam ipſam. Intelligebat enim per huiuſcemodi temporalium rerum cognitionem: & humanæ turpitudinis fugam iter ſibi quoddã parari ad immortalem deũ: q̃ tamen ſe nunꝗ̃ eſſe ad eum omnino deducturum: niſi & pium ipſe ſe & il-

ti⁹ incōprehēſibilis & ineffabilis maieſtatis indefeſſum obſeruatio/rē cultorēq͂ præſtitiſſet. Itaq͂ nihil tāti faciebat: quanti diuinā reli/gionē. Ea ſe recreabat & reficiebat: ea ſe dies nocteſq͂ oblectabat: nec illorū quicq͂ aut omittebat aut prætermittebat: quæ ſacroſan/cta chriſtiana fide præcipiant. Tunc ſe ſancti & boni uiri officio ma xime fungi arbitrabatur: cum nihil quod a diuina lege abhorreret: ſed quod fas piumq͂ uidiſſet factitaret. Prædicare palam conſueue rat q͂ Pauſanias Pliſtonatis filius cuipiam olim reſponderet: leges uiris nō legibus uiros dominari oportere. Et quoniā omī in re deū ſemper ante oculos poneret: cui nihil occultū eſſe iudicabat: nihil erat eius fide cōſtantius: nihil certi⁹: nec promiſſi pœnitebat unq͂. Ea eñ in promittendo grauitate utebatur: & ita metiri oīa ac con ſpicere ſtudebat: ut nemini unq͂ iniuriam faceret. Qua in re illud re gis Ageſilai minime probabat: Cui cum quidam aliquando di/ceret: At promiſiſti: eodēq͂ ſæpius reuolueret: Ita me hercule pro/miſi inquit: ſi iſtud quidem eſt iuſtum: ſin autem iniuſtum: locutus ſum: nō promiſi. Nihil eñ neq͂ promittēdum: neq͂ ullo pacto per ſimulationē diſſimulationēue dicendum eſſe cenſebat: quod a iuſti/cia honeſtateq͂ foret alienum. Itaq͂ Agin illum quem Lacedæmo/niorꝫ ultimū regē prodidere: mirū in modū laudabat: qui cū parē/tes ut quippiam per iniuſticiā ſua gratia ageret: hortarentur ac ro/garent. Vbi aliq͂diu contradixiſſet: & illi nixius urgerēt ait: Q̄diu apud uos fui nullam tenebam iuſticiæ notionem: At poſteaq͂ me patriæ tradidiſtis huiuſq͂ uirib⁹ itemq͂ iuſticia atq͂ probitate pro uirili parte inſtituiſtis: hæc enitar: & non uos ſequi. Et quia uultis me quæ optima ſunt agere: optima uero ſunt quæ iuſta fuerint: cū homini priuato: tum ualde magis principi: quæ uultis agam: quæ dicitis miſſa faciam. Non igitur mirari quemq͂ oportet: ſi tanta cū æquitate: moderatione & abſtinentia ius oībus diceret: ſi nullius nec precibus nec opibus a iuſticiæ & pietatis regula dimoueri unq͂ potuit: adeo erat & magno & inuicto & elato animo: ut nulla earū rerū cupiditate caperetur: quas uulgus maxime haberet in precio. Quotus enim quiſq͂ eſt: qui ſi cui negocio procurationiue præfue/rit: non iure poſſit repetundarum arceſſi? Nequaq͂ hi cum animo ſecum reputant: quod & prudenter & uere Alchanes Thelecri fili⁹ aliquando reſpondit. Nam cum quis percunctaretur: q͂ ob rem a meſenitis munera nō accepiſſet: Quoniam ſi accepiſſem inquit: le/ges pace frui nequiuiſſent. At cum Thodeſchinus ei a noſtro huma niſſimo principe magiſtratui præfectus eſſet: quo nullus ali⁹ inter Inſubres Ligureſq͂ omnis neq͂ maior eſt neq͂ illuſtrior: quippe

Pauſanias

Ageſilaus rex

Agis

Alchanes

quod eius ditioni iuriſq; reddendo omnes ſacerdotum omniũ di-
gnitates: quæ permultæ ampliſſimæq; ſunt: ſubijciũtur ac parent:
nõ modo a nemine munera unq̃ accepit: ſed eos etiam pro ſua gra
uitate acerrime caſtigabat: qui uel poſt iudicatam cauſam diſce-
ptionemq; omino compoſitam & tranquillam huiuſmodi aliquid
ſibi detuliſſent. Exiſtimabat enim homo prudentiſſimus decere iu-
dicem & magnum uirum non corruptela ſolum: ſed omni corru-
M. Curius ptelæ & auariciæ ſuſpitiõe uacuum eſſe. Proindeq; & M. Curij fa-
Photion ctum: quia a Samnitibus aurum dono miſſum noluiſſet accipere:
non poterat non probare: & quod Photion Athenienſis his reſpõ-
derat: qui centum ad ſe talẽta donaturi attuliſſent: laudibus ad cæ-
Alexãder rex lum extollebat. Nam cum rex Alexander regale id pulcherrimũq;
munus ad eum miſiſſet: nuncios rogauit Photion quid tandem in
toto Athenienſium numero ſe ſolum Alexander ea pecunia dona-
ret: qui cum reſpõdiſſent: quoniam ſolum ipſum Alexander duce-
ret: & bonũ & æquum uirum: proinde ait: ſinat me & uideri & eſſe
talem. Quis igitur heu talem & tantũ uirum nõ iure nobis ereptũ
doleat: præſertim hac turbulentiſſima tempeſtate: cũ ei⁹: tum præ-
ſentia: tum uirtute maxime opus eſſet. Non eñ is erat qui Titanũ
ut ita dicamus ac gigantum genere ſe natum exiſtimaret. Nam qui
ex illis ortũ ſibi uendicarent: perpetuaſ cum deo inimicitias gerere
ab eoq; puniri nõ dubitabat. Sed quod iuſtis omnibus innocenti-
buſq; uiris cõmune eſt: & ab deo ſe certe opinabatur: & ad deum re
ditum ſibi facilem expeditũq; patere. Nos eñ dij Coloniã inferio-
rem hũc orbem incolere: quia & Coloniæ ciuitaum illarum a qui-
bus miſſæ fuerũt: & iura & leges ſequi obſeruareq; cõſueuerint: iti-
dem & nos diuinæ iuſticiæ atq; pietati lege cæleſti obſtrictos eſſe.
Agis Quod ſi religioſe caſteq; tueremur: breui fore ut tanq̃ ex laborio-
ſa quadam peregrinatione atq; exilio potius q̃ carcere ex hac mor
tali uita moleq; corporea in ciuitatẽ patriam: in cæleſtem liberta-
tem: in beatitudinem ſempiternam reuocaremur. Itaq; ſtultos &
inſanos appellabat: qui uentri & ſomno dediti: qui uel inanib⁹ uel
turpiſſimis obnoxij libidinibus: nec unde ueniſſent: nec quo redeũ-
dum foret: nec qui tandem ipſi eſſent cogitarent. Nec eñ nos cor-
pus eſſe: ſed aliquid maius corpore multoq; præſtantius & diuini-
us. Nam minime dici fruſtra nos ad dei imaginem creatos. Præte-
Apollo rea nunq̃ ignorauit antiquum illud: ſiue dei Apollinis: ſiue ſapien
tis alicuius dicere maluerimus: & apud omnes celebratum grauiſ-
ſimũq; præceptum: Noſce teipſum. Nam aliud nihil eſſe interpre-
tabatur ſeipſum noſcere: q̃ ut animũ ſuum eſſe immortalẽ: & cor-

pus mortale quiſq; cognoſceret. Quæcūq; igitur ageret: quæcūq; diceret: quæcunq; deniq; cogitaret: ad immortalitatem animi: ad beatam uitam cæleſtemq; referebat. Meminnerat quod Simonides poeta Pauſaniæ regi Lacedæmoniorum conſuluerat: ſe hominem eſſe. Meminerat bonorum mortem non eſſe interitum omnia diſſipātem atq; delentem: ſed uel ſeparationem quandam animi a corpore: hoc eſt immortalis uitæ a uita mortali: uel ſempiternum ſomnum: ut Plutarchus ait. Tamdiu autem ſempiternum quoad cæleſtis illa tuba inſonuerit. His igitur cogitatiōibus Todeſchinus utens: ac ſeſe per ōmes humanæ ac diuinæ uirtutis modos exercēs & deo charus & hominibus admirandus eſt redditus. Non enim ſine quadam diuina dilectione atq; benignitate tantā in huius ſæculi fluctibus ac naufragijs proſperitatem ad ultimā uſq; diem expertus eſt: & eam certe proſperitatem propterea firmā atq; immutabilem qđ ōmia deo & non fortunæ: quod Leutychides etiam ille primus monebat: ſemper crediſſet. Qui ēm ſpem ſuam in deo collocarit: nunq̄ ſe ſua fallit ſpes. Reſpicit ſemper deus pios & iuſtos homines: eoſq; non modo tuetur: ſed rebus ſecundis ōibus auget atq; amplificat. Verum quid cæleſtia quæq; ſupra nos ſunt pluribus conſectemur? Quanti eſſet hic uir florentiſſimus faciundus: ſatis nobis illuſtrium uirorum laudatiſſimarūq; uirtutū optimus æſtimator præmiatorq;. oſtendit: ſapientiſſimus princeps noſter: qui ubi mirabili illa ſua acutiſſimi ingenij ui & diuino quodā mentis aſpectu omnia diligentiſſime rimatus penitus perſpexiſſet: nihil in eo eſſe quod minus fidem & integritatem ſaperet. Quem adhuc infans a patre ſummo principe ad ſeſe inſtituendum formādūq; acceperat: non aliter ſemper apud ſe habuit & omni honore dignatus proſecutuſq; eſt: q̄ uel Chironem uel Phœnicem Achilles traditur. Nec id quidem ab re: animaduertebat enim in Todeſchino facilitatem: humanitatem & modeſtiam ſingularem: mirificam animi conſtātiam atq; magnitudinem rerum gerendarum: intelligentiam non uulgarem: eximiā grauitatem quadam ingenua comitate conditam: præcipuam innocētiā: egregiam æquitatem: fidē incorruptā: pietatē inauditam. Quæ certe ſingillatim ōmia aliaq; permulta dum mecū ipſe cōſidero: non poſſum equidem eius obitu non uæhementer moueri: angi: excruciari. Nec Stoicis aſſentior qui quod natura fieri nō poteſt: ægritudinem omnē amouent: Nō ēm ſum animo perfracto: ſaxeo: ferreo: adamātino. Verum cū rurſus expendo me: & qua cōditiōe nati oēs ſumus intueor: facile intelligo

Simonides
Pauſanias
Plutarchus
Leutychides
Chiron
Phœnix
Achilles
Stoici

huiuſmodi omnē dolorē fruſtra a nobis ſuſcipi. Quid eīm per īmor
talem deū tantopere mouere nō debet? Non uolumus cū natura
pugnare? Quæ tanta demētia nobis eſt? Quæ delyratio? Quæ tan-
ta demū inſania? An illud quod græcoꝝ ſapientiſſimus apud Ho-
Vlyxes merū Vlyxes loquit̃: nunꝗ̄ audiuimus. Nihil homine infirmius
tellus animalia nutrit. Inter cuncta magis. An qui mortaleſ nati ſu
mus perinde atq; dei ſimiles quin potius ſupra deum. (Nam deus
ipſe mori etiā uoluit) ueluti cū deo ipſo quo īmortales futuri ſum⁹
cōtendere audemus? An ignoramus non in hoc terreno cœno: ſed
in cæleſti illa & triumphali gloria immortalitatē parari nobis? Ho
Plato mo eīm (ut inquit Plato) nō terræ: neq; īmobilis plāta eſt: ſed cæli:
cuius caput: in quo mentē & rationē & intellectū poſuit: & ex quo
reliquū corpus uerſum ad terrā prodeat: ueluti radix ſit erectum
ad cælum. Quid præterea hæc uita quæ tot tempeſtatibus: tot nau
fragijs: tot incēdijs: tot ruinis obnoxia: erumnoſa plane mors eſt:
adeo delectare nos debet: ut cū eius ergaſtulis & uinculis noſtri ali
qui liberant̃: flere: lamētari: lugere nō deſinamus? Nō iniuria illud
Epamynōdas prudētiſſimi ducis Epamynōdæ dictum uideo a ueterib⁹ laudari:
qui cū tempore leuctricæ cladis audiſſet bonū quendā & forte ui-
rum animā efflaſſe: O Hercules (inquit) quod ocium uir hic nactus
eſt: ut inter tot negocia ac turbationes per ægrotationem ex hac ui-
ta diſceſſerit. Diſceſſit inq; Todeſchin⁹ ex hac mortali uita ætate iā
ultima: mente ſana & ſenſibus integris: poſt oīa (quæ externa uo-
cantur) bona in medijs totius Italiæ procellis ac fluctibus: Et ita diſ
ceſſit: ut (quoniam bene & beate uixerat) mortem (quā inuocare nō
cogeretur) fœliciſſimam ſibi duceret. Nam cum ſciret eum male ui-
uere qui ſemper in uita fore ſe putaret: ita boni animi ſemper ſtu-
duit: ut nihil ei inopinatum poſſet accidere: & mortem ipſam (quan
docunq; ueniret) non inuitus expectaret. Quibus quidem orationi
bus id tandem eſt mea ſentētia aſſecutus: ut quod ſemper optarat:
nunc per hanc (quā mortē uulgo appellamus) immortalis effectus
immortalē deum coram aſpiciat: & quod humano generi ultimū
ſempiternūq; bonum eſt & uero & ſolido & incōmutabili & æter-
no fruatur gaudio. Quare nolumus obſecro patres ampliſſimi uæ-
hementius dolore affici q̄ oporteat: & (q̄d non diu poſt tempus do
cebit) huiuſmodi neceſſitatem æquo animo ferēdam eſſe. Iam hinc
ratio ipſa docere nos incipiat: ne noſtro uideamur non alterius tor-
queri incommodo: & alienæ quodammodo inuidere fœlicitati.
Mediolani in templo diui Ambroſij: Milleſimo quadringenteſimo
quadrageſimo. 1440

# ORATIONES NVPTIALES.

## Franciſci Philelfi Oratio de inita ſocietate inter illuſtriſſimos duces Bonam: eiuſq; filium Ioannem Galeacium: & Herculem Aeſtenſem. I

Exordiū cū diuiſione

a Riſtoteles ille peripateticus (qui ob ſingularem quandam ac prope diuinā ingenij acrimoniā & uarietatem magnitudineq; doctrinæ: & diligentiam præterea indefeſſam atq; incomparabilem inter uniuerſos philoſophos habitꝰ eſt illuſtris) docet in ijs præceptis (quæ ad Alexādrū Macedoniæ regē reliquit ſcripta) opus eſſe in omi rerum publicarū genere eorum ſocietatē cōſtituere: qui & potētiſſimi ſint: & in proximo habitēt: quo tum adeſſe tempeſtiue inuicē: tum uſui mutuo eſſe poſſint. Quæ aūt ſocietas aut cōiunctior: aut cōuenietior: aut etiā certior: ac tutior q̄ ea offerri queat: quæ maxime ē ſcd'm naturā & deū: Scimus hoiem ex omibus animātibus natū ad ſocietatē: & hunc deū oīpotentē ubi creaſſet in amœno illo atq; iucūdiſſimo delitiarū paradiſo impolluti uinculo matrimonij cōtinuo muniſſe atq; decoraſſe: cum ait: Creſcite & multiplicamini terrāq; replete.

Alexāder rex

Narratio

Bona dux

Herculeſ æſtē.

Anna Maria

Alphonſus æſtenſis

Sapientiſſime igiť atq; optime glorioſiſſimi principes Bona ſimul cū Ioanne Galeacio filio Nediolanēſium duces: & uos item magnifici oratores Bonifaci Aquobibe Nicolaeq; Roberthe curiſcōſulte: qui nomine ac uice illuſtriſſimi ducis Herculis Aeſtenſis hic adeſtis: cum uobiſipſis: tum ueſtræ poſteritati cōſuluiſtis: q per ſacratiſſimū cōiugij uinculum innocētiſſimæ infantulæ Annæ Mariæ uicecomitis: & præclare indolis Alphonſi Aeſtenſis: qui & ipſe item eſt infantulus: eam hoc die initis ſocietatē: quæ utriq; principatui & decori plurimo & utilitati nō mediocri futura eſt.

Amplificatio

Cæterum (ut rem omnē præſtātiſſimi ſenatores: & uos alij ducales magiſtratus: uiriq; nobiliſſimi: apertius intelligatis & melius) cōuenerūt inuictiſſimi noſtri duces cū excellētiſſimo duce Hercule: ut pro mutua beniuolētia beneficijſq; q̄ plurimis citro ultroq; collatis ad ꝑpetuam ſocietatē utriuſq; principatus Anna Maria ducis Bonæ filia & Ioannis huius Galeacij ducis ſoror cōiungať per legitimi ius matrimonij Alphōſo Herculis ducis filio primogenito.

Confirmatio

Quod em̄ ad tantæ rei cōfirmationē ac ſtabilimentū poteſt aliud ſacramentū interuenire: aut uenerabilius: aut incorruptibile magis q̄ quod in primis parētibus ſuo ineffabili ore ſtatuit deus optimus maximus

Chriſtus per cõiugíj ſanctitatem? Nõne Chriſtus etiam ipſe humani redem-
ptor generis in cõiugio naſci uoluit? Qui ad nuptias quoq; inuita
tus nõ interfuit modo: ſed eas ornauit ac iuuit: cum aquã uertit in
uinũ. Quinetiã apud priſcam illã gẽtilitatẽ: quãto in honore habi-
tum cõiugium fuerit: ſatis dilucide declarat nobis perpulchra illa
Cecrops atq; perurbana fictio poetarum: qui perhibẽt Cecropa primũ extitiſ-
ſe inuentorẽ auctorẽq; matrimonij: eundẽq; fuiſſe diſſimili corpo-
ris figura: quippe q a dimidio ſurſum repræſentaret hominẽ: infe-
riore aũt parte beſtiam: Vertiſſe hunc ſcilicet uolũt incompoſitã il-
lam & incõtinentẽ hominũ uitã: qui beſtiarum more in montibus ac
ſyluis paſſim nullis certis neq; nuptijs: nec legib⁹: nec domicilijs ua
gabanť: in uſum ciuilẽ atq; coniugalẽ. Itaq; ob tantæ rei gloriã Ce-
Athenieſes crops ab Athenieſibus pro deo & habitus eſt: & cultus: a cui⁹ etiã
Cecropidæ noĩe ij ſunt Cecropidæ appellati: & urbs Athenæ Cecropis. Et ſũt
Athenæ hi ſane duo prĩcipat⁹: nõ finitimi ſolũ: ſed ijs muniti ciuitatib⁹ quæ
Cecropis nullã Italiæ potentiã metuãt. Theſauris uero tot tãtiſq; abundãt:
Amplificatio ut & in pace omnẽ aliorum ornatum ſuperẽt: & ſiqua bellãdi (ut fit)
Italia neceſſitas acciderit: poſſit & terra & mari copias maximas robuſtiſ-
ſimaſq; parare. Ad hæc q̃ præſentes affinitates inter ſe cõueniant:
expediã paucis: nec altius repetã: ne qui dicẽdo gratus audiẽtibus
Quattuor in eſſe uelim: afferã prolixitate ipſa faſtidiũ. Quattuor mihi requi-
cõiugio reqri renda occurrũt in quolibet matrimonio: nec ea q̃dẽ in ſponſo mi-
Probitas. i. nus q̃ in ipſa ſpõſa: ꝓbitas: pulchritudo: nobilitas: diuitiæ. Pro-
Alphonſus bitas hoc tempore nõ tam in ipſis infantulis eſt cõſideranda: q̃ in
Leonora dux parẽtibus. Nam ea ætate ſunt ut ſpem de ſe optimã ex educatione
Pherdinãdus dumtaxat nobis præſtare uideanť. Alphonſus cũ ab inclyta matre
rex Leonora regis Pherdinãdi filia & altať & educeť: nõ debet nõ egre
Bona dux gios de ſe fructus polliceri. Eſt enĩ Leonora nullius uirtutis inops.
Nam de Bona inclyta duce noſtra quæ poſſint laudes a quoq; ex-
cogitari: quibus ipſa nõ ſuperet oẽm hominũ opinionẽ? Prætereo
eius pudicitiã: humanitatẽ: benignitatẽ: modeſtiã: continentiã: reli
gionem: ſanctimoniã: clementiã: & omne deniq; bonitatis genus.
Vidiſtis certe uos omẽs: uidiſtis inq̃ quãta cum animi magnitudi-
ne ac robore proximis domeſticæ cõiurationis tumultibus illis no
cturnis uel furorib⁹ potius occurrerit. Quo ipſo in diſcrimine tan
to tamq; repentino atq; inopinato & formidabili quis nõ miretur
atq; obſtupeſcat intrepidũ inuictũq; heroicæ Bonæ animũ: quæ
incredibili quadã cum fiducia uoluerit arma capere atq; arcẽ egre-
Myrina dimanũq; conſerere cominus cũ perditiſſimis tanti tamq; truculẽ-
Pentheſilea ti atq; ĩmanis ſceleris auctorib⁹? Quã ergo Myrinã: quã Penthe-

ſileã: quã Tomyrin magnanimæ huic uiragini comparemus: quæ in tanta animorũ conſternatione tam præclarum facinus uel ſola aggredi non pertimuerit? Huiuſmodi igitur nata educataq́ uiragine Anna Maria talis ſponſa futura eſt quæ nulla probitate ſperanda ſit matre ipſa inferior. De pulchritudine autem utriuſq́ uel ex hac diiudicare poſſumus & ſponſam & ſponſum ea uigere formæ bonitate: ut cum angelica ſpecie quadam exiſtimentur comparandi. Quod ſi de nobilitate utriuſq́ pro dignitate loqui uoluero: dies me deficiat. Nam maternum Alphonſi genus auum refert Pherdinandum regem manu profecto ſtrenuũ & animo infractum. Quid enim meminero Alphonſum proauum illum: qui talis tantuſq́ fuit: ut non abſurde cum omni antiquitate potuerit de regia maieſtate contendere? Nam pater Hercules quantam de ſe laudem polliceatur: probãt eius res clariſſime geſtæ cum ſub Alphonſo & Pherdinando regibus nobiliſſimis: cum multo clarius in recuperando ſeruandoq́ patrito auitoq́ principatu. Quis aũt eſt neſcius quanta in luce uixerit ſplendiſſimus dux Borſius: qui omnium primus ducalem dignitatem inuexit in Aeſtenſem proſapiam? Cuius frater Leonellus marchio doctrinæ ſplendore cæteros ſuæ ætatis principes antecelluit. At Nicolaus horum omnium pater nulla uirtute carens immortalitatis ſibi memoriam comparauit. Annæ autem Mariæ genus unde originem ducat: nemo eſt quem cenſeam præterire. Nam maternum non ſolum a Sabbaudienſibus: qui Allobroges ſunt: manat principibus: ſed a Cypriorum Francorũq́ regibus. Paternum uero ſi uetuſtatem Sphortianorum in medium efferamus: inueniemus a Daciæ regibus originem ſumpſiſſe. Verum cæteris breuitatis gratia prætermiſſis: illos tantũ attingamꝰ quos omnes & uidimus & nouimus: Philippum Mariam: Franciſcum Sphortiam & Galeacium Mariam: tris mea quidem ſententia in omĩ gloriæ numero præclaros atq́ ſummos duces. Ingenio & prudentia atq́ conſilio Galeacius non difficulter mortales omnis mirabiliter anteibat. Eloquentia uero fuit tanta: ut ex eius lingua: quod de Neſtore Homerus cecinit: melle dulcior proflueret oratio. Inſuper rebus bellicis quantum claruerit: teſtis eſt Gallia tranſalpina: qua tempeſtate uiuo adhuc patre auxilium tulit regi Francorꝝ Lodouico. Teſtis eſt poſt patris obitũ Flãmina: quo tempore Bartholomæus collio ac cæteræ tam multæ hoſtiũ uires ꝓfligatæ ſunt. Teſtis eſt ſemel & iterꝝ extrema illa atq́ opulẽta ciſalpinæ Galliæ regio: quã uulgo pedemõtanã uocãt. In ea eñ ingẽtẽ ho

Tomyris
Pulchritudo ij.
Nobilitas. iij.
Pherdinãdus
Alphõſus rex
Hercules dux
Borſius dux
Leonellꝰ marchio
Nicolaꝰ mar.
Anna Maria
Sabbaudiẽſes
Allobroges
Cyprij reges
Frãcorꝝ reges
Sphortiani
Daciæ reges
Philippꝰ Maria dux
Fran. Sphortia dux
Galeacius Maria dux
Galeaciꝰ dux
Neſtor
Homerus
Gallia tranſalpina
Lodouicꝰ rex
Flãminia
Bartholomæus collio
Gallia ciſalpina
Pedemontana regio

Fr. Spho. dux ſtiũ copias ſuperauit: uicit: oppreſſit: perdidit. De Franciſco autem Sphortia huius patre quid dignũ eius memoria recitemus? Is per omnẽ inuictus ætatẽ: & uictor ſemper tale tantũq́ imperiũ nullis hominũ adminiculis ſed ſola ſua immenſaq́ uirtute adeptus eſt: & Italia Italiam uniuerſam quoad diu uixit: perinde atq́ peculiarem haberet in manu in pace perpetua trãquillitateq́ ſeruauit. Nam de huius ſocero nobiliſſimo illo principe & ſi uerecũdius uerba facio: quod nõ parem eius diuinis meritis orationem referre me poſſe intelligo: tamen nõ ambigam profiteri (& id ueriſſime quidem) neminem unq̃ mihi neq́ uiſum: neq́ lectum: nec auditum: qui & belli & pacis artibus cum uno egregio duce illo Philippo Maria fuerit cõferẽdus: Philippꝰ Maria dux uſq́ adeo ſupra omẽ humanũ ingeniũ fuit animo infracto ac ſublimi & amplo. Diuitiæ. iiij. Quod aũt ad poſtremũ q̃rto loco mihi dicendũ propoſueram: id omẽ circa utriuſq́ patris opes diuitiaſq́ uerſat̃: quæ cũ aliis multis in rebus ac maximis plurimũ ualẽt: tũ in parando: gerẽdo: cõficiẽdoq́ bello neceſſariæ ſunt omino. Hæ uero tales tãtæq́ exiſtunt in huius ſponſæ ſponſiq́ parẽtibus: ut cunctos Italiæ exercitus quãdocũq́ fortunæ aliqua uis turbulentiorue caſus ingruerit: aut hominũ inſidiæ uoluerint aduerſari: nimio cum labore conducere audeant & quoad diu uoluerint ſuſtinere. Conclusio per enumerationẽ Quare cum & diuitias: & nobilitatem: & pulchritudinem iuxta ut probitatem utraq́ pars de ſe merito ꝓfiteri queat: reliquũ eſt: ut quæ utriuſq́ principatus ſocietas potentia plurimum pollet: & confinia habet admodum proxima: ea ſolido atq́ inuiolabili futuri cõiugii ſacramento quoad ſanctiſſime confirmetur: & uinculo roboretur indiſſolubili. Quod igitur fœlix: fauſtum fortunatũq́ ſit: uos magnanimi duces Bona mater Ioannẽſq́ Galeaci frater Annæ Mariæ infantulæ: & uos itẽ ornatiſſimi oratores: q uicẽ ac perſonã conſtantiſſimi ducis Herculis ꝓ eius filio Alphõſo infantulo primogenito repræſentatis: quæ cætera ad tantam rem pertinent poſt auxilium indiuiduæ trinitatis: Mariæq́ uirginis imploratum per expreſſam uultꝰ hilaritatem animiq́ læticiam facitote.

Bona dux
Ioannes Galeacius dux
Anna Maria
Hercules dux
Alphonſus
Trinitas
Maria uirgo

Hæc quidem oratio habita eſt ab eodem Franciſco Philelfo Mediolani in arce portæ Iouis ſexto Idus Iunias: Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimoſeptimo. 1477.

¶ Franciſci Philelfi Epithalamion in illuſtriũ Beatricis Aeſtenſis: & Triſtani Sphortiæ nuptiis habitum. F. II.

# ORATIO NVPTIALIS II

T ſi lætandū mihi admodū ſentio Illuſtriſſime dux Borſi: Proœmiū
qđ eā ſum nactuſ dicēdi materiā/quæ cū fæcūditate ſua:tū Borſius dux
etiā dignitate ſit tāta:ut ne tenui qdē/exiliꝗ ingenio uerba
deeſſe unꝗ̄ poſſint:nō ad loquēdū modo:ſed ad copioſiſſime q̊; &
ornatiſſime eloquēdū:tñ nō debeo nō cōmoueri:cū intelligo non
tā ipſius rei amplitudinis atꝗ ſplendoris:ꝙ tpis potius ratione ha-
bere me oportere. Dicendū eſt eñ de nuptiali bono:cuiꝰ nobilitas Narratio
quāta ſit:quātiꝗ faciūda:uel ex eo probari auctore poteſt:q̄ primꝰ
matrimoniū inſtituit. Et quēnā hunc fuiſſe dixerimꝰ? Num Cecro- Cecrops
pa illū uetuſtiſſimū legūlatorē:q genere Aegyptiꝰ:eadē apud Græ-
cos tempeſtate claruit:q̄ ſapientiſſimꝰ Moyſes apud Hebræos? An Moyſes
Vulcanū qui Mercurio apud Aegyptios ſucceſſit in regnū? Nam Vulcanus
uterꝗ hoꝝ ꝙ lōgiſſime fuit antiquior Romulo:quē tñ nō medio- Mercurius
crem laudē aſſecutū perhibēt:q̄m urbe cōdita nihil ſibi potius du- Romulus
xit ad ſalutē decuſꝗ imperij ꝙ fide charitateꝗ cōiugali ciuiū aīos
diuincire. Tradūt eñ & Vulcanū legē tuliſſe de pudicitia muliebri: Vulcanus
& Cecropa ipſum poſteaꝙ hoīes qui in ſyluis ac mōtibꝰ paſſim ri- Cecrops
tu feraꝝ nulliſ domicilijs:nullis certiſ nuptijs:nullo deniꝗ uitæ cul-
tu diſperſi uagarent̄: unā in ciuitatē ꝙ prudētiſſime coegiſſet: eaꝗ
urbe muniſſet:quā a ſuo noīe Cecropida primū dici uoluit: Athe- Cecropida
nas deinde nominatā:ſalutiferas dediſſe leges:qbꝰ ꝓmiſcua illa cō- Athenæ
cubitus inconſiderataꝗ libidine ſublata:certoſ redderet partus:&
oēm uiuēdi feritatē e medio tolleret. Quibꝰ ſane pulcherrimis atꝗ
optimis nō tam inuētis ꝙ inuētoꝝ imitatiōibus eā legimus utriꝗ
gloriā cōtigiſſe:ut & Cecrops in Græcis:& Vulcanus in Aegyptijs Cecrops
regnauerit:honoribuſꝗ diuinis ornatus fuerit. Quid eñ e gentili- Græci
tate:quid ex humano genere quēꝗ meminerimus: cui huiuſmodi Vulcanus
inuentio danda ſit:cū rem:tū multo antiquiorē:tū adeo nobiliorē Aegyptij
eſſe uideamus:ut ſi ad ullū humanū ingeniū referat̄: ꝙ ſtultiſſimū
ſit. Nulluſ certe uir uſꝗ̄ tñ cōiugij fructū:tantā ſanctitatē:tantā ſu-
auitatē:tantā bonitatē primus inuenit. Fuit eñ ſolus:fuit inꝗ̄ deꝰ
ipſe oīpotens ſolus:qui in primis parētibus prior oſtēdit nihil eſſe Deus oīpotēs
humano generi cōuenietiꝰ:nihil cōducibilius:nihil oīno melius di-
lectiōe & neceſſitudine nuptiali. Quantū aūt hoc unū matrimonij
ſacratiſſimū inſtitutū: cæteris oībꝰ inſtitutis mirifice antecellat:ea
ratiōe licet intelligi:ꝙ reliqua ſacramēta humanæ ſunt uel inuētio-
nis:uel pietatis:at cōiugij īmortalis deus eſt auctor:& id quidē qđ
modo dicebā in primis parētibus illiſꝗ innocētibꝰ:& nulla adhuc
titillatiōe ſenſuū irritatis. At quo in loco? Nunquid in cubiculo?
Nū in tenebris? In ſereno certe illo atꝗ floreo & pamœno delitiaꝝ

παράδεισον horto: quẽ Græci παράδεισον: paradiſon: uocant: heden ab He-
bræis nominatũ. Et hũc quidẽ lc cũ rer oĩm uiſibiliũ atq inuiſibi
lium deus cõditor iccirco in terra quaſi quandã regiã nullius pror
ſus neq pulchritudinis neq bonitatis inopem cõſtituit: ut quẽ ad
ſuã imaginẽ ac ſimilitudinẽ proinde atq regẽ terreſtrẽ creauiſſet: ui
tam in ſanctiſſimo agẽs pientiſſimoq cõiugio fœlix in ea beatuſq
ſederet: uniuerſæq terræ imperitaret. Non igiť eſt mirandũ: ſi dein-
Christus ceps Chriſtus optimus maximus: qui & uerus eſt deus & ueri dei
filius: tum in cõiugio naſci uoluit: tum uxorẽ niſi adulterij cauſa di
mittendã prohibuit: tum etiã nuptijs inuitatus interfuit eaſq pro-
bauit. Quo fit ut ꝙ rectiſſime utriq ueſtrũ proſpectũ exiſtimẽ: & ti
Beatrix bi Beatrix illuſtris ac præclara totius muliebris uirtutis atq digni-
Triſtanus tatis ſpecies: & tibi item Triſtane paterni illius Sphortiani inſupe-
rabiliſq ſplendoris fulgẽtiſſimũ lumẽ: Satis es præſens: ſatis es co
rã o Triſtane: qui per legitimũ procuratorẽ auunculũ tuũ ornatiſſi
Lancelotus mainus mũ equitẽ auratũ Lancelotũ Mainũ: oĩa tuo noĩe tranſigi uoluẽ
ris: ꝙ rectiſſime inꝗ uobis proſpectum conſultũq exiſtimo: qui ut
eſtis incomparabile contĩnẽtiæ & pudicitiæ ornamentũ: ſacratiſſi-
ma uos cõiugalis neceſſitudinis charitatiſq lege mutuo deuinciri
inſtitueritis: ut quæ humanæ ſocietatis copula prima eſt natura: iã
ueſtrũ alteꝝ uirũ: alterã uxorẽ & dici & haberi oporteat. Non enim
parua ſunt aut negligẽda nuptiaꝝ bona: ſi ea nobiſcũ docte cogite
Fides mus: quippe quæ tripertita uiri ſapiẽtiſſimi ꝓdiderũt: fidẽ: prolem:
Proles ſacramentũ: Atq ſacramẽto quidẽ ipſo quo æterni uerbi repræſen
Sacramentũ tať eccleſiæq cõiunctio: hoc uel maxime præſtať ne diuortiũ fiat:
ne qm̃ cõiugale decus in regẽdi matrimonij ſuſcipiẽdoꝝq libero-
rũ officio poſitũ eſt: alter ab altero ſepareť: ne dimiſſa dimiſſuſue al
teri cõiungať: ne prolis quidẽ ullius gratia. At proles cũ pie ſuſcipi
enda eſt: tum benigne alẽda: & ꝙ religioſiſſime educãda. Fidei aũt
munus eſt ne quã in libidinis intemperantiã præter cõiugalis uin-
culi ſanctitatẽ delabamur. Idq æque uiro atq uxori cauendũ cen-
ſeo: quo neuter adulteri crimini fiat obnoxiꝰ: ſed mutua ſe dilectio-
ne proſequanť. Itaq memineritis iã utrũq ueſtrũ quãtũ ad corpo
Aurelius Auguſtinus ris poteſtatẽ attinet: alteꝝ alteri ſeruire & uxorẽ uiro & uirũ itẽ uxo
ri. Num ut Aurelij Auguſtini grauis eſt ueraq ſentẽtia: ne cõtinere
quidẽ coniugi licet ubi cõiunx noluerit. Hæc aũt una ſeruitus uſq
adeo ẽ libera: ut alia libertas nulla ĩ ciuili uita neq liberior ſit neq
Lycurgus utilior nec ſanctior. Itaq nõ abſurde Lycurgus Lacedæmonius ſa
piẽtiſſimus legũlator: eos oĩs qui nubere noluiſſent a ſpectaculo
Gymnici ludi gymnicoꝝ ludoꝝ arcendos iuſſit: & quẽ honorẽ atq obſeruantiã

iuniores præſtabãt ſenioribus aſſurgendo cedendoq̃: eoſdẽ carere
uoluit. Quo factum eſt ut illud poſtea dictum in Dercyllidan im/ **Dercyllidas**
probaret̃ a nemine. Dercyllidas q̃ ſpectatus eſſet & clariſſimus im
perator: cum aliq̃n ueniſſet in cõſeſſum: adoleſcẽs quiſpiã ei ſubſel/
lium haud ceſſit: quin quaſi exprobrãdo inquit: nam nec tu mihi q̃
ceſſurus eſſes genuiſti. Et ut reliqua bene cõueniẽtis fœliciſq̃ cõiu/
gij commoda breuitatis gratia prætereã: quid de eius iucunditate:
quid de laudatiſſimo inſuperabiliq̃ amore dicendũ ſit. Nã nec ſe/
cundis: nec aduerſis in rebus qui ſe tanto ac tam pio cõiugij bono
dignos præſtitere: inferiores uſq̃ iudicati ſunt: quo minꝰ oĩs uel
fortunæ uel naturæ difficultates ſuperarint. Quid enim aut Penol **Penolpe**
pes quã fabulant̃ conſtantiã: aut Euadnes: tum patientiã: tum ani **Euadne**
mi magnitudinẽ ĩ mediũ referã? Nõne Tiberiꝰ ille Gracchoꝝ pater **Tiberius**
uxoris uitã ſuæ uitæ prætulit? Nã Artemiſia regina Cariæ: nõ mo/ **Artemiſia re/**
do ſe uiri Mauſoli cineribus ſepulchꝝ præbuit: ſed ne diutius eſſet **gina Cariæ**
ĩ uiuis tabeſcẽdo ĩuenit. Omitto utrũq̃ Plautiũ: Omitto. M. Bru **Mauſolus**
ti: Omitto Mithridatis Pompeijq̃ uxores: quæ tñ ipſæ perſpicue **Plautij**
declararũt nullum eſſe inter humanas ſocietates uinculũ: quo ma/ **M. Brutus**
gis q̃ cõiugio modeſto atq̃ morigero nos uinctos eſſe in omnẽ for **Mithridates**
tunã gaudeamꝰ. Poſſem innumerabilia pene exempla meminiſſe **Pompeius**
quibꝰ cõiugalis fœlicitatis ius atq̃ decus magis magiſq̃ pateret.
Sed q̃m breuitate utendũ eſt: cæteris omiſſis: uos illud unũ fortu/
natiſſimi coniuges etiã atq̃ etiã moneo atq̃ hortor: ut nihil uobis
maiore ſtudio magnifice ex aĩo curãdũ exiſtimetis: q̃ ut deũ ſemp
ante oculos coramq̃ habeatis: quo proinde atq̃ præſente uidenteq̃
& cogitetis & agatis oĩa: ad eũq̃ mentẽ omnẽ animũq̃ ueſtrũ ſan/
cte pieq̃ referatis. Quod ſi feceritĩ: ſicuti certe facietis: agetis oĩa ſo/
brie: oĩa cõtinenter: oĩa pudice: oĩa ritu moreq̃ diuino. Itaq̃ de/ **Deus**
us cunctis in rebus propitius uobis aderit: uos complexabit̃: uos
tuebit̃. Propediẽ uobis cuius rei gratia matrimoniũ eſt cõſtitutũ:
optati liberi iucundiq̃ dabunt̃: cõſequẽter nepotes poſteritas pro/ **Liberi**
pagabit̃: oĩa deniq̃ uobis fauſta: fœlicia: fortunata erunt. Et qđ **Nepotes**
proxime accedit ad deum facile obſecro ut parentũ generiſq̃ ueſtri
laudatiſſimos mores præſtantiſſimaſq̃ uirtutes quoad eius rei fie/
ri a uobis poterit: dies nocteſq̃ imitemini. Tu em̃ Beatrix ſplendi/ **Beatrix æſtẽſis**
diſſimũ pudicitiæ caſtitatiſq̃ documẽtũ (ut reliq̃s illuſtris maiores
tuos tpi obſequẽs cõticeſcã) nata es eo patre Nicolao Aeſtẽſi florẽ/ **Nicolaꝰ æſtẽ.**
tiſſimo principe: qui grauitate & animi magnitudine cũ oĩ antiq̃
tate potuerit de gl̃ia cõtendere. Habuiſti Leonellũ fratrẽ: cuiꝰ ſapiẽ **Leonellus**
tia uirtuſq̃ tãta fuit: ut nulla ſit ætas laudeſ eiꝰ obſcuratura. Eſt em̃

tibi nō; frater ſolū ſed humaniſſimi & beneficētiſſimi pr̄is loco: quē
hic præſentē & mirabili cū animi uoluptate cōiectis in te oculis aſtā
Borſius dux tē intueris: Illuſtriſſim⁹ dux Borſius: qui & belli & pacis laudibus
ꝙ̄ti ſit faciūdus: cū alijs permult; argumētis oſtēdi poteſt: tū uel ea
rōne maxime ꝙ prim⁹ ſuoꝝ oīm in præclarā & præpotentē Aeſtē-
ſem familiā cū īmortali ſui noīs gloria ducatū inuexerit: quā quidē
dignitatē hoc tp̄e ſcimus ad regiā eſſe proximā. Quare tui eſt offi-
cij atꝙ ꝓbitat; Beatrix nobiliſſima: ut tuis te maiorib⁹ atꝙ dome
ſticis ꝙ̄tū fert ingeniū tuū caſtiſſimiꝙ mores: rebus in oībus dignā
præſtes: & ita præſtes ut & luce functi in tua prudētia integritateꝙ
reuiuiſcāt: & dux Borſius qui te nō ſecus ac filiā mira charitate pro
ſequit̄: de tuis laudibus audire in dies magis magiſꝙ delectet̄. Id
aūt una re facile cōſequeris: ſi tecū aſſidue memineris: & quo gene-
Triſtanus re nata es & cui iradiata cōiugio. Triſtanus em̄ uir tu⁹ inter uniuer-
ſos noſtræ ætatis iuuenes: ſiue ingenij ſplendorē: ſiue robur magni-
tudinēꝙ animi: ſiue corporis dignitatē: ac uires cōſideremus: talis
Iaſon eſt ac tantus ut ea de ſe quæat oīa nō iniuria polliceri: quæ de Iaſo-
Orpheus ne in argonauticis fingit Orpheus: cū illū cæteris heroib⁹ præferēs
Iuno ita cecinit: Clarior in cunctis diu⁹ fulgebat Iaſon: Iuno etem̄ lætos
ocul; afflarat honores: Ac pulchrū dederat magnūꝙ & pectore for
Fran. Sphor. tē. Nam qd de ipſi⁹ patre Frācīſco Sphortia fortiſſimi illius ac ſū-
Italia mi imperatoris Sphortiæ filio: quē oīs mirata eſt ſenſitꝙ Italia in
præſentia mihi in tā breui tp̄is curriculo dicendū ſit? Cum eius res
clariſſimæ geſtæ tot tātæꝙ ſunt: ut ſi eas nō dicā exponere: ſed enu-
merare uelim: ante diē clauſo cōponet ueſper Olympo. Satis illud
ſuperꝙ ſit ꝙ unū ex om̄i hominū memoria eſſe nouimus: qui par-
ua etiā manu uniuerſos Italiæ ac maximos robuſtiſſimoſꝙ exerci-
tus: quibus cū eſt cōgreſſus: cū quib⁹ em̄ cōgreſſus nō eſt? Et ne id
quidē laceſſens unꝙ̄: ſed laceſſit⁹ ſemper coactuſꝙ iniuria eos ſem
per cū gloria fuderit: fugarit: uicerit: oppreſſerit. Quæ certe nunꝙ̄
aduerſus oīs fortunæ turbines atꝙ procellas potuiſſet efficere: niſi
ob maximas innumerabiliſꝙ uirtutes: quib⁹ mortales cæteros mi
rabiliter ante it: oīpotenti deo gratus chariſſimuſꝙ eſſet. Etem̄ fru
ſtra ſunt hominū conatus: q ſe a iuſticia abduxerūt. Illos ſolos tuet̄
de⁹ ac reb⁹ ſecūdis auget atꝙ ornat: ꝗs uiros iuſtos bonoſꝙ cogno
rit. Quare mirari neminē oportet: ſi aduerſus florentiſſimas opulē
tiſſimaſꝙ reſpublicas: aduerſus maximos potentiſſimoſꝙ reges:
aduerſus omnē irruētis & infeſtæ fortunæ: quā uocāt impetū: illud
imperiū eſt adept⁹: nullis humanis opibus: ſed deo dūtaxat in tan-
tarū & tam illuſtriū uirtutū præmiū: auctore duce atꝙ uexillifero:

quo nullum eſt in Italia nec opulentius:nec pulchrius: nec magni- Italia
ficentius. Et qđ magis ſtupendũ eſſe iudico:cũ uniuerſa Italia mu-
tuis bellorũ incendijs modo cõflagraret:reliquis oĩbus principib⁹:
ciuitatibus:regibus de pace om̃ino deſperãtibus:ſolus Franciſcus
Sphortia eſt inuentus: q ſingulari ſua ingenij acrimonia diuinaq;
ſapientia:ardentiſſimas bellicorũ flãmas præter omnẽ oĩm opinio-
nẽ ſubito repræſſerit:extinxerit:deleuerit: tãtãq; repẽte pacẽ intule-
rit: q̃ta ex om̃i hoĩm ſæculo in Italia nunq̃ fuit. Cũq; deſperati q-
dam proſtratiq; Antæi Romanæ eccleſiæ oppida urbeſq; diſturba-
re atq; diſſipare moliant̃:ſolũ hunc unũ eſſe proſpicimus:qui qua-
ſi uitalis ſalutariſq; oĩbus bonis aura eccleſiã ipſam iã metu exani-
matã atq; ſui inopem:cõſeruet:alat:augeat:ſuſtineat:ſenſuq; affici
at. Indignũ ſane & impium eſſe ducens:ſi qui rebus in cunctis deo
utit̃ ſalutifero adiutore:nõ eius ſacroſancto ſe domicilio & adiuto
rem & liberatorẽ præbeat. Cum tales igit̃ parentũ ueſtrorũ ſplendi
diſſimiq; generis ideas per oẽs uirtutis numeros uobis propoſitas
eſſe intelligat̃ fœliciſſimi cõiuges: curate quæſo efficiteq; ut corpis
ocul̃ & mẽt̃ luminib⁹ ita eas intuamini inſpiciatiſq; ut ueſtris oĩb⁹
honori:uobis uero ipſis emolumento & q̃ iucũdiſſimæ uoluptati
eſſe poſſitis. Quod aũt ad rem attinet: iure gratulandũ eſſe uideo:
& tibi præſtãtiſſime dux Borſi: & optimo illi meo maximoq; prĩci- Borſus dux
pi glorioſiſſimo Mediolanẽſiũ duci Franciſco Sphortiæ:qui per cõ Fran. Sphor-
ueniẽtiſſimi huius pulcherrimiq; cõiugij uinculum:nõ modo priſti tia dux
nã neceſſitudinẽ ueſtrã ſingulari beniuolẽtia cõfirmaſtis:ſed bonis
oĩbus totiq; Italiæ ſpem certiſſimã attuliſtis perpetui ocij exopta-
tæq; quietis. Quis eñ dubitet bene uobiſ inter uos cõſentientibus
pacẽ Italicã firmã incõcuſſamq; duraturã? Sed ne ſim dicendi pro-
lixior:ad ea ueniẽs:quorũ gratia tanta om̃es frequentia cõuenerũt:
quæ reliqua ſunt materno uſitatoq; ſermone tranſigã.

Ferrariæ. viij. Idus Apriles. M.cccc.lv.

Franciſci Philelfi interpoſita epiſtola reſponſitia inſimu-
lationi ac calumniæ Guarini Veronenſis: ad Lodouicũ
Caſellam.

b Aldaſar Cremẽſis (qui medicinæ ſtudet apud uos) renũcia Baldaſar
uit mihi hoc die ſeſe interfuiſſe nup ſermoni cuipiã Guari- Guarinus
ni Veronenſis: qui affirmaret iccircõ in proximo Epithala- Beatrix
mio: qđ i inclytæ atq; pudiciſſimæ Beatricis: & magnifici Triſtani Triſtanus

Sphortiæ nuptijs habuiſſem Ferrariæ: nullis me donatũ muneribus a præſtãtiſſimo duce Borſio: qm̃ dicere prætermiſiſſem de Aeſtenſiũ principũ origine: idq̃ oĩm maxime dicendũ fuiſſe: Guarinũ noſtrũ cõtendere. Hæc ipſe audiẽs Lodouice: partim cogor tibi quodãmodo (ut ita loquar) ſuccenſere: partim Guarini memoriæ ridere atq̃ cõmiſereſcere: qui oblitus uideat̃ Philelfum in ſcribẽdo oĩno neq̃ prætérire: nec negligere ſolitũ. Quid eñ Guarinus nouit: qđ Philelfus ignoret? Nam ſi quid plus ualeat Philelfus: an id minꝰ doctiores iudicẽt. Omniũ primũ breuitati: ut ſcis: fuit inſeruiendũ id quod in meæ orationis initio paucis quæſtus ſum: deinde nõ altius repetendũ de principibꝰ Aeſtenſibꝰ fuerat q̃ de Sphortijs facerẽ. At plures ſunt a me laudati Aeſtẽſes q̃ Sphortiæ: cũ tñ eſſem a Franciſco Sphortia tali ac tãto principe ad id negocij obeundũ & delectus & miſſus. Quid q̃ multo fuiſſem & copioſior & ornatior ſi me per tuas litteras docuiſſes: quod de tuis: immo noſtris Aeſtẽſibus abs te antea tribus deinceps epiſtolis contenderã? Nunquid es oblitus me tertium ſcripſiſſe tibi eam eſſe principis mei in ſententiã: ut iſtuc irẽ habẽdi Epithalamij grã? Teq̃ etiã atq̃ etiã rogaſſe: ut quoniam mihi nulla eſſet eorum cognitio: quæ ad Aeſtenſis familiæ laudes maxime pertinerent: ad me omnia q̃ diligentiſſime perſcriberes: quæ laudanda ac principi tuo grata cenſeres? Nonne eadem quoq̃ abs te per litteras: tum per Antonium Tricienſem ducalem aulicum continuo petij: quo die in ſuburbanos illos Ferrariæ hortos diuertimus? At hæc quis eſt uel mediocriter doctus: quem latere debeat extraria iſta omnia quæ tanti Guarinus facit: ab alijs uiris ſapientibus in minimis duci bonis: ab alijs uero ne in bonis quidem duci: quo fit: ut omnis uera laus ſit: At uirtutis a me Aeſtenſes ſunt pro tempore egregie laudati. Nulla igitur aduerſus me quiſq̃ utatur inſimulatione: nulla calumnia: quare minus me munifice munificẽtiſſimꝰ dux Borſius tractarit: cũ ab ipſo equidem (quãta mea fert opinio) perhumaniter tractatus fuerim: & (ut Græci dicunt μεγαλοπρεπῶσ: megaloprepos: quippe q me tum publice miris laudibus extulerit: tum hilariter priuatim monuerit: ſi quid eſſet qđ de ſe mihi uſui foret: id omne in mea eſſe poteſtate poſitum. Aut igitur nihil a me eratũ eſt: aut ſi quid eſt erratum: id omne tibi amiciſſime Lodouice dandum exiſtimo. Itaq̃ uel meam tu apud inſimulatores iſtos: uel tuam apud me cauſam tuere. Vale & me illuſtriſſimo iſti principi unice commenda. Ex Mediolano ſexto Idus Auguſtas: Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimoquinto.

Marginal notes: Borſius dux; Lodouicus caſella; Guarinus; Philelfus; Aeſtenſes; Sphortiæ; Fran. Sphor.; Laus; Borſius dux; μεγαλοπρεπῶσ; Lodouicus

## Franciſci Philelfi Oratio habita in ſponſalitijs Theodori Plati clariſſimi iurecōſulti: & Heliſabet Vicecomitis. III

ſiue ipſum naturæ ductum: ſiue ratiōis atq; honeſtatis uim
cōſideremus: nihil eſſe in actiua ciuiliq; uita aut antiquius
aut dignius reperiamus: bene cōuenientis coniugij charita
te & ſanctimonia. Nam ſi ex oībus gregalibus aīalibus homo eſt
maxime ad ſocietatē natus: quis nō id uel inſtitutū: uel ſacramentū
maiorē ī modū probet: laudet: admiret: q; hanc naturæ cōmunita/
tem & tuetur & propagat? Hoc autē matrimonio præſtari qui ne/
ſcit: ſeipſum uidet ignorare. Recte igit ac uero ſcriptum legim9 ab
Ariſtotele acutiſſimo illo eruditiſſimoq; philoſopho: hominē ſoli/ Ariſtoteles
tariū aut beſtiā duci oportere: aut deum: utpote beſtia paucis egen/
te rebus: deo aūt nulla. Secus uero de hoīe uſu uenit: qui cum mul/
tarū uariarūq; rerū ad uitam indigeat: eas ſolus parare ſibi nullo
pacto poſſit. Itaq; prima uitæ domuſq; ſocietas in coniugio eſt ſi/
ta. Ex hoc eñ tanq̄ ſeminario reipublicæ manāt liberi: nepotes po
ſteriq; oēs: qui cum unis ædibus capi nequeant: in uicos primū:
dein in ciuitatē propagant & regnū. Quare nō prudenter ſolū: uerū
etiā ſancte ac pie ille mihi humano generi uidet cōſuluiſſe: qui pri/
mus ad hāc naturæ cōmunitatē matrimoniū inſtituit: ab quo ipſo
qui abhorret: nō debet nō fateri: cū deus nō ſit: ſe ſimillimū eſt bel/
luæ. Et qui nā is fuit? Num Romulus? Num Cecrops? Num Vul/ Romulus
canus? Stultus profecto exiſtimandus uidetur mihi: qui huiuſmo/ Cecrops
di inuentū humano ingenio tribuat. Alti9 certe repetendū eſt nobi/ Vulcanus
liſſimi huius ac ſanctiſſimi inſtituti principum. Fuit: inq; fuit omni
potens ille ac ſummus rerum omniū & auctor & creator deus: qui
continuo in primis noſtris illis parentibus coniugium cōſtituit: iu/
bens: Creſcite & multiplicamini terramq; replete. Itaq; poſſumus
liquido intelligere: quanta inſit in matrimonij ſanctitate non laus
ſolum ſed etiam ueneratio: cum id a mente diuina & profectum ſit
& conſtitutum & iuſſum. Et eſt ſane cōiugium: hoc eſt uiri atq; mu/
lieris ſcd'm legem ad procreandos liberos coniunctio: ea prima ſo
cietas: quæ cum ſocietatū omniū inter homines & origo eſt & fun/
damentum: tum & ſuauiſſima ducitur & utiliſſima honorificaq; in
primis. Hæc enim tria maxime expetuntur in uita: honos: utilitas: Tria expetunt
uoluptas: Vel ea potiſſimum ratione: q; honos debet uirtuti: uti/ in uita
litas neceſſarijs rebus cultuiq; domeſtico: uoluptas autem ea: qua Honos
uel corporis: uel animi labore atq; negocio aliquando conquieſci/ Vtilitas
mus. Quæ quidē oīa ineſſe in bene morato coniugio nō difficulter Voluptas

inueniamus: ſi uelimus nobiſcũ ipſi aĩo uolutare: a quot quantiſq́ꝫ flagitijs ꝑ matrimonij ſanctimoniã & tuti reddimur & ſalutares: ob eãq́ꝫ rem maxime honorifici. Temperãtes eñ atq́ꝫ pudici coniuges nihil agunt: nihil cogitãt: nihil loquunt̃: niſi qđ honeſtũ decoꝛũq́ꝫ ſit atq́ꝫ ſcđm deũ: quippe qui ſemper ante oculos habeãt ad illius ſe imaginẽ ac ſimilitudinẽ creatos: nihil agere oportere qđ minus creatori ſuo gratificent̃: ſed oĩa ſobrie: oĩa caſte: oĩa innocẽter: oĩa ſcđm legẽ diuinitus conſtitutã. De utilitate uero quid eſt opus prolixiore utamur oratiõe: cũ nemo ſit natura uſq́ꝫadeo profuſus aut incõſideratus: qui dum ſe uidet obſtrictũ coniugali bono: nõ continuã habeat rationẽ amplificandæ rei familiaris: qua ſeſe atq́ꝫ uxorẽ ſuoſq́ꝫ oĩs nõ alat ſolũ: ſed cum dignitate tueat̃? E adẽq́ꝫ mẽte uxor oĩa ad conſeruationẽ rei domeſticæ: oĩa refert ad parcimoniã. Quibus utriuſq́ꝫ ſtudijs quãta confieit̃ utilitas nemo eſt quẽ lateat. Quẽ præterea fugit eoꝝ qui ſine cõiugio ſunt: rem omnẽ familiarẽ habere deteriꝰ in dies: utpote cui parcat nemo: ſed obliguriãt eam oẽs atq́ꝫ diripiãt? At uoluptatẽ nõ ea metior ratione qua pecudes uidemus: ut ſit ſuauis quædã ſenſuũ titillatio leuiſq́ꝫ pruritus. Sed ea mihi uoluptas uidet̃ optanda: qua qđ modo dicebã & nihil corporis labores remittunt̃ & animi ꝑturbatiõibus qñq́ꝫ præſſi ueluti relaxant̃. Huiuſmodi uero uoluptatẽ bene compoſitũ matrimoniũ in ſeſe cõtinere nemo ſane mentis ignorat. Nam & uir in uxoris probitate: pudicitia: parcimonia: diligẽtia atq́ꝫ charitate mirifice cõquieſcit: & uxor in uiri prudentia: ſtrenuitate: induſtria ac mutua erga ſe uoluntate: oẽs animi moleſtias: curas: ſollicitudines & reponit & ſedat. Ad hæc uero quãta eſt ea animi uoluptas: quæ cõtinuo ex procreatis liberis percipit̃: cum in ijs ſeſe parẽtes intueãtur nõ ſolũ eſſe: ſed perpetuo fore? Poſſem alias plæraſq́ꝫ rationes in mediũ afferre: quibꝰ oſtenderẽ in hac actiua atq́ꝫ ciuili uita nihil eſſe cõiugio nec præclarius: nec melius: ſed unũ illud potiſſimũ: qđ cætera ſacramẽta hominũ prudentiũ excogitatiõe atq́ꝫ auctoritate

Matrimoniũ & inuẽta ſunt & cõſtituta. Matrimoniũ uero cũ deus ipſe in prima noſtra origine ſuo ore cõſtituit ac iuſſit: & id quidẽ in horto delitiarũ: & in ſumma uitæ cõtinẽtia atq́ꝫ puritate: tum etiã chriſtus (Chriſtus) optimus maximus dilucide cõfirmauit: qui in matrimonio naſci uoluerit: & diuortiũ temere fieri prohibuerit: & ad nuptias inuitatus eas ſua præſentia honorauerit ac iuuerit. Perbeate igit̃ illis ego proſpectum reor uiri magnifici matreſq́ꝫ nobiliſſimæ: qui hac fœlitate cõiugij muniri ſeſe inſigniriq́ꝫ inſtituerint: Quoꝝ honorifico ſplendidiſſimoq́ꝫ cœtui uos hoc die aſcriptũ iri iurecõſultorum clariſſime

atqꝫ integerrime Theodore Plate: & nobiliſſima pudiciſſimaqꝫ uir Theodor⁹ pla.
go Heliſabet Vicecomes: iure ac merito ꝓ mea erga uos īnocētiſſi/ Heliſabet ui/
ma uoluntate & lætor & gaudeo. Intelligo eñ in hoc mutuæ chari cecomes
tatiſ uinculo fore: ut tranquillā ac fauſtā & fortunatā uitā ueſtrum
utriqꝫ partā & aīaduertāt oēs & fateanť. Hoc aũt loco haud abſur/
dum fuerit mea ſentētia: ut quid uobis tenendũ ſeruandũqꝫ ſit pau
cis cõmenter. Enimuero prima cõiugij cauſa eſt ſpes quædā īmortali
tatis: quæ ex liberis nobis pariť. Nam qui corpore mortales ſum⁹
per illos reddimur īmortales. Propagať eñ caro noſtra in ijs quoſ
genuerimus. Accedit etiā illud qđ cõiugati haud difficulter uitant
illicitos oīs ꝓhibitoſqꝫ cõgreſſus: Ob quā quidē rem monet Apo/ j. Corī. vij.
ſtolus: ut quiſqꝫ habeat ſuā. Eſt præterea uxor uiro permultis ī re/
bus adiumēto nõ mediocri. Solere etiā ꝑ uxoriā charitatē & acer/
biſſimas inimicitias tolli ardētiſſimaqꝫ bella reſtingui: Raptæ Sa/
binæ nobis exemplo ſunt. Poſſem alia meminiſſe permulta: q̃bus
cõiugij bonitas eluceſceret. Sed qm̃ res patet ipſa per ſeſe: ea breui/
tatis gr̃a miſſa facio: Modo unũ illud ueſtrũ prætereat neutrũ: tri/ Bona triplicia
plicia eſſe bona cõiugij ſcđm Aureliũ Auguſtinũ: fidē: proſē: ſacra/ Fides: proles:
mentũ. Fidei aũt illud eſt munus: ne præter uinculũ cõiugale cũ al/ ſacramentũ
tero aut altera cõcubať: Id qđ nõ minus uiro ſeruandũ eſt q̃ uxo/
ri. In prole uero attēdiť ut cum charitate ſuſcipiať religioſeqꝫ educe
tur & urbane. At in ſacramēto cauendũ eſt omi ſtudio ne coniugiũ
ſepareť: ne per diuortiũ alteri coniugať: ne prolis quidē ipſius cau
ſa. Eſtqꝫ præceptũ illud perpetua recordatiõe uſurpandum: Quos Matth. xix.
deus cõiunxit homo nõ ſeparet. Quare illud eſt maxime officio: ut
oī opeꝛ atqꝫ opa ſtudeať: ut nõ corpoꝝ mõ: ſed nec etiā aīoꝝ ulla ſit
diuortij ſuſpitio. Debēt enim coniugati aſſidue mutua ſe charitate
complecti: meminiſſeqꝫ iccirco matrimoniũ appellari: ut quæ uiro
cõiungiť mater fiat. Hæc eñ eſt tanq̃ regula nuptiaꝝ: quo genera/
tionē regeneratio excipiat: & ita deinceps regenerādo perpetuo ꝓ/
pageť per mutuũ charitatis & obediētiæ uinculũ: cũ neuter habeat
ſui corporis poteſtatē: ſed alter alteri ſint adeo obſtricti: ut ſe cõtine
re nequeāt altero cõnubij debitũ poſtulāte. Cæteꝝ quid pluribus
eſt opus? Solũ cõiugij ſacramentũ diuino ore cõſtitutũ eſt: cũ cæte/
ra ſacramēta humanæ ſint inuentiõi aſcribēda. Quod deus igiť uo
luit: cõſtituit: iuſſit. Id ſi quis negarit ulla carere bonitate: hunc ego
auſim appellare & ſceleratũ & impiũ. Nunc aũt ſeparati ad utrũqꝫ
ueſtꝝ quædā pauca ſim dictur⁹: atqꝫ te primo alloquar Heliſabet.
Habes tu ſane ea oīa quæ in ſponſa ſpectari cõſueuerũt: probitatē: Heliſabet
uenuſtatē: nobilitatē: dotem. Tua probitas eſt tota: quippe quæ in Probitas

animo eſt poſita: hanc tibi eripere nemo poteſt. Quare cum tibi ſit
peculiaris: noctes tibi ac dies curãdũ eſt: ut ei ſemper aliq̃d addas:
Venuſtas eã amplifices: exornes: illuſtres. Venuſtas corporis eſt: quæ eo ma-
Nobilitas gis habet̃ in precio: quo magis fuerit cũ uirtute cõiuncta. Nobili-
Dos tas & diuitiæ: fortunæ cenſent̃ bona. Dos tibi & pulchra eſt & pro
ciuitatis cõſuetudine ſatis ampla. Nam de tui generis ſplẽdore q̃d
Vicecomites attinet multa memorare. Non eñ familia Vicecomitũ aut obſcura
eſt aut noua: ſed & priſca admodũ & illuſtris & præpotẽs. Nam ut
reliquos miſſos faciã uiros in oĩni dignitatẽ gradu clariſſimos qui
ex hac proſapia emanarũt: id ſatis mihi ſuperq; uidet̃ q uni Vice-
comites inclyti & excellentiſſimi principes annos iam prope centũ
Mediolanũ ac ſeptuaginta nõ Mediolanũ dũtaxat: qua una urbe nihil habet
Italia orbis terræ populoſius: nec uniuerſa Italia magnificentiꝰ: ſed alias
Gallia ciſalpi. item permultas & Galliæ ciſalpinæ & Liguriæ potẽtiſſimas urbis
Liguria fœliciſſimo imperio & tenuerũt q̃ diutiſſime: & hac etiã tempeſta-
te tenẽt q̃ pacatiſſime. Sed ne in maioribus tuis enumerandis am-
pliſſimis certe oĩbus optimiſq; uiris uidear dicendo prolixior: ſatis
Gaſparinꝰ ui pro tempore fuerit meminiſſe Gaſparini Vicecomitis parentis tui:
cecomes uiri profecto & generoſi & ſingulari bonitate præditi: qui illuſtriſſi
Philip. maria mo illi principi Philippo Mariæ ob incomparabilis ſuas multipli-
ciſq; uirtutes & chariſſimus fuit & periucundus: adeo ut nihil unq̃
ab eo fruſtra poſtularet. Quid enim loquar de tua nobiliſſima illa
Ioanna Ioanna matre: quæ præſtantiſſimis Ruſconibus nata: qui tum alia
Ruſcones nõnulla oppida: tum etiã urbẽ Comũ quondã tenuere dominatu:
Comũ in oĩni pudicitiæ ac prudẽtiæ gloria: nulla ſe geſſit clariſſima fœmi-
Ioãnes aloyſiꝰ na inferiorẽ. Habes præterea q hic adſunt: tum ornatiſſimũ equi-
Franchinus tem auratũ Ioannẽ Aloyſiũ: tum Franchinũ nõ fraterno ſolũ ſan-
guine ſed etiã mirabili charitate cõiunctos: qui ut ſunt corporũ ma-
gnitudine ac forma inter oĩs Mediolanẽſes ſpectatiſſimi: ita pluri-
bus uirtutibus ac maximis apprime celebrandi: ob eaſq; res excel-
Agnes lentiſſimo noſtro principi gratiſſimi. Sunt ad hæc tibi in uiuis ſoro
Antoniꝰ mar res tres nõ uulgari celebres honeſtate: Agnes uiro grauiſſimo eidẽ
lianus ſapientiſſimo & optimo Antonio Marliano cõiuncta matrimonio:
Leçadra & Leçadra comitis Franciſci Turriani uxor: qui quidem ambo in-
Fran. Turria- tegerrimi ſunt prudẽtiſſimiq; ducales ædiles: quos uulgo magnos
nus comes uocãt ducaliũ intratarũ. Eſt itẽ ſoror tertia Margarita nupta ducali
Aloyſius du aulico Aloyſio Dugnano. Quibus ſane ſororibus tuis: Heliſabet
gnanus pudiciſſimis ꝓbatiſſimiſq; debes nulla uirtute cedere. In primiſq;
Heliſabet meminiſſe hunc te uirum eſſe habiturã id quod fauſtum fœlix for-
Theodorꝰ pla. tunatũq; ſit Theodorũ Platũ: qui & genere natus eſt ſplendidiſſi-

mo & parētibus optimis: & ipſe quoqꝫ probitate: eruditione: elo-
quentia poſterior nemine: ſiue cum iurecōſultis conferatur: ſiue cū
philoſophis: ſiue cum oratoribꝰ maximiſqꝫ uiris in oīmi genere lau-
dis & gloriæ. Vellem mihi liceret Heliſabet ea oīmia de tuis laudi-
bus dicere quæ & pulcherrima ſunt & ueriſſima. Sed cū ea ſit apud
oīmes de te fama pudicitiæ: prudētiæ: probitatis: ut uirginibꝰ oīmi-
bus una tu exemplo eſſe & poſſis & debeas: iam tempus me admo-
net: ut omnē meū orationis curſum in futurꝝ hunc ſponſum tuum
breuibus conuertam. Quid autem de te primū laudem Theodore
Plate: uel quid non laudem potius? Nam quis omniū eſt: qui de
tuis pulcherrimis maximiſqꝫ uirtutibus: ingenio: diſciplina certius
teſtimoniū uno Frāciſco Philelfo afferre queat: cuius uel admodū
adoleſcens inſtitutus es diſciplinis: & cum ætate prouectus & ſapi-
tia ab eiuſdem te familiaritate & amicitia nunq̄ alienum te uolui-
ſti? Finxit te natura ingenio uigili: acri: ſtrenuo: dextero. Quare nō
modo quæ recte audires: celeriter tanq̄ percipiebas: ſed permulta
quoqꝫ aſſiduo ſtudio diligentiaqꝫ tua ex uarijs lectionibus conqui
ſita atqꝫ collecta: perinde atqꝫ in optimæ quedā atqꝫ frugiferæ meſ-
ſis aceruū cōgerebas: nihil qđ uel ineptū eſſet: uel minus luculentū
admittēs. Quibus quidē naturæ tuiſqꝫ inſtitutis factū eſt breui: ut
nihil quod ad oratoriā attineret: nihil quod philoſophiæ grauita-
tē ſaperet ignorares. Cum uero intelligeres & pro conditione tem-
porꝫ: & pro maiorꝫ tuorꝫ gloria legū ciuiliſqꝫ iuris ſapientiā oīmino
tibi eſſe obeundā: ad hāc te totū tanq̄ in patritā & auitā poſſeſſionē
recepiſti. Idqꝫ uſus & ingenij acrimonia & memoriæ bonitate & cō
tinua quadā diligētiqꝫ induſtria breui tp̄is curriculo præſtitiſti: ut
iuriſconſultorꝫ & eruditiſſimus habereris & innocētiſſimꝰ. Nec tñ
inter hæc ſtudia ſi quid ocij uenari poteras: id uacuū fluere patieba
ris. Sed qđ alij plæriqꝫ oēs ad relaxationē & uoluptatis illecebras
conferūt: id tu oīme aut ad rerꝫ diuinarꝫ perſpicientiā: aut ad aliarū
diſciplinarꝫ cognitionē transferebas. Quo factū uidemus: ut omni
in laude uerſatus exiſtimeris. Nec eñ te fugiebat duo eſſe hoīm ge- Duo hominū genera
nera: Alterꝫ doctū & urbanū: alterꝫ indoctū & ruſticū: & hoc quidē
humanæ præſtantiæ q̄ minimā partem repræſentare: Quo de uno
uerecunde locutus eſt Hieronymus inquiens: Sancta quippe ruſti-
citas ſoli ſibi prodeſt. At alterum illud longe propius uidetur ad di
uinam bonitatem accedere: cum non ſibi ſolum: ſed uniuerſo hu-
mano generi natum iure queat iudicari: quod & conſulendo & mo
nendo & inſtituendo & tuendo ſit omnibus uſui. Etenim cum duæ
ſint animi ptes: quarꝫ altera rationē habet: altera caret: ī utriuſqꝫ ui

| | |
|---|---|
| | eximius eſſe uoluiſti. Quapropter uirtutes oīs cōplexus es & con/ |
| | templatiōis & actionis: quo utriuſq; fœlicitatis etiā inter uiuos fie/ |
| | res cumulatiſſime particeps. Turpiſſimū certe iudicās a primis tuis |
| Plato Solon | illis maiorib⁹ Platoneq; & Solone ulla ex pte degenerare. Platoꝝ |
| Origo domus | eñ familiā & priſcam eſſe & percelebrē ſatis nobis oñdit ipſe unus |
| Theodori Pla | Plato: ab quo Plati defluxere. Quiſ eñ audeat negare extitiſſe Pla |
| ti | tonē philoſophorū plane oīm & maximū & grauiſſimū? Vt diui/ |
| | ni illius ingenij ſummæq; ſapiētiæ cætera argumēta prætereā: fuit |
| | ille omniū philoſophoꝝ primus: q & de trinitate & de reb⁹ diuinis |
| | ac noſtris multo ante humani generis redēptorē q̄ apertiſſime fue |
| | rit pientiſſimeq; locut⁹. Qua ipſa re una q̄ q̄ philoſophoꝝ omniū |
| | nobiliſſimus iudicari debet: altius tñ eius eſt nobilitas recēſenda. |
| Platōis origo | Plato uir fuit Atheniēſis Xenocratis academici & Ariſtotelis Peri/ |
| Ariſtoteles pe/ | patetici doctor. Is ſuo proprioq; noīe Ariſtocles dictus eſt. Nā Pla |
| ripateticus | tonis appellationē aut a pectoris latitudine ab oratiōe uberiore de |
| πλατύσ | ductū putāt. πλατύσ: platys eñ græce latū latine ſignificat. Hui⁹ |
| Codrus | paternū genus a Codro manauit Atheniēſiū iuſtiſſimo rege Melā/ |
| Melanthus | thi filio: at maternū a Dropide poeta elegātiſſimo Solonis legūla/ |
| Solon | toris fratre. Qui quidē ipſi altius referūt genus ſuū in Nileū heroa |
| Nileus | Neptuni filiū ac Peliæ fratrē. Ex quo itē Nileo & Chlora Amphi/ |
| Chlora | onis filia: nati ſunt filij duodecim: quoꝝ natu minor fuit Neſtor is |
| Amphion | qui in bello Troiano ſapientia & eloquentia inter Græcos cæteris |
| Neſtor | præſtitit. Itaq; mirandū certe nō eſt: ſi Theodor⁹ Platus huiuſmo/ |
| Theodor⁹ pla. | di ortus genere: & ipſe iuxta ac pater Georgius clariſſim⁹ ille iuriſ/ |
| Georgius iu/ | conſultus legū ciuiliſq; iuris ſapientia eſt illuſtris: & Petrus Anto/ |
| riſconſultus | ni⁹ hui⁹ frater: cū militiæ gloria: tū poetica eſt & oratória laude in/ |
| Petrus Anto/ | ſignis. Theodorus eñ pro tranſfuſa & propagata in poſteros ui ſo/ |
| nius Platus | lertiaq; naturæ: Platonem Solonaq; repræſentat. At Petrus Anto |
| | nius: tum Nileū illum qui & Pilum cōdidit & res geſſit maximas: |
| | tum Amphiona & Dropiden: quos eloquentia reddidit celeberri/ |
| | mos. Vterq; aūt bonitate referunt Codrum regem. Is eñ pro iuſti |
| | cia & charitate patria ſeſe ultro morti obijcere nō dubitauit. Ea de/ |
| | niq; ratione hi duo fratres pro diuino principe noſtro patriæq; ſa/ |
| | lute: ſi opus eſſet: uitā ipſam ultro alacriterq; exponerēt: præſertim |
| | cum animaduertāt in principis ſalute patriā ſalutē eſſe conſtitutā. |
| | Quam in uno ipſo Theodoro omnē maioꝝ ſuoꝝ laudē & gloriā |
| | ita liceat reperire: ut nullus nobis neq; Amphion: neq; Dropides: |
| | nec etiā Neſtor ſit deſiderādus. Nā ad cæteras uirtutes & uerſu ua/ |
| | let & oratiōe ſoluta: adeo ut qđ de Neſtore apud Homerū legim⁹: |
| | ex ei⁹ lingua melle dulcior oratio ꝑfluat. Adde modeſtiā: facilitatē: |

mãſuetudinẽ: comitatẽ morũq; elegantiã mirifica & inaudita qua-
dã ingenij dexteritate prudẽtiaq; conditã. Quid multis? Ita ipſe p
ſeſe pollet: ita ſuo ſplẽdore præclarus eſt: ut uideat maiorꝝ etiã cla-
ritudini præluxiſſe. Quid eñ ſim longior in recenſenda Platorꝝ no
bilitate: cũ nõ modo in Inſubribꝰ: ut uetuſtiora illa ſilẽtio iã inuol- Inſubres
uã: uerꝝ etiã & in Placẽtino ac Parmẽſi ſolo ſuperioribꝰ temporibꝰ
& in ipſa etiã Liguria: cuiꝰ caput eſt Genua lateq; per Italiã nõnulli Liguria
ex Platorꝝ familia uiri magni & præpotẽtes: caſtella plurima oppi- Genua
daq; poſſederint? Quare ne priſca illa curioſius repetẽtes: quæ ma
gis ad rem faciũt prætereamꝰ: paucis mihi cõplectendũ uidet: qđ
& oſtendi oĩbus poteſt & ipſe legi. Extant eñ grauiſſimæ quædã ta
bulæ quæ uulgo hac tẽpeſtate uocant publica inſtrumẽta: & eæ q-
dem repertæ in Archiuo Placẽtino cõfectæq; anno a natali chriſtia
no uigeſimoſecũdo ſupra milleſimũ. Quibus quidẽ tabulis perſpi
cue patet fuiſſe fratres ſex ex quodã natos magnifico militaris di-
gnitatis uiro Plato noĩe: q ex Plata familia ortus eſſet: ac nobili fœ Platus
mina Mathodia: quæ filia foret magnanimi eqtis aurati comitiſq; Mathodia
Lonielli Luciani: atq; his paternũ auũ extitiſſe Facinũ Platum: & Loniellus luci
ipſũ equitẽ auratũ: auiã uero ꝓbatiſſimã & nobilẽ fœminã Dom- anus comes
nillã Araſmi turriani filiã. Atq; his quoq; in tabulis quæ cõfectæ Facinꝰ platus
ſunt Herciſcundæ familiæ gratia: dilucide apparet fuiſſe illiſ Platis Domnilla
ampliſſimũ patrimoniũ & arces permultas atq; oppida: quæ pro Araſmus tur-
ſuis portionibus ſingillatim inter eos fratres diuiſa ſunt. Caſtellũ rianus
aũt unũ noĩe Platonũ iccirco indiuiſum atq; cõmune relictũ eſſe: Caſtellũ
qm̃ Platorꝝ familia a diuino illo Platone philoſopho trahẽs origi-
nẽ: haberet agnatiõis ſuæ ꝑpetuũ cognomentũ. Cũq; hi ſex fratreſ
ſcđm portiões quæ cuiq; obtigerãt: aliꝰ Bononiã: alius Ferrariã:
alius Genuã: alius Parmã: alius Immolã ſeſe cõtuliſſent: Antoniꝰ
Platus qui foret ex illis omnibus natu minor: haberetq; portionẽ
ſuã in Mediolanenſi ditione: Mediolanũ ſe recepit: ab q̊ quidẽ uno
cũ cæteri maiores: tum illuſtris & ſapiẽtiſſimus iurecõſultus Geor-
gius Platus clariſſimi huius ſponſi pater ꝓfectus eſt. Quid eñ me-
morẽ qđ eſt oĩbus luce ipſa magis perſpicuũ: uirũ illum grauẽ atq;
ſapientẽ Guidetũ Platũ: quẽ ipſe Georgiꝰ auũ habuit. Fuit eñ ille Guidetꝰ platꝰ
tanta probitate & ſapiẽtia: ut nõ modo apud Ioannẽ Mariã ſecun- Georgiꝰ platꝰ
dum Mediolanẽſiũ ducẽ iuuenẽ ſane ferociſſimũ primũ locũ obti- Ioannes Ma-
nuerit: ſed apud eius etiã patrẽ Ioannẽ Galeaciũ: q̊ nihil uidit ætas ria dux
illa in om̃i præſtãtiæ genere: nec admirabiliꝰ: nec perfectius: tanto
eſt hahitus in honore: ut exiſtimari poſſet diuinus ille princeps ni-
hil apud ſe habere uno Guideto Plato: aut charius aut precioſius.

Itaq̧ nõ eſt mirandũ ſi talis ille tantuſq̧ uir pro ſuæ pietatis mune
Hieroſolyma re ad ſanctã ciuitatẽ Hieroſolymã cũ ornatiſſimo famulatu nauiga
uit: quippe qui intelligeret honorẽ oẽm huius mũdi inanẽ eſſe: ubi
diuino uacaret cultu. Quobrẽ deuotiſſime eo profect⁹ ubi uoti ſui
Carolus pietiſſime factus eſt compos: a ſereniſſimo Hungariæ rege Carolo
apud ſacroſanctũ ſepulchrũ ipſum militaribus eſt ornatus inſigni-
bus. Hoc igit̃ auo Guideto & patre Georgio nat⁹ ẽ excellentiſſim⁹
hic iurecõſultus Theodor⁹: & q̃ de modo uerba fecerã Petrus An-
Anaſtaſi⁹ pla. tonius: & cũ alij fratres: tum Anaſtaſius adoleſcẽs: qui etiã ipſe pa-
ternã atq̧ alioꝝ ſuoꝝ maioꝝ gloriã egregie imitat̃. Nã ipſe quoq̧
legali ciuiliq̧ ſapiẽtiæ ita operã dat: ut ſuoꝝ æqualiũ cedat nemini:
Solon neq̄ ꝗ is qdẽ Solonis Platoniſq̧ obliť. Nã & Solonis legeſ quãto
Romani fuerint in honore: uel unũ illud eſt dilucidũ argumentũ: quod Ro-
Græcia mani ipſi reꝝ domini legatos decẽ in Græciã uſq̧ miſerint: qui eas
ab Atheniẽſibus petitas in urbẽ ferrent ad ſuum ſtabiliendũ iuſti-
Plato cia & decorãdum imperiũ. Et Plato quãtã præ ſe laudẽ ferret legũ
iuſticiæ uniuerſæq̧ adminiſtrationis ciuitatis: cũ alia permulta ei⁹
uolumina eruditiſſime atq̧ ſapientiſſime lucubrata: tum libri decẽ
de republica: duodecimq̧ de legib⁹ apertiſſime declarant. Sed his
oĩbus omiſſis quid loquar de materno genere Theodori: quid
Agnes inq̄ de hui⁹ matre pudiciſſima atq̧ optima muliere Agnete Maffei
Maffeus mu-
çanus Muçani illius filia: qui & ſenator ſapientiſſim⁹ fuit: & ob maximas
ſuas inumerabiliſq̧ uirtuteſ Philippo Mariæ nobiliſſimo duci cha
Philipp⁹ Ma-
ria dux riſſimus. Num tantus ille princeps cuius ſplendidiſſimum nomen
nulla unq̄ neq̧ inuidia nec poſteritas obſcurabit: tãtõ feciſſet unũ
Maffeum muçanum niſi oĩ laude dignum cenſuiſſet: Vellem mi
hi liceret ea oĩa in medium referre: quæ ad uera de te laudes atti-
Theodorus nere intelligo præſtãtiſſime iuriſcõſulte Theodore Plate: quæ quo
Platus niam temporis breuitate impedior ut prætereã eſt neceſſe. Vnum
Plato illud certe ſcio te unum eſſe inter omnis qui non tam Platus dicen-
dus ſis q̄ Plato: utpote qui non modo Platonem in oĩ ſapientiæ
gloria repræſentes: uerumetiã ſis idem Plato: a quo illuſtris fami-
lia olim tua quæ nunc deprauatione temporũ Plata dicitur: Plato-
nica fuerit appellata. Sed qm̃ me tempus iam admonet: ut ad uer-
ba illa ſolennia: quibus tota uis matrimonij per uerbũ de præſenti
cõcludit̃: noſtra oĩs oratio ſe cõuertat. De his nũc ſatis atq̧ ſuper.

¶ Franciſci Philelfi Oratio habita in ſponſalitijs Petri Bi-
ragi & Heliſabet Princiuallis. IIII.

# ORATIO NVPTIALIS F IIII.

QVi ſacratiſſimum cõiugij uinculum nõ ſummopere laudãt excellẽtiſſimi principes: indigni profecto illi mihi uideri debent: qui ex ullo hoĩm numero iudicent. Nam ſi natura fieri uidemus: ut quicquid aut alitur aut ſentit: producat aliquid ſibi ſimile quo in ſua ſpecie propaget: idq; nõ in cætetis aĩalibus ſolũ quæ ratione carent: ſed in herbis etiã & arborib⁹ quæ ſunt inopes ſenſus intueri liceat: quid de humano genere dixerimus qđ diuinã imaginem præ ſe fert? Nonne ad ipſum naturæ appetitum diuino quoq; præcepto admonemur: ut creſcamus ac multiplicemur terramq; repleamus? Et eſt ſane coniugium (ut mea fert opninio) uiri atq; mulieris ſcđm legem ad procreandos liberos cõiunctio. Non eñ ad pruriendis libidinis: nõ ad titillantis ſenſus: nõ ad obſcœnæ uoluptatis intemperantiam inſtitutum eſt matrimoniũ: ſed ut pro ratiõe: pro lege: pro ſanctimonia nobis ſimiles generemus. Itaq; in coniugio admodum eſt cauendum non modo ne quid per adulterium quod impium eſt: ſed ne per laſciuiã quidem ullam quod pecudum eſt proprium perpetremus. Omnia ſunt a nobis ſcđm uirtutem ac deum agenda: dicenda: cogitanda. Hæc qui pure caſte innocenterq; ſeruare perrexerint: nõ difficulter triplicia illa bona aſſequent: quæ dicuntur fidei: prolis: ſacramenti. Huiuſmodi autẽ matrimonium tantum in ſe iucunditatis habet: ut nihil in uita poſſit eſſe fœlicius. Quod ſi ex ullo unq̃ ſperandũ fuit: tamẽ ex hoc præſenti fauſto fortunatoq; coniugio non modo licet ſperare: ſed ita omnino ſperare atq; ea quæ oculis cernuntur & in noſtra ſita ſunt poteſtate. Quis enim ignorat ſponſam ipſam Heliſabet Princiuallis Lampugnani uiri clariſſimi atq; optimi Katherinæ Spinellæ nobilis & honeſtiſſimæ mulierẽ filiã ita eſſe ab prima uſq; infãtia educatam: ut ſimul cum lacte uideatur pudicitiam bonitatemq; omnem hauſiſſe? Nam de Petro ſponſo quid attinet multa dicere: quẽ omnes ſcimus nemine ſuorum æqualium in omni probitatis genere inferiorem? Et ne longior ſim q̃ tempus locuſq; patiatur: eſt certe Petrus parentum maiorũq; ſuorum q̃ſimillimus: quippe qui natus Antonio Birago ornatiſſimo uiro & Heliſabet Souica muliere probatiſſima: habuit Maffeolum paternũ auum: quem præſtantiſſimus dux Philippus ob eximiam erga ſe fidem ſingulareq; prudentiam præfecit ſuæ uniuerſæ curiæ magiſtrũ: quem quidem pulcherrimum & ampliſſimum magiſtratum Maffeolus ea diligentia & integritate geſſit: ut perinde atq; hæreditariũ diuinus ille princeps in Antonium eius filium poſt patris obitum trãſtulerit. Quid dicam ptæterea de hui⁹ patruo: Andrea Birago uiro magnifico &

Diuinũ præceptum
Coniugiũ
Liberi
Intemperãtia
Lex
Sanctimõnia
Matrimoniũ
Heliſabet
Katherina
Petrus
Antonius biragus
Maffeolus
Philipp⁹ dux
Andreas biragus

grauiſſimo: Nōne idem dux Philippus tanti eū ſemper fecit: cū publicis: tum priuatis in rebus ob ingenij acrimoniā magnitudinē𝈥 cōſilij: ut neminē haberet chariorē: neminē iucundiorē: neminē cui plus aut tribueret aut crederet? Apud hunc aūt illuſtriſſimū principē noſtrū ꝙtum ſemper idem Andreas ualuerit quoad uixit & auctoritate & gratia & domi & belli: ob eā qua plurimū ſemper claruit diligētiā ac fidē: nemo ueſtrū omniū eſt qui neſciat. Quid eñ uager ꝑ alienas familias qb⁹ Petrus ſponſus affinitate cōiunctiſſim⁹ eſt? Souicos: Poſterulas: Amidæos: Aduocadros: Morones: Vicecomites ipſoſ𝈥 Lampugnanos: cū inter Biragos tot uiri floruerint ac etiā nūc floreāt in oñi uirtutis genere: ut ſi eos numerare uoluero in hac tꝑis breuitate: ſim nō mediocri tædio futurus? At de

Heliſabet

nobilitate & generis claritudine pudiciſſimæ huius ſponſæ Heliſabet: ſi uerba uoluero pro dignitate facere: non ſit mihi huiuſmodi breui ſermone opus: ſed prolixa oratiōe uel ꝙ ſpacioſiſſimis poti⁹ uoluminib⁹. Nam quæ familia eſt paulo excellentior nō Mediola-

Gallia ciſalpi.

ni ſolum: ſed in hac uniuerſa Gallia ciſalpina: quæ nō ſibi maximo ſemper duxerit ornamento Lampugnanoꝝ affinitates? Quare ut tp̄i inſeruiaꝰ: cætera oīa omittētes: paucis ea percurramus: quæ ad domeſticas ſponſæ laudes in huiuſmodi neceſſitudinis genere attinēt. Nata ē Heliſabet patre ut modo dicebaꝰ Princiualle: uiro certe mea ſentētia: qui & dexteritate ingenij & ſtrenuitate magnitudine𝈥 animi alteri nemini ſuæ patriæ cōcedat: fide aūt & obſeruātia

Fran. Sphor.
Blanca Maria

tanta in excellētiſſimos noſtros principes Franciſcū Sphortiā Blāca𝈥 Mariā: duo hui⁹ temporis ſplendidiſſima luminaria: ꝙto eſſe maior nullo pacto poſſit. Quid eñ meminero aut Petrū auū patrinū ciuilis pontificij𝈥 iuris peritiſſimū grauiſſimū𝈥 doctorē? Aut

Georgius

Georgiū illū patruū: cuius ad paternas laudes tanta beniuolentia acceſſit in hunc diuinū principē: ut eā nō niſi cū uitæ exitu termina-

Bernard⁹ philoſophus
Baptiſta
Ioānes andre.
Hieronymus
Oldradus
Philippus Maria dux

rit? Nam & Bernardū philoſophū ac medicū & baptiſtā at𝈥 Ioannē Andreā uidetis in uiuis nō uulgari uirtute iuuenes. Hieronym⁹ etiā ipſe patruus ꝙta modeſtia humanitate𝈥 præſtiterit: dum uita frueretꝰ cognoſtis oēs. Sed ut de reliquis ne ſim in dicendo longior conticeſcā: Nōne unus hic Oldradus Lampugnanus magnificus eques auratus ducaliſ𝈥 ſenator ſapiētiſſimus: tanto ſemper in honore eſt habit⁹ ob eius præclaras ſummaſ𝈥 uirtutes: cū apud Philippū Mariā illū: tum apud hunc ipſum Franciſcū Sphortiā ſoceꝝ generū𝈥 duces: ut alterū habeam⁹ neminē: qui cū hoc uno queat de gloria cōtendere? Quæ cū ita ſint: nō dubia nobis oībus ſpem afferūt fœliciſſimi cōiuges: Heliſabet Lampugnana Petre𝈥 Birage

in om̄i uos laude ſimilis fore parentū maioꝝq; ueſtroꝝ. Rn̄debitiſ
em̄: rn̄debitis ꝑfecto geniturae ſemini: taliſq; uos præſtabitiſ ut nō
minus illis præluxiſſe q̄ accepiſſe ab illis lucē ſitis iudicādi. Quare
qđ fœlix fauſtū fortunatūq; uobis ſit: iā ad ipſum deſponſationis
mun⁹ ꝓpi⁹ accedam⁹. Mediolani. iiij. Idus ſeptēbres. M.cccc.lviij.

## ¶ Franciſci Philelfi Epithalamiō in nuptijs nobiliū cōiugū Ioannis Antonij Simonetæ: & Margaretæ cottæ. F.V.

i
INter humanæ ſocietatis uincula: quib⁹ ratiōe duce iucūde
inter nos uiuimus: nullū profecto neq; iucūdius neq; utili⁹
eſſe aĩaduerto: q̄ quo uir & uxor mutua charitate inuicem
cōiungunť. Scimus em̄ in uniuerſa re domeſtica qua cōſtituiť ſemi
nariū reipublicæ: triplicē eſſe ſocietatē: Heri & ſerui: uiri & uxoris: pa Triplex ſocie/
tris & filij: & id quidē ſcđm triplex ciuitatis adminiſtrādæ genus. tas
Haꝝ uero cōmunionū cōiugiū qđ uocamus: tantā uim in ſe habe
re: tantā magnitudinē: tantā præſtātiam excellētiſſimi philoſophi
tradiderūt: ut inde gradatim ſecūdis auſpicijs ad ſummū uſq; eať
imperiū. Vt em̄ unius egregij uiri principat⁹ & optimatiū præſtat
& populi dominatui: ea rōne ſcđm Gregoriū Naçiançenū: qđ ex/ Gregorius na
emplo unius dei in cælo regē unū oportet eſſe in terra: Eodē modo çiançenus
cōiugalis dignitas quæ unius ē ad unā: reliquas ſocietates antecel/
lit. Itaq; mirandū certe nō eſt: ſi deus optimus maxim⁹ ab ipſo uſq;
humanæ creatiōis initio cōſtituit iuſſitq; matrimoniū: continuoq;
adiecit: Creſcite ac multiplicamini & replete terrā. Nō em̄ a Cecro/ Cecrops
pe illo quē fabulanť: nō ab Aegyptiaca ſuperſtitiōe: nō a Romulo Aegyptij
neſcio quo eſt huiuſmodi cōiunctionis bonitas aut introducta aut Romulus
excogitata: ſed ab ipſo īmortali deo: a quo quicq̄d eſt boni: ad nos
peruenit: & ſine quo boni eſſe oīno nihil pōt. Et q̄q̄ maritalis cha
ritas inter oīs ſuauitates eſt ſua natura ſuauiſſima: tunc tn̄ fit longe
ſuauior & gratior ſi quā rōne inſtituta ē: eadē etiā perpetuo ſerueť.
Nam ꝓcreatiōis gratia matrimoniū introductū uidemus: & id nō
hoīm magis q̄ cōmuni quadā naturæ lege. Sic em̄ & arbor arborē
& ſeges ſegetē: & aīal ex ſe aīal gignit: qđ qui diligēter ſecū aīo uo/
lutarit: om̄i opera diligētiaq; curabit: ne quid in maritali præcellē/
tia aut agat: aut mediteť qđ ab ei⁹ decoro ſit alienū. Sanctū inq̄ &
impollutū oportet eſſe cōiugiū: qđ ut in oī uita mutua dilectiōe tu
eamur: illud nos oportet præceptū aſſidue meminiſſe: nec uirū ha/ j. Corī. vij.
bere poteſtatē ſui: nec uxorē ſui eſſe arbitrij: ſed utrūq; alteri pari q̄/
dā pietate obſtringi. Quid em̄ meminero: quæ quantaq; cōmoda

atq; emolumēta ex ipſo benecōueniēti cōnubio cōſequunt: cū ij ſi-
mus ignari: ut eſt prudētis patriſfamilias rē quotidie quantū hone
ſtas patit: augere ita ſollertis diligētiſq; matronæ eā domi digerere
Ioannes antonius ac tueri: Quare nō equidē poſſum uobis nō admodū gratulari Io
annes Antonij atq; Margarita: qui diuinū præceptū ac legitimā cō
Margarita iugij ſanctionē hoc die: qd' utriq; ueſtrū fœlix fortunatūq; ſit: initu-
ri q̄ rectiſſime uobis poſteritatiq; ueſtræ cōſuluiſtis facturi uos cer.
te oīa pro ueſtra ueſtrorūq; dignitate. Nam ut abs te incipiā caſtiſſi
ma pudiciſſimaq; puella Margarita: nō potes tuorū parētū nō eſſe
ſimillima. Siue eē ante oculos tibi ponas nobiliſſimā & honeſtiſſi
Magdalena mā matrē tuam Magdalenā Leonatinā: ſiue patrē tuū clariſſimū &
Petrus cotta grauiſſimū ſenatorē hunc Petrū Cottā: tanto debes accendi ꝓbita
tis deſyderio: ut niſi qd' honeſtū ſit & laudabile: apud oēs ītelligas
tibi eſſe in uita ꝓpoſitū. Nō eē es ignara quāto ſemp: tum uniuer-
ſarū Cottarū familia: tū ornatiſſimus pater tuus in ſplendore ſit ha
bit⁹. Nā ut antiquiora breuitatis grā cōticeſcā: niſi uir iudicat⁹ ſem
per eſſet ꝓbatiſſim⁹ pr̄ tuus: nunq̄ præſtātiſſim⁹ dux Philipp⁹ tanti
eū feciſſet: q̄diu fuit in uiuis: neq; illuſtriſſim⁹ hic atq; optim⁹ prin-
ceps noſter ordini ſenatorio aſcripſiſſet. Quo fit ut oī tibi cura: omi
ſtudio: oī induſtria annitendū ſit: ut huius ætas quæ ad ſeniū iā pue
nit: ī tua ꝓbitate atq; laude cōquieſcat. De te uero Ioānes Antoni
Simoneta nihil eſſe intelligo qd' nō q̄ optime ſibi qſq; debeat pol-
liceri. Es eē tu oīm primū ſingulari quadā prudētia prædit⁹: Qua
fit: ut quæ te ſequi oporteat in matrimonij ſanctitate & quæ uita-
re: neſcius eſſe nō poſſis. Accedit auūculi huius tui uel patris poti⁹
Angelus integerrimi atq; ſūmi ſenator Angeli Simonetæ auctoritas & am
plitudo: cui⁹ prudētiſſimis inſtitutis: & uolūtati cū ſemper parueris
ac pareas: hanc oēm quā habes tibi gloriā peperiſti. Quid eē me-
morē hoc loco ſapiētiſſimū & eruditiſſimū uirū: ducalē ſecretariū cō
Cicchus ſobrinū tuū Cicchū: qui ut affinitate tibi cōiunctiſſim⁹ eſt: ita ma-
ximū adiumentū ad noīs claritatē: His ſane rōnib⁹ factū eſt: ut ſu-
Oldradus periore tpe magnificus eques aurat⁹ Oldradus Lampugnan⁹ ille
cuius nomē illuſtre eſt: unicā filiā quā habebat tibi matrimonio co
pulauerit. His etiā rōnibus adductus uir ſpectatiſſim⁹ Petrus Cot
ta te ſibi generū libēter accepit: fiſus ī s certæ tuæ anteactæ uitæ: quā
nouit omi ex parte probatiſſimā eſſe. Quapropter tibi opa danda
eſt: ut tantæ de te expectatiōi nō modo rn̄deas: ſed etiā mirabiliter
ſuperes. Aſpicis præterea nō obſcure: quātum tibi munus ad glo-
riam eſt additum q; humaniſſimus princeps noſter ſplendidiſſima
ſublimitatis ſuæ præſentia: cū tot illuſtribus inclytiſq; principibus

matrimoniũ hoc honorat: futurũ is quidem ſperans: ut tales e uobis coniugibus liberi prodeãt: quales Angelum Petrũq; eſt expertus: quorũ erga ſe fidem atq; deuotionẽ tantam in rebus oĩbus eſſe cognouit: ut accedere nihil poſſit ad ſummũ. Sed ne longiꝰ noſtra protrahat̃ oratio: iam deo duce atq; auctore ad tranſigendas nuptias propius accedatur.

¶ Franciſci Philelfi Oratio habita in deſponſione magnificæ puellæ Iuliæ Marutiæ: & magnifici equitis aurati Raymundi Attenduli. ſ·VI·

q Vanti fieri oporteat bene conueniens matrimoniũ magnifici atq; illuſtres uiri: uel ea ratione probari poteſt qđ quæ tria maxime expetũtur in uita: Hõnos: utilitas: uoluptas: eiuſmodi uinculo apprime continetur. Nam ut in ſocietate humana nihil eſt adulterio turpius: ita cõiugij ſanctitate honeſtius nihil. Quid quod ex oĩbus ſacramentis quibus bene atq; beate uiuit̃: hoc unum dumtaxat diuino eſt ore conſtitutũ: & id quidem in primis illis parẽtibꝰ: q̃bus præceptũ eſt ab oĩpotenti deo ut creſcerẽt ac multiplicarent̃ terrãq; replerẽt. In ijs ſane hoĩbus laudat̃ cæliba tus: q cõtempta oĩ carniſ copula: angeloꝝ ſeſe q̃ hoĩm ſimilis ma luerũt: Sed qui uitã ciuilẽ adamãt: nec ſibi nec reipublicæ recte con ſulũt: ubi a cõnubio abſtineãt. Queadmodũ eñ uidemꝰ natura fie ri ut quæcũq; uel aluntur uel ſentiũt: producãt aliquid ſimile ſui: id quod nõ in cæteris animãtibus ſolum intueri licet: uerũetiã in ſtirpibus & hærbis: Nonne is fuerit ab oĩ naturæ lege alienꝰ: q inter hoĩes manẽs nõ ſe hominẽ eſſe meminerit: nõ quærat per generis propagationẽ ſe in terris quoq; reddere imortalẽ: Legimus apud maiores eam Lycurgi legẽ plurimũ laudari ſolitã: qua is ſanxiſſet eos oĩs qui nubere noluiſſent: tum in gymnicis ludis a ſpectaculo arceri: tum etiã affici ignominia: quippe q eos priuatos uoluit eo honore atq; obſeruantia: quæ ſenioribus a iunioribus præſtaret̃: Idq; ob nullã aliã cauſam: q̃ ut procreãdoꝝ liberoꝝ q̃ diligẽtiſſimã haberẽt rationẽ. Quo etiã factũ eſt: ut a nemine adoleſcens ille reprehẽderet̃: qui aduenięti Dercyllidæ in Theatrũ: nõ modo nõ aſſurrexerit ac ſubſelliũ ceſſerit: ſed adiecerit potius: Nã nec tu mihi o Dercyllida qui ceſſurus eſſes genuiſti: cum Dercyllidas tamẽ & uir grauiſſimus foret: & res maximas ſuo imperio præclaraſq; geſſiſſet. Sed quid aut Lycurgi aut multo ante Lycurgũ Mercurij

Tria expetuntur in uita
Deus oĩpotẽs
Lycurgus
Dercyllidas
Lycurgus
Mercurius

Cecrops ac Cecropis: quid dein Romuli de cōiugio inſtituta conquirimus:
Chriſtus qn̄quidē Chriſtus optimus maxim⁹: q & idē filius dei eſſet & de⁹:
tū in matrimonio naſci uoluit: tū inuitatus ad nuptias eas præſen/
tia ſua ornauit ac iuuit? Quāta uero utilitas manat: q̄ta uoluptas
ex cōiugali cōiunctione: oēs q in matrimonio ſunt facile intelligūt.
Nam cōiugali amore nihil eſt profecto mitius: nihil dulcius: nihil
ſuauius. Vtilitatis aūt oīa plena ſunt: quæ matrimoniali parſimo/
nia atq; diligētia adminiſtrant. Rectiſſime igit utriq; ueſtrū proſpe
Iulia marucia ctū iudico: magnifica uirgo Iulia Marucia: & magnifice Raymū/
Raymundus de Attēdule: q; per ſpoſaliū iuriū ſanctimoniā atq; ſplendorē ſitis
attendulus hodierno die mutuo charitatē uinculo copulādi: quo & uobiſipſis
poſteriſq; ueſtris q̄ ſaluberrime & maxima ueſtra cū laude cōſula/
Tria nuptia- tis. Nec eñ præterire uos debet: tria eſſe nuptiaꝝ bona: mutuā int̄
rum bona cōiuges fidē: prolis nō ſolū ꝓcreandæ ſed benigne alendæ & inge/
nue atq; innocēter educādæ ſtudiū: in primiſq; ſacramētū quo im/
pollutū cōnubiū & omī ſuſpitiōe uacuū ſeruat. Ita eñ uos facien/
tes & cæleſti ſatiſfacietis & mūdi gloriæ. Nam parentū & maiorū
ueſtroꝝ claritas nō paꝝ incitare uos debet ad oē cōiugij officiū ac
Iulia decus. Et tu ſane Iulia nata ſplendidiſſimo equite aurato & rerum
Bald⁹ maruci⁹ bellicaꝝ laude celebrādo Baldo Mauricio: illius Nicolai Tholenti
Nicolaus tho/ natē filio: cui⁹ illuſtre nomē null⁹ unq̄ delebit interit⁹. Vnus eñ Ni
lentinas cola⁹ ille Tholētinas talis fuit tātuſq; belli dux: ut princeps ille no/
Philipp⁹ dux biliſſimus Philippus Maria & patrē appellare eū cōſueuerit: & ei⁹
Veneti fidei ſuā oēm ditionē adminiſtrandā cōmiſerit. Hunc etiā Veneti:
Florentini hunc Florētini: hunc Romana eccleſia ſuaꝝ omniū copiaꝝ impera
Romana eccl'a torē habuit. Nam de patruo tuo Ioanne Tholētinati: q & præſens
Ioannes tho eſt: & te nō ſecus amat ac filiā: eo loquor uerecūdius: qđ ſuas de ſe
lentinas laudes nō libenter audit: quippe qui ut eſt omī in re modeſtiſſim⁹:
malit haberi & eſſe laude dignus q̄ corā laudari. Sed illud ſatis eſt
dilucidū argumentū excellētiſſimæ ſuæ ſummæq; probitatis & ſa/
piētiæ: qđ ob mltas & maximas res ſuas fortiſſime geſtas magna/
Fran. Sphor nimus ille noſter & inclytus dux Frāciſcus Sphortia: & hūc ſibi ge
tia dux nerū aſciuit: & magnis copijs præfecit: & in ordine ſenatorio locū
ornatiſſimū obtinere uoluit: & nō ſec⁹ ac filiū & charū habuit & ꝓ/
iucundū ſemper dū fuit in uiuis. Quanti aūt hunc faciat præſtātiſſi
Galeaci⁹ dux mus dux Galeacius uidemus oēs. Num quiſq; minus eū admiret:
quē diuina ſapientia tanti principis facit maximi? De te uero Ray/
Michael munde Attendule quid multa dicturus ſim: q natus patre Michae
Italia le fortiſſimo illo & laudatiſſimo belli duce: quē uniuerſa prope Ita/
lia ob præclaras ſuas frequētiſq; uictorias habuit ī honore: te omī

in re ſimillimū illi præſtas dignūq; oſtendis cognatiõe inuictiſſimi noſtri principis. Quæ cum ita ſint: aliud nihil reſtat: ꝙ ut per uerba illa deſponſonis ſolēnia ad rem ipſam propius accedam⁹.

## Franciſci Philelfi Oratio habita in connubio magnificæ puellæ Margaretæ Arcimboldæ: & magnifici equitis aurati Antonij Cribelli:

Vm inter uæhemētiſſimos ac maximos animi affectus tanta ſit uis amoris illuſtriſſime princeps: præſtātiſſimi patres: matreſq; honeſtiſſimæ: ut etiā antiquiſſimus ille poeta Orpheus: idemq; theologus cum nō dubitauerit nō modo deum aſſerere: ſed primū quoq; deoꝝ omniū poſt diſcretū atq; digeſtū in ſua membra chaos (quod nominā) apparuiſſe in cælo: ob idq; Phanetis appellationē meruiſſe: ꝙ nihil ſcilicet ſine amore atq; concordia in uniuerſo mūdo cōſtare firmius aut diutius poſſit. Quid dicem⁹ de ſacratiſſimo ipſo amoris uinculo ac plane indiſſolubili: quo uiri atq; uxoris animi honeſtiſſimo quodam nexu inuicē uinciuntur? Quod ſi coniugiū prius in cælo fit diuino iuſſu ac decreto quodam: ꝙ celebretur in terra: quis ambigat quicquid ab eo fit: id optimū eſſe oportere? At in primis parentibus matrimoniū deus ipſe omnipotēs mirabili charitate inſtituit. Ad hæc Ieſus clementiſſimus humani generis redemptor: tum in cōiugio naſci dignatus eſt: tum inuitatus ad nuptias nō inuitus uenit: eaſq; ſua præſentia nō ſolum honeſtauit ſed etiam iuuit. Et ꝙꝙ omis amor delectare plurimum ſolet: is tamē qui ex bono coniugali percipitur ac manat: tantam & tam incredibilem uoluptatē præ ſe fert: ut nihil in uita poſſit eſſe iucundius. Ad huiuſmodi aūt amoris honeſtatē ac iucunditatem accedit magnitudo utilitatis: Quæ qdē tria cū in uniuerſa uita expetunt: tū in amicitia maxime. Nā quā aliā amicitiā huic neceſſitudini charitatiq; cōiugali anteponam⁹? Nō eñ cōiuges nō pñt rationē habere & augendæ & cōſeruādæ rei familiaris: cū ob uniuerſam domū: tum ob liberos procreatos uel ꝓcreādos: quoꝝ uitæ dignitatiq; cōſulere naturæ etiā ductu impellimur. Erat ſane apud Lacedæmonios: ijs qui ad ſenectutē uſq; uitā cælibē duxiſſent: perinde atq; propoſita quædā ignominiæ nota: quippe qui nihil in poſteꝝ propagandæ reipublicæ cōſulere uiderent. Quo factū eſt ut generoſi illius adoleſcētis dictū in Dercyllidan improbaret a nemine. Nā nec tu mihi q ceſſur⁹ ſis genuiſti. Non eñ aſſurrexit Dercyllidæ

Orpheus
Phanes
Ieſus
Dercyllides

adoleſcens: neq; honorem quem moris erat a minoribus præſtari grandioribus natu ei exhibuit. Et quiſnam dubitet eum qui uitam ut uiuat actiuam: infamiæ crimine uacare non poſſe: ubi ſine uxore uixerit: cum uel diuino præcepto creſcere nos ſemper oportet ac multiplicari: & quadã naturæ lege gignere nobis ſimiles? Itaq; nõ abſurde ueſtri uobis parentes: ut ſunt uiri graues & ſapientes: nec inutiliter proſpexerunt: cum tibi Margarita Arcimbolda pulcherrima pudiciſſimaq; puella: tũ item tibi generoſe adoleſcẽs equeſq; aurate Antoni Cribelle: quos non modo nõ aduerſantes: ſed q̃ cõmodiſſime obtemperãtes uoluntatibus adhortationibuſq; paternis: hoc laudatiſſimo & optimo ad procreandos liberos ſacramento inuicem uideã coniugari. Etenim reliqua omnia ſacramenta humanæ ſunt & inuentionis & inſtituti: Matrimoniũ uero ſolus deus ipſe conſtituit: & in primis parẽtibus quod modo dicebatur: & in delitiarum horto: qui a Græcis παράδεισος: paradiſos dicitur. Igitur non ignorare uos oportet: quæ ſint tanti ac tam præclari muneris bona: quæ triplicia uiri ſapientiſſimi eſſe uoluerunt. Nam primum poſitum eſt in fide: alterum in prole: tertium in ſacramento. Et ſacramẽto quidem cauetur ne diuortium fiat: ſed omĩa quæ ad regendum matrimoniũ ſuſcipiendoſq; liberos attinent ſancte innocenterq; ſeruentur. Quod autem munus ad prolem ſpectat: illud eſſe uolũt: ut & pie ſuſcipitur: & alatur benigne: & educetur religioſe. Fides uero omnẽ fugat intemperantiã libidinis: quo uinculi cõiugalis tam in uiro q̃ in uxore ſanctitas pro mutua dilectione perpetuo conſtet. Et ne ſim prolixior q̃ & locus & tempus & perſonarum poſtulet dignitas: ĳs in præſentia prætermiſſis quæ pro rei magnitudine per multa dicenda eſſent: ego uos ſpectatiſſimi coniuges monere: hortari: rogare: obſecrare: obteſtari non deſinam: ut nihil uobis potius ducatis q̃ & dies & noctes habere ante oculos deũ: ad quẽ unũ mentẽ omnẽ cogitatuſq; ueſtros q̃ piẽtiſſime referatis: quo tanq̃ præſente atq; uidente oĩa: nihil omĩno neq; agatis neq; dicatis: neq; meditemini niſi caſte & continenter. Sic enim omnia erunt uobis optata atq; fœlicia. Quod autem ſecundo loco uobis arbitror obſeruandum: adhibete diligentem operam: ut parentib[9] maioribuſq; ueſtris ornamẽto laudiq; ſitis. Tu enim Margarita nata es Nicolao Arcimboldo clariſſimo iuriſconſulto ac uiro diſciplinarum omniũ laudatiſſimarũ doctiſſime erudito conſiliarioq; ducali ſapientiſſimo & optimo. Matre autem probatiſſima ac nobili Vrſina Canoſſa. Nam quid ego cõmemorem tot ac tantos uel paterni uel materni ſanguinis nobiliſſimos magnificoſq; uiros Pala-

Margarita | Antonius | παράδεισοσ | Nicolaus arcimboldus | Vrſina

uicinos: Rubeos: Folianos: Torrellos Archenſeſq́ comites: cũ in hoc uno Nicolao Arcimboldo tanta ſit uirtus: tantus ſplendor: ut cum omni antiquitate poſſit de ſapientiæ & integritatis laude contendere? Tu autem Antoni ea Cribellorum familia natus es: quæ diuum Guilielmum origine comitem auctorem generis habens non Mediolani ſolũ illuſtris eſt & præpotens: ſed in uniuerſam Italiam non belli minus q̃ pacis artibus cognita: quorum ego ſingulorũ eximias laudes ſi uelim ſingillatim perſequi: nullam neq́ temporis nec loci rationem ſim habiturus. Vt enim ſilentio prætercam & Vrbanũ tertiũ ſummũ eccleſiæ Romanæ põtificẽ & alios p̃multos uel epiſcopos uel belli duces: ad hæc & iuriſconſultos & philoſophos: quibus familia tua eſt iam pridem ſplendidiſſimi celebritatem nominis omniũ gentium teſtimonio aſſecuta: ſatis tibi ad optimarum actionum imitationẽ exemplo ſint: uel pater tuus uir magnificus Vgolinus comes: uel patrui ipſi duo cum reuerendiſſimus pontifex Nouarienſis Iacobus Philippus: tum comes Antonius humanitate prudentiaq́ inſignis. Prætereo enim conſulto affines reliquos atq́ propinquos tuos: quorum numerus eſt prope infinitus: ne iudicer q̃ par ſit: in dicendo curioſior. Tu uelim ad domeſtica exempla: quibus debes ad om̃e probitatis generis mirifice inflãmari: utaris etiam illa qui ſemper ſoles bonitate ingenij tui. Fac obſecro ut quam de tua laude expectationem concitaſti: hanc non minus in hoc fauſto & benecõuenienti coniugio: q̃ in cæteris uitæ partibus ſuſtineas atq́ tuearis. Volat enim adoleſcentia alis pernicibus: & omnis ætatis flos breui momẽto langueſcit. Sola uirtus ſtabilis ẽ: poſſeſſio ſola incõmutabilis. Quæ tametſi in omni uitæ ſtatu eſt utilis: in matrimonio tũ maxime neceſſaria. In hoc em̃ reipublicæ ſeminarium cõſtituitur: quod niſi omni uitio uacauerit: nunq̃ ad bonam frugem ſit peruenturum. Sed de his ſatis: Iam ad ea ueniamus: quæ materno ſermone paucis tranſigenda ſunt. Mediolani ſeptimo Kalendas Iulias: Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimooctauo.

Guilielmus comes

Vrbanus põtifex

Vgolinus comes

Iacobus Philippus epiſcopus

Antonius comes

# FRANCISCI PHILELFI
## ORATIONES DIVERSAE.

Franciſci Philelfi Oratio ad Piũ ſecundũ pontificẽ maximũ: habita Mantuæ in publica uniuerſaliq; chriſtianorũ contione pro duce Franciſco Sphortia: die Martis. xiiij. Kalendas Octobres. M. cccc. lix. I.

Exordiũ Fr. ſphor. dux
Cum eſſem pater beatiſſime noĩe atq; iuſſu humaniſſimi principis hui⁹ mei Franciſci Sphortiæ inclyti Mediolanẽſiũ ducis apud ſanctitatẽ tuã in tãto hoc & tã florẽti ſplendidiſſimoq; cœtu uerba factur⁹ de rebus maximis & clariſſimis: & cũ neceſſarijs: tũ chriſtianis oĩbus nõ mediocriter cõducturis: nõ poterã equidẽ nõ ſubuereri: ne idẽ mihi accideret: qđ grauiſſimis ac ſũmis & oratorib⁹ & philoſophiſ uſu aliqñ ueniſſe tradit. Nã &. L. Craſſus cũ paternã ultur⁹ iniuriã apud Qu. Maximũ foret aduerſus Gn. carbonẽ cauſã acturus: ne uerbũ quidẽ potuit emittere. Et Tyrtam⁹ cognomẽto Theophraſtus pauca admodũ uerba apud Atheniẽſem populũ dictur⁹ obmutuit. Demoſthenes uero talis ille tãtuſq; orator apud Philippũ regẽ Alexãdri patrẽ orationẽ habitur⁹ idẽ eſt paſſus. Nam qd dixero de eloquẽtiſſimo uiro eruditiſſimoq; philoſopho M. T. Cicerone? Nõne in cauſa illa nobiliſſima Titi Annij Milonis fortiſſimi uiri & optime de ſe meriti: ita expalluit: ita tremuit: ita defecit: ut inepti⁹ nunq̃ orauerit? Hæc igit mecũ repetẽs pater beatiſſime aĩoq; uolutãs: tũ hui⁹ loci ornatiſſimi amplitudinẽ atq; maieſtatẽ: tũ incredibilẽ tuã diuinãq; ſapiẽtiã merito optimoq; iure expaueſcebã: nẽ qđ incipiẽti mihi qđ nollẽ accideret. Sed iã me plane recreat ac reficit mitiſſimi tui iſti⁹ uult⁹ atq; animi facilitas ſingulariſq; illa benignitas: quã nuper ĩ urbe Roma corã ipſe de te expert⁹: maiore cũ fiducia ad dicendũ uenio. Vt ad rẽ propius accedã: hic optim⁹ princeps me⁹: ut eſt ſanctitatis tuæ & ſacri huius collegij cardinaliũ uniuerſæq; Romanæ eccleſiæ obſeruãtiſſim⁹: cũ uideret q̃to cũ ſtudio & diligẽtia & labore incũberes ad uindicãdã chriſtianã rẽpublicã: ex atrociſſima & teterrima ſeruitute Turcoꝝ in priſtinã ſuã & libertatẽ & dignitatẽ: indignũ pfecto & iniquũ a ſe factũ iri exiſtimaſſet ſi abs te tãtopere phumaniterq; accerſit⁹ ad cõſtitutã diẽ min⁹ ipſe q̃ primũ ueniſſet ĩ pulcherrimũ hũc perilluſtrẽq; cõuentũ tot uenerabiliũ patrũ & dñoꝝ & principũ. Intelligebat eñ in tãto reꝝ diſcrimine q̃ tota religio noſtra fluctuat celeritate plurima op⁹ eſſe: ne dũ præſtolãdo cõſultãdoq; ſeri⁹ temp⁹ terit: diui Petri nauicula ante

L. craſſus · Qu. maxim⁹ · Gn. carbo · Tyrtamus theophraſtus · Athenienſes · Demoſthenes · Philippus rex · Alexander · M. Tul. Cice. · T. anni⁹ milo · Roma · Narratio · Petrus apl's

naufragio obruatur: quam tabernaculo fuerit rudētibusq́ꝫ munita. Itaq́ꝫ poſthabitis omninoq́ꝫ prætermiſſis cæteris negocijs ſuis oībus: quæ circa noui principatus ſui adminiſtrationē in tātis huius noſtræ tumeſcētis fluctuātiſq́ꝫ Italiæ ꝓcellis atq́ꝫ tempeſtatibus neq́ꝫ parua nec leuia eſſe poſſunt. Ecce (ut uides) nō inuitus paruit ſalutiferis admonitiōibus & ſanctiſſimis iuſſis tuis: quippe q̄ ut eſt uir nō minus ſtudioſus religiōis & pietatis: q̄ꝫ & ingenti aīo & conſilio: aīaduertebat te pontificē maximū & ſanctiſſimū nō ſine cauſa in tāto itineris labore & infirmitate corpis: & apoſtolico illo ſolio Mantuā cōceſſiſſe: & uniuerſos chriſtianæ fidei principes ac reges cōſultādi ferendæq́ꝫ opis grā inſtanti neceſſitati litteris ac nūcijs cōuocaſſe. Nā qd magis decet chriſtianū hoīem: q̄ꝫ non modo pecunias atq́ꝫ uires ſuas ꝓ illius noīe gloriaq́ꝫ offerre: ſed etiā ſemetipſum ſi opus fuerit deuouere: q̄ ut ipſi uita frueremur æterna: cū e domino ſeruꝰ fieri: tū crudeliſſime & per oēm ignominiæ genus mori uoluit. Oh diuinā illā clæmentiā: Oh liberalitatē & munificentiā obſtupendā: Tu pro nobis Chriſte optime maxime: q̄ illius originalis delicti & ꝑpetuæ culpæ reos inexpiabili facinore liberares: pudēdā acerbiſſimāq́ꝫ mortē nō ſolū nō recuſaſti: ſed ultro etiā atq́ꝫ perlibēter depoposciſti. Nos aūt ita ſimus impudentes: ita ingrati: ita mētis ac ſenſus inopes: ut facultates noſtras atq́ꝫ uitā ipſam ſi ſit opus: quā a te uno gratis accepimus: in tāta tui noīs iactura & cōtumelia tibi repetēti reddere dubitemꝰ: Abſit a regibꝰ & principibꝰ chriſtianis tm̄ dedecus: tm̄ opprobriū: tm̄ nefas. Quid em̄ reliqui principes ſint facturi pater beatiſſime: quoꝝ opes ac uires maiores formidabilioreſq́ꝫ ſunt: qn̄ unus hic Frāciſcꝰ Sphortia: ne dilectiſſimis quidē & fratribus & filijs parcere decreuerit: modo poſſit aliquā opē ſalutēq́ꝫ afferre huic ſalutifero pientiſſimoq́ꝫ operi: Nouit certe princeps prudētiſſimus nos eſſe natos nō nobis ſolis: ſed bonis oībus: ſed toti fidei chriſtianæ: ſed imortali deo chriſto Ieſu redemptori noſtro: cuiꝰ innocentē & ſanctiſſimā ciuitatē pati ludibrio eſſe diritati imanitatiq́ꝫ Turcoꝝ turpiſſimū eſt & dedecoroſum in primis. Eo em̄ oīs indignitas ducenda eſt indignior: quo ab indignioribus infertur hominibus: ſi hoīes quidem potius q̄ꝫ efferatæ prorſus & truculentiſſimæ quædā bælluæ Turci ſunt appellādi: cū nihil in ſe humanitatis habeāt præter hoīs figurā: & eā ſane ob flagicioſiſſimā turpitudinis fœditatē deprauatā ac nec̄ꝫ. Quis unus oīm Turcos ignoret fugitiuos eſſe Scythaꝝ ſeruos eoſq́ꝫ paſtores: q ex ergaſtulis illiꝰ uaſti & inhoſpitabil' mōtis Caucaſi cū i Perſida ac Mediā latrocinatū deſcēdiſſent: nullūq́ꝫ certū incolerēt domiciliū præt' obſoleta luſtra

Mantua
Confirmatio & confutatio
Chriſtꝰ Ieſus
Turci
Scythæ
Caucaſus
Perſis
Iuſtinianꝰ imperator

Helleſpontus & horrẽtes ſyluaꝝ latebras: primũ Iuſtiniani tꝑib⁹ ad Helleſpontũ
Bocchanus uſq; clamdeſtinis inſidijs impetũ faciẽtes: eodẽ ductore & collatro
Boſphor⁹ urbſ ne ꝑditiſſimo Bocchano: urbẽ oppulentiſſimã Boſphoꝝ repẽtina
ui captã diripuerũt. Deinde ubi laxius ut hoĩes humiles abiectiq;
Cõſtãtinopoľ negligunť cõtẽmnũťq;: imperãte Conſtãtinopoli Alexio Comne/
Alexi⁹ cõnen⁹ no tm̃ rebus ſuis incremẽtũ fures obſcuriſſimi cõtinuis latrocinijs
imperator attulerũt: Nã quid nõ cõſequať aſſiduitas? Vt iam auderẽt aper/
to etiã Marte cũ imperio illo oriẽtali de principatu cõtendere. Vſu
em̃ fieri quotidie uidem⁹: ut quo qs humiliore ignobilioreq; nat⁹
genere fortunæ impudẽtia uſus fuerit: eo ſe arrogãtiorẽ: inſolẽtio/
rẽ: ſuperbiorẽ præſtet. Et ne ſim in re minime iucũda narrãdo proli
Theodorus cã xior: ubi Turci ꝑ Theodoꝝ Cantacuçenũ: qui Ioannẽ Palæologũ
tacuçenus ut pupillũ & geneꝝ impi⁹ circũſcriptor patrito auitoq; regno frau/
Ioãnes impa. darat: ex Aſiatica Myſia in Thraciã Callipoli ad Helleſpontũ tra/
Myſia aſiatica dita perinde atq; ſocij ſũt traducti: nũc ſoceꝝ: nũc geneꝝ Horcane
Thracia ductore fallẽtes: ut ſunt ad oẽ improbitatis genus procliues atq;
Callipolis anhelãtes: breui tpis curriculo magna ex parte Thracia occupata:
Helleſpontus duce Amoratho Horcanis filio in Triballos: qui nunc ſerui appel/
Horcanes lanť irruere. Quo ĩ loco ubi magna utrinq; cæde iã ꝑpetrata Amo
Amorathus rathus a Laçaro ſtrenuo atq; fortiſſimo Triballoꝝ duce: q ſe ꝓ pa
Triballi ſerui tria ĩmaculatã hoſtiã deuouẽs: cũ duodecim intrepidis cõmilitoni
Laçarus bus in caſtra ipſa intra crudeliſſimi ſceleratiſſimiq; tyrãni tentoriũ
Baiſetes impetũ fecerat: multis uulneribus cõfoſſus occidiť. Huic ubi Baiſe
Theſſalia tes fili⁹ ſucceſſiſſet: nõ re min⁹ fulmẽ q̃ noĩe: id em̃ Baiſetes Turcoꝝ
Boetia lingua ſignificat: nõ ſolũ Theſſalia chriſtianis & Boetia eſt erepta:
Cõſtãtinopoľ ſed ipſa etiã noua Roma Cõſtãtinopolis: ita uallata & preſſa diu/
Nicopolis turna obſidione oppugnatiõibuſq; continuis & tremẽdis: ut pro/
Sigiſmũdus fligato iã ad Nicopolin Sigiſmũdo rege Hungariæ cũ tãto & tã re/
rex bus oĩb⁹ ornatiſſimo exercitu fortiũ uiroꝝ ad trecẽta milia poſt in
Galli ternitionẽ tantæ Galloꝝ nobilitatis: poſt ludibrioſam & barbarã
Chriſt⁹ Ieſus ac ſpurciſſimã cõtumeliã tot principũ: tot ducũ: poſt iã prope extin
Thomyris ctum chriſtianũ & nomẽ & cultũ: ni repẽte Chriſtus Ieſus qui ſe de
Tamberlanus inimicis ſuis cũ inimicis itẽ ſuis ulciſci dignatus ẽ. Thomyrin maſ/
ſagetã cognomẽto Tãberlanũ: qm̃ pede altero eſſet claudus: cũ ĩnu
merabili firmiſſimoq; miſiſſet exercitu: ipſa inq̃ noua Roma Con
ſtãtinopolis ex illo uſq; tpe & capta ui eſſet & uerſa ĩ prædã. At no/
luit tũ deus oĩpotẽs tantã pati indignitatẽ: qn potius ꝑſpicue oĩb⁹
gẽtibus declarauit fruſtra eſſe humanos cogitatus oĩs q diuino ca/
reãt auxilio. Victus eſt igiť & captus ilico a Thomyride Tamberla
no fulmine⁹ ille & horribilis Baiſetes: nulla pugna: nulla cõcuſſio

ne haſtaꝝ: nulla enſiũ uibratione: ſine ullo prorſus ſagittaꝝ iactu. Nam ante uniuerſus Baiſetæ exercitꝰ fugæ turpiſſimæ terga dedit: ꝙ deſcenſum eſſet in aciẽ. Oh mirabilẽ dei prouidentiã: Oh incomprehenſibilẽ imenſamq́ potentiã: Oh charitatẽ qua nos cõplecteris infinitã. Et nos miſeri nõdũ reſpicimꝰ: nõ reſpicimꝰ. Captꝰ igit & nõ multo poſt obtruncatus per multã cõtumeliã ille tã potẽs: tã elatus: tã formidabilis Baiſetes cũ nõnullos filios reliquiſſet: cæteris demũ deinceps oĩbus ꝑ Sultanũ fratrẽ ſtrangulatis arquus neruo ex quo poſtea Cyricis dictus eſt. Solus hic Sultanus Cyricis in Tyrãnida ſucceſſit: nihilo quidẽ minus ꝗ Baiſetes pater chriſtianis pernicioſus. Nã & Myſos q citra Danubiũ ſedẽt: & ultra Danubiũ Balacchos & Moldauiã ſubiugauit: adiecitq́ quicq̃d mari Aegeo Ionioq́ adiacet: præter ſolã Peloponneſum ad Illyricos uſq́. Qui poſteaꝙ animã efflaſſet: ſecutus ẽ Amorathus filius ob Amorathũ proauũ ita nominatus. Is oĩm primũ poſt ſtrangulatũ Muſtaphã fratrem urbem Conſtantinopolin permagno & acerrimo munitus exercitu obſedit mẽſibꝰ tribꝰ: oppugnauitq́ fortiſſime: quo tempore illic me cõtinebã diſciplinæ Græcæ conſequẽdæ gratia: Quã ubi nequiſſet expugnare: agro igni ferroq́ uaſtato abijt adortus Theſſalonicam in Macedonia: quæ Turcorum metu Venetis ſe dediderat. Hanc poſteaꝙ dies tris continuos oppugnat: tandẽ expugnat: agitq́ in prædam: Murum Iſthmi qui Peloponneſum per continentem ab Aegeo ad Ionium pelagus tutabatur: cum cœpiſſet per incolarum proditionem: ſolo æquauit inde abacta ingenti præda. Qui ubi ſæpenumero pugnaſſet cum Hungaris: & id quidẽ infœliciter: demum ubi apud Barnam cum ijſdem Hungaris manũ conſeruiſſet: eſſetq́ unius Ioannis Vaiuodæ clariſſimi belli ducis calliditate ſummaq́ uirtute ſuperatus: atq́ ingenti cum cæde in fugam uerſus: factum eſt ſubito audacia atq́ animoſitate regis Vladiſlai: ut e uicto uictor euaſerit Hungaris cunctis non tam fugatis ꝙ per ſubitã animorũ cõſternationẽ ob intolerabilẽ dolorẽ quẽ ex interempto rege animo conceperãt ultro fugientibus. In qua quidẽ chriſtianorum fuga illud uulnus uel maximũ nomini chriſtiano infixũ eſt: ꝙ Iulianum Cæſarinum ſanctæ crucis cardinalem: uirum uero dignum Romana eccleſia Hungari fruſtra a fuga reuocantẽ crudeliſſime trucidarũt. Amorathum autem hunc nõ multis poſt annis maiores calamitates in chriſtianũ populũ ærumnaſq́ molientem: peroportune mors e medio ſuſtulit: relicto Mahometo filio uno certe oĩm qui ſunt: fuerũt: futuriq́ ſũt: impuriſſimo adoleſcẽte & oĩmi imanitate imaniore. De hoc aũt tetro diroq́ portẽto: de hoc inq̃ tã

Sultanꝰ turcꝰ
Cyricis
Myſi
Danubiũ
Balacchi
Moldauia
Aegeũ mare
Ioniũ mare
Pelopõneſus
Illyrici
Theſſalonica
Macedonia
Veneti
Iſthmus
Hungari
Barna
Ioãnis uaiuo.
Vladiſlaꝰ rex
Iulianꝰ cæſarinus cardinalis
Mahometus

truculento: tam ſæuo: tam horrẽdo: tam funeſto prodigio: quid di-
cendum: quid ſentiendum: quid tenendũ ſit neſcio. Illud certe ſcio
neminem unꝙ alterum ex omni hominum memoria extitiſſe: qui
breui adeo tempore tanta trepidatione atꝙ terrore uniuerſum pro
pe terrarum orbem affecerit. Et ne id quidem mirum. Quãs enim
calamitates unus hic alter impiꝰ & abominabilis Mahometus tã
paucis annis chriſtiano pp̄lo intulit? Nobiliſſimũ illud oriẽtalis im
Noua roma — perij Emporiũ nouã Romã Conſtantinopolin: heu miſerã noſtrã
Conſtantino-polis — infœlicẽ tempeſtatẽ. Nũ latiſſimi illi altiſſimiꝙ muri craſſiſſimæꝙ
turres quæ ſingulæ munitiſſimas arces repræſentabant: cum uiderẽ
tur omni adamante ſolidiores? Nũ ulla hominũ aut ingenia aut ui-
res tutari potuerunt quo minus a Turcis captum & in miſerabilẽ
ac luctuoſiſſimã prædã uerſum: omnibus gentibus ſit exemplo ni-
Peloponẽſus — hil eſſe nobis ſuperbiendum? Nonne paulopoſt Peloponneſus eo-
Triballi — dem tacta fulmine perijt? Quid enim Triballos: quid Illyricorum
Illiryci — quid Dalmatiæ reliquias commemorem: quos omnis aſſiduis in-
Dalmatia — curſionibus & incendijs præmit ac perdit idem nefarium abomina
bileꝙ monſtrum? Verum quid Triballos memini: Hos enim Ma-
hometus iam omnis egit in ærumnoſiſſimã ſeruitutem. Nũc ultimo
Pannonij — exitio Pannonijs imminet: Eoꝙ faciliorem ſperat de ijs uictoriam
Spendorobꝰ — quod Spendorobum Triballorũ Emporium expeditum per Da-
nubium tranſitum in Hungaros præbet. Hungari uero ipſi etſi ſunt
tum animorũ ferocia: tum robore corporum peritiaꝙ bellandi ad-
uerſus Turcos aptiſſimi: tamẽ quia inteſtinis ſeditionibus aſſidue
inter ſe digladiantur: ſunt ad rem tantam tamꝙ neceſſariam imbe-
ciliores. Quo fit: ut niſi propediem a cæteris chriſtianis principibꝰ
eorum imminenti extremoꝙ periculo ſuccurratur: indubitato ſint
perituri. Illiꝰ autẽ populoſiſſimi regni bellicoſiſſimiꝙ euerſio: qđ
Cõcluſio particularis — omen deus auertat: quantam ſit cladem cunctis chriſtianis illatu-
ra: quis eſt tam rerum inſcius qui ignoret? Expergiſcimini ergo:
expergiſcimini tandem principes & populi chriſtiani: ferte pericli-
tantibus auxiliũ: ferte Chriſto Ieſu: ferte uobiſipſis: ferte filijs uxo-
ribuſꝙ ueſtris. Nolite pati per deum immortalem: nolite pati tan-
tam peſtem: tãtam perniciem aduerſus chriſtianam rempublicam
diutius inualeſcere: incrudeſcere: debacchari. An ignoratis fore: ut
ſubiugatis Hungaris: qui nobis clypeo ſunt & muro: continuo uo-
bis ſit de ueſtra & libertate & gloria ſaluteꝙ pugnandum? Lauda-
L. Brutus — tur a uiris ſapientibus & L. Brutus & Manlius Torquatus: quod
Manlius torquatus — proprios filios uirgis cæſos ſecuri percuti iuſſerint: ducti illi quidẽ
ut aiunt: alter diſciplina rei militaris: alter ſalute patriæ. Laudatur

Curtius: q̄ ſe in profundiſſimum terræ Hiatum illum periturus præcipitauit: quo metu mortis patriã ſolueret. Laudantur tres Decij pater & filius ac nepos: q̄ in extremis reipublicæ periculis ſeſe deinceps pro patria deuouerint. Laudat̃. M. Attilius regulus: qui ut fidẽ hoſti ſeruaret: ad acerbiſſimos corporis cruciat⁹: ad dedecoroſiſſimã contumeliam: ad indubitatã mortem redire non dubitarit. Laudant̃ inq̃: laudant̃ cum alij multi: tum Phileni & Codrus qui honeſtam mortẽ turpi uitæ ingenti animo præferre ꝑtulerint. At hos oĩs qua ratione ductos arbitremur? Alia nempe nulla niſi ut umbratilem & inanem huius ſæculi gloriã uel mortui uiderentur aſſecuti. Nos aũt qui ad huius uitæ celebrem gloriam æternam quoq̄ atq̄ cæleſtem gloriã ſimus aſſecuturi: cunctabimur diutius obuiam ire pulcherrimis glorioſiſſimiſq̄ triumphis. Iam tandem fœliciſſima ſigna in Barbaram Turcorum illam & abiectam ſeruilemq̄ nationẽ tollenda ſunt te auctore & duce atq̄ uexillifero pontifex maxime pientiſſime Pie ſecunde: qui chriſti uices in terris gerens: oĩa pro animi tui magnitudine & incomparabili ſapientia diuinaq̄ uirtute cõſtitues: geres: moderabere: perficies. Quis adeo ſit a fide chriſtiana alienus: quis ita abhorrens ab omni humanitate: quis tam ſuis rebus ſibiq̄ aduerſus qui in re tam pia: tam neceſſaria: tã laudabili: tã utili beatitudini tuæ parere ſubterfugiat: atq̄ nolit uitam ſuam ſi ſit opus deo offerre: quo tanto dedecore amariſſimoq̄ flagello chriſtiana reſpublica liberet̃? Nam quid ad Franciſcum Sphortiam Mediolanenſium ducem principem meũ attinet: hic eo cõſilio abs te accerſitus: eo animo huc uenit: ut oĩa ſit pro tua & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ uolũtate iuſſuq̄ facturus. Non modo enim & uniuerſam tibi ſubſtantiam & exercitum ſuũ omnẽ pollicet̃ ad hanc rem tantã: tam ſanctam: tam deo hominibuſq̄ acceptam: ſed fratres etiam ac filios: præſertim cum nõ ambigat cæteros quoq̄ principes regeſq̄ chriſtianos idem ſingulos ꝓ ſua facultate facturos. Ac multo ſane alacrius & libentius ipſemet præſtantiſſimus princeps meus: ut eſt inuicto & excelſo animo religioniq̄ deditiſſimus: & ſanctitatis tuæ obſeruantiſſimus in tã præclarum tamq̄ ſalutiferam expeditionem proficiſceret̃: ſi per Italicarum rerum conditionem ei liceret.

Curtius
Decij tres
M. attilius regulus
Phileni
Codrus rex
Concluſio generalis
Fran. Sphortia dux

¶ Franciſci Philelfi ad uiros Papienſes Oratio congratulatoria de creatiõe Iacobi Borrhomæi Vitaliani comitis F. ad dignitatem & gradum epiſcopalem. II

# FRAN. PHILELFI ORATIONES DIVERSAE

Exordium — Non poſſem equidem uiri Papiẽſes & uos cæteri patres amplissimi non uæhementiſſime uobis eccleſiæq; ueſtræ gratulari: q eum tandem pontificem eſtis adepti: cui ad decus & ad gloriam nihil eſt quod deeſſe inſigne queat. Videtis enĩ diuina benignitate eum uobis contigiſſe epiſcopum Iacobum iſtum Borrhomæum præſentem hic coramq; aſtantem: quem eſſe magno ſplendore præditum: magna doctrina: magna fide: magna religione: non fama uaria aut dubia: ſed longo uſu & multiplici experientia didiceritis. Quæ dum mecum ipſe conſydero: tum uobis gratulor quibus cupio eſſe q optime: tum mihi gaudeo: cui ſecundæ res ueſtræ omnes non læte eſſe non debent. Nam priſtina illa ueſtra maximaq; merita quibus hic iampridem docens & publice ſum a uobis & priuatim ornatus: nullus unq obliuionis interitus e memoria mihi deleat. Quare cũ noua hæc & peroptata præſentis pontificis creatio communẽ mihi uobiſcum uoluptatem afferat: quantum hodierno die ab immortali deo nobis bonum oblatum ſit: breui ſaltem oratione recenſendum exiſtimo.

Narratio — Cum Papienſis pontificatus ſedes annos compluſculos iam uacaret: & ingens competitorum numerus maximis opibus & ſtudiĵs ad tantæ dignitatis faſtigium niteretur: idq; perſæpe fruſtra temptatũ eſſet: quippe quod non humani ſed diuini potius fauoris opiſq; indigeret: proſpexit oportune Chriſtus optimus maximus huic rerũ difficultati: qui non quod ipſi uolumus: ſed quod nobis optimum fore nouerit multo ante deliberat. Itaq; eodem fere tempore & chriſtianiſſimus princeps noſter Philippus Maria Anglus: & ſummus pontifex Eugenius qui Chriſtum in terris gerit: uterq; ueluti diuino quodam afflati numine Iacobum Borrhomæum: reliquis omnibus reiectis ac repudiatis competitoribus: nihil tale neq; petentem nec cogitantem eadem mente communiq; conſenſu epiſcopatui Papienſi præeſſe uoluerunt.

[Margin: Chriſtus — Philippus Maria anglus — Eugenius]

Diuiſio trimembris — Quæ quidem res triplicia mihi bona illa uidetur eſſe complexa: quæ ad bene beateq; uiuendum maxime expetuntur: Honeſtatem: utilitatem: iucunditatem.

[Margin: Honeſtas — Vtilitas — Iucunditas]

Harum autem pulcherrimarum laudum campum quoniã non tam prolixe diſſerere q attingere paucis tempus iubet: & ſi cupiebam ita dicendo explicare: ut nõ modo fruges & fructus om̃is feracitati ubertatiq; reſponderet: ſed nihil omnino relinquerem aut deſertum aut incultum: oratione metiar expedita magis & circumſcripta q ambienti & locupleti.

Cõfirmatio. i. & confutatio — Et ut eodem proſequar ordine quo propoſui: quoniam honeſtum id ducitur quod uirtute cõſtat: Quid honeſti⁹

# AD VIROS PAPIENSES ORATIO II

Papienſi epiſcopatui: quid pulchrius: quid illuſtrius cōtingere po/
tuerit: ꝙ ꝗ eum ſibi pontificē uidet oblatū: cui⁹ uirtutes & multæ
ſint & ſingulares inprimis? Cum eñ ueluti duo quædam itinera:
quoꝝ altero ſe ituros: altero ꝑuenturos ad diuinā illā & incōmuta
bilē bonitatē arbitrantur: mortaliū animis ſint propoſita ſcientia Scientia
atq̃ ſapientia : ita in utroq̃ Iacobus Borrhomæus uel ab ineunte Sapientia
uſq̃ ætate uerſatus eſt & agendo & contemplando: ut ne grandio/ Actio
rib⁹ quidē natu uiris eruditiſſimis & eiſdē religioſiſſimis unq̃ ceſſe Cōtemplatio
rit. Nam cum ſciret quibus præcipuis in hac temporalis uitæ fragi/ De ſcientiæ p/
litate exerceri ſe oporteret: omnium primum ita ſemper temperan/ tibus
tiam coluit: ut nullis cupiditatibus uictus: nullis uoluptatum ille/ Temperātia
cebris labefactat⁹: id aſſiduis ſuis laborib⁹ laudatiſſimiſq̃ operib⁹
effecerit: ut nihil ſibi facilius ſit: nihil uſitatius: nihil antiquius uita
ſobria & pudica. Quod cum in omni ætatis curſu: tum in adoleſcē
tia difficillimum factu ſit: id magno nobis argumento eſſe debet:
hunc diuino quodam munere facillime adeo potuiſſe tam indomi
tas atq̃ effrenatas corporis bælluas uinclis iugoq̃ ratiōis obtem/
perantes ſibi & obſequentes reddere. In ĳs autem domandis ſub/
iugandiſq̃ non fortitudinis minus ꝙ temperantiæ & moderatio/ Fortitudo
nis adminiculis uſus eſt: quibus nixus om̄es blandientium appeti/
tionum inſidias atq̃ irruptiones non modo conſtantiſſime ſuſtinu
it: ſed etiam acerrime fudit ac proſtrauit. Non enim eſt inſcius pro/
batiſſimus hic pōtifex : eum qui peſtiferis animi perturbationibus
liber non ſit: omni turpitudini ſeruire. Nec ullum eſſe iniuſticiæ ge/ Iniuſticia
nus cui alacri animo non occurrat : non pareat: non ſe penitus de/
dat. Quare omni ope atq̃ opera ſemper ſtuduit ac ſtudet : ut nihil
agat: nec meditet̃: nec cogitet quicq̃ quod a iuſticia ſit æquitateq̃
alienum. Nec id iuſticiæ munus ducit: ut laceſſenti cuiq̃ noceatur:
quippe quod cum feris commune ſit: quæ uix cuiq̃ nocent: niſi fue
rint laceſſitæ: Sed prohibere iniuriam & prodeſſe omnibus in me/
dia iuſticia ſitum putat. Nam prudentiam quæ propter uarios ca/ Prudentia
ſus inopinatoſq̃ rerū euentus uix ſenectuti om̄ino concedit̃: ita cal
let ac tenet: ut nihil uſq̃ in humanis actionibus accidere poſſe uide
atur: quod uel conſultando uel gerendo: aut incognitū ſibi: aut mi
nus prouiſum futuꝝ ſit. Prudētiæ aūt omne & iuſticiæ & fortitu/
dinis temperātiæq̃ officiū nō ad aures popularis: ſed ad dei gloriā
ſemp̄ refert. Humanos eñ fauores oīs ita admittendos arbitrat̃:
quoad huic itineri: quod aditū parat ad deum: impedimēto eſſe nō

poſſint. Nam has omes uirtutes quibus gentilitas gloriat̃: nõ tam propter ſe cenſet expetendas: q̃ qđ ſapientiæ quæ ſola perducit in cæleſte ſpectaculum: ueluti proſcœnia quædam ſint. Itaq; maxime
Pietas omnium pietatem colit. Quid enim diuino cultu agere poteſt aut melius aut pulchrius? Nam ſi id eſt bonorum omniũ maximũ: ad quod reliqua bona omnia quæ dicunt̃ referri oporteat: deũ ipſum dumtaxat noſtrã eſſe fœlicitatẽ: ſi quis ignorat: oẽm uim boni naturamq; ignoret: Fœlicitatem autẽ omnes uolunt: quã qui norint: perpauci ſunt. Non enim in hiſce terrenis ſordibus ac cœno hominis bonum collocatum eſt. Id omne cælitus eſt petendum: Inferiora hæc omnia & infirma ſunt & inſtabilia & caduca. Quod uero & incommutabile eſt & ſummũ & ſempiternũ bonum: ſola nobis ſapientia pollicetur: quæ ita rerum cæleſtium ueritatem diligenter inquirit atq; contemplatur: ut non prius conquieſcat: q̃ ad diuinum ſplendorem illum uſq; peruenerit. In huiuſmodi inq̃ ſapientiæ lumine ſeſe intuẽs Iacobus Borrhomæus: liquido perſpicit nihil eſſe humano generi præſtabilius: nihil magis optandum q̃ oẽs ſuas & actiones & cogitatus referre ad deum: qui ſolus colendus ſit: &
Cõfirmatio. ij omni religionis & fidei ſinceritate unice uenerandus. Sed quoniã
& confutatio de honeſtatis parte locuti ſumus: iam ad utilitatis rationẽ noſtra tendat oratio. Nam quãq̃ id ſolum eſt utile: qđ ſit honeſtum: cuiuſmodi tamen alia quædam ſeparatim utilitas ex hoc pontifice ſit in Papienſem epiſcopatũ: & in uos item uniuerſos emanatura: breuiter complectar. Latere uos id nõ puto quod eſt etiam peregrinis luce: ut ita dixerim: clarius: conſueſſe plæroſq; pontifices ſuperioribus iampridem temporibus Papienſem eccleſiam permagnis detrimentis afficere: alios quoniam eſſent inopes: alios quoniam expleri non poſſent. Quare cum hi nollent pecunijs abſtinere: nequirẽt autem illi parcere: ſe utriq; pernicioſos in rem eccleſiaſticã præſtiterunt. Nihil autem huiuſmodi eſſe de præſenti pontifice uerendum: tum eius probatiſſimi mores docent: tum paternæ diuitiæ ac ſplendor. Nam quo pacto aliena uel auferat uel ſurripat: qui ultro ſua beneficentiſſimeq; conferre ſit ſolit⁹? An eſtis obliti quãta liberalitate ſemꝑ ſit uſus Iacob⁹ Borrhomæ⁹: & cũ apud uos ingenuis artib⁹ ſtuderet annos nõnullos: & cũ paucis ante menſib⁹ hoc ipſo in loco põtificij iuris inſignibus q̃ pulcherrime ornaret̃? Quis eñi omniũ dici queat: qui ullo uel humanitatis: uel facilitatis: uel benignitatis & munificẽtiæ genere cũ hoc uno ſit cõferendus? Quod ſi & adoleſcens & abbas nihil ſibi laudabilius eſſe cenſebat q̃ benefacere: q̃ æqui & boni noſſe tueriq; rationem: quid nũc iudicandum

eſt de uiro plane ſapienti religioſiſſimoq́ꝫ epiſcopo? Atqui huius pater uir magnificus & illuſtris Vitalianus comes iis facultatibus atq; opibus fretus eſt: ut magni putet intereſſe ad decus & ad laudem ſuam: ſi omnes ſemper intelligant ſuos quoſq; aliis nullis q̄ paternis & ſuis locupletatos eſſe diuitiis. Quod quidem cū aliis permultis in rebus: tū in ſacris templis apparatuq; diuino quotidie oſtēdit: nō coniecturis & argumentis: quod facere nōnulli ſolent qui uideri q̄ eſſe malunt liberales ac benefici: ſed magnis muneribus magniſq; impēſis. An fortaſſe neſcimꝰ diui Barnabæ monaſterium cui noſter hic ampliſſimus pōtifex in hanc uſq; diē ſua maxima cū laude abbas præfuit: quanta primū inopia mendicitateq; premeret? Nō fundi omnes: prædia omnia: ædes omnes ſuperiorum abbatum uel auaricia uel negligentia fœnore rapiniſq; perierant? Nō hæc omnia uidemus unius Vitaliani pergrandi auro ſingulariq; induſtria nō modo recuperata reſtitutaq; monaſterio: ſed ita amplificata & in cumulū aucta: ut nūq̄ eius cenſus aut maior fuerit: aut expeditior aut liberior? Eſt em̄ comes Vitalianꝰ pro ſuo ingenti animo eodemq; regali non minus ſplendidiſſimis moribus præſtantiſſimiſq; uirtutibus q̄ fortunis ornatiſſimis & maximis. Quare quicquid habet (Tantum aūt habet: quātū alius in Italia unus nemo) id omne cū bonis habet cōmune: Nā qđ in bonos & claros homines beneficiū cōfert: id nō tam dare q̄ accipere exiſtimat. Itaq; mirari neminē decet: ſi in huius quidē unius hominis uita tanta eſt apud diuū principem noſtrū auctoritas: tantū cōſilium: tanta fides: ut nō tam oret q̄ exoret omnia. Quæ certe res quāto etiā uobis omnibus uſui ſit futura: licet uel me reticente cognoſcere. Tertius locus erat iucunditatis: quæ quāta eſſe debeat: nō ſolū ex honeſtatis utilitatiſq; ratione æſtimari oportet: ſed ex ipſa quoq; ui propria & natura iucūditatis. Triplex eſſe bonū in aīo: cōtemplationis: actionis: iucunditatis quā eandem uoluptatis noīe appellant: & alii plures inclyti excellentiſſimiq; philoſophi & Ariſtoteles locupletiſſimus teſtis eſt. De ſapientia & uirtute antea percurrimus. De tertio aūt bono nō pluribus trāſigamus q̄ rei atq; temporis ratio poſtulat. Permulti ſunt qui uoluptatem uitio dent: hi nomen magis neſcio quo pacto q̄ rem ipſam fallaciter expendentes. Sed uoluptatē quā ipſe honeſtiore uerbo ſi quē forte uoluptatis nomen offendat: iucūditatē nomino: quippe quæ & mente & ſenſum iuuet: quāti fieri cōueniat: perſpicue docet chriſtiana etiā ueritas. Quod em̄ præmiū nobis aliud eſt futurum uigiliarū laborūq; noſtrorū: quos plurimos & maximos ad ſince-

*Marginal notes:* Vitalianus comes — Diui Barnabæ monaſterium — Confirmatio iii. & confutatio — Triplex animi bonum — Cōtemplatio — Actio — Iucūditas — Ariſtoteles — Voluptas — Vnde iucūditas

ritatē fidei & dies obimus & noctes: ꝙ perenne quoddā & infini/tum gaudium: quo in uidenda coramq; cōtemplanda ineffabili dei eſſentia & animo & corpore ꝙ iucundiſſime perfruemur? Nam ſi

Sardanapa/lus
Smindyrides

quis eiuſmodi uoluptatē ſtatuat: quā Sardanapalus ille rex aſſy/riorū: aut Smindyrides Sybarites ſecutus dicit: hic nō multū dif/ferat a pecude. Sed nos eam uoluptatem ponimus: qua bene inſti tutus anim⁹ & in hac uita fruit: & in illa perfruit. Huiuſmodi autē uoluptatē uos capturos uiri Papienſes ex præſentia & cōſuetudi/ne huius ueſtri pontificis: nō ſum neſcius. Cū eī perſpexeritis hu/maniſſimi huius patris ſuauitatē: uitæ integritatē: ſingularem mo deſtiam: morū ſanctimoniam: lenitatē: grauitatem: inſignē expreſ/ſamq; probitatem: qui uos plurimū & monendo: & hortādo: & docendo: & conſulendo: & ſubueniendo iuuet: nō poteritis affici

Peroratio

non mira iucunditate. Quæ cū ita ſint: recte uobis lætādū ſentio: qui talem ſacerdotem eccleſiæ ueſtræ præfectū eſſe uideatis: qualē

Syrus

poſt illa prima tempora diui Syri: in cuius hoc ſacratiſſimo tēplo hæc a nobis habet oratio: alterū nunꝙ ullum habueritis. Habetis inquā eum epiſcopū: qui & ſcientia rerum temporaliū nemini agē do cōcedat: & ſapientia cultuq; diuino: uiris etiā religioſiſſimis an tecellat. Tantā uero ſit uobis utilitatē iucūditatēq; allaturus: quā/tū a plæriſq; ſuperioribus pontificibus & detrimenti fuerit & ægri tudinis importatū. Tu autē pater ampliſſime Iacobe pōtifex: ages omnia gereſq; ꝓ ingenio & cōſuetudine tua: hoc eſt ingenue: inno center: moderate: abſtinēter: caſte: pudice: continenter: Omnia ad religionē refer: omnia ad pietatem. Expectationē quā de tua præ/ſtanti inſigniq; uirtute apud omnes mirabiliter cōcitaſti: hanc pa/ra nō modo ut ſuſtineas atq; tuearis: ſed amplifices etiā ac exupe/

Eugenius

res. Reſponde Eugenij de te iudicio: reſpōde opinioni principis no ſtri: qui te quoniā bonæ ſpei adoleſcēs uidereris: decimonono æta tis anno abbatem eſſe uoluit: & hoc tempore nōdū natum annos octo & uiginti: quia cū ætate ſimul bonitate proceſſeris: ad epiſco/palem dignitatem amplitudinemq; promouit: eo (ut mea fert opi/nio) animo ac mente: ut ad maiorem laudis atq; honoris gradum auſpitijs ſuis ductuq; perueniās: ſi nō te minorem geſſeris epiſco/pum ꝙ fuiſti abbas. Memineriſq; eo tibi maiorem neceſſitatē ad/ditā ad uirtutis & nominis claritudinē: quo non infimo aliquo &

Vitaliani un/de
Vitalian⁹ rex
Iuſtinus rex

humili genere natus es: Sed Vitaliano patre: qui nō modo maio/rum ſplendore: ſed multo etiā magis ſuis laudibus ac meritis & il/luſtrem ſe omnibus & admirādum reddiderit. Nam quāꝙ Vita/lianoꝝ familia nobilitatis & originis ſuæ Vitalianū regē Iuſtini re/

gis filiũ & diuæ Iuſtinæ patrẽ: qui ex Antenoris troiani poſterita/ te fluxiſſe tradit: auctorem memorat: & nõnulli poſt hũc reges ad Attilæ uſq; hunnorũ & Totilæ illi⁹ in chriſtianos flagelli Gottho/ rũq; procellas Patauij Venetiæq; regni ſucceſſionẽ geſſere: deinde tamen ut res humanæ plæræq; omnes labiles caducæq; ſunt: pau latim præclarum illud & præpotẽs Vitalianorũ nomen ſimul cũ opibus & fortuna extenuatum : in id calamitatis inciderat ut non longe abeſſet ab interitu. Itaq; diuina quadã ope immortaliq; be/ neficio Vitalianus hic ſplẽdidiſſimus pater tuus quaſi ſol quiſpiã Vitalianis omnibus iam ꝑpe obſcuratis tẽpeſtiue illuxit: qui no/ ctem late omnia occupantẽ ſuis radijs tolleret: incubantibuſq; te/ nebris altius fulgens ſerenitatẽ lucemq; inferret. Quare quod in ſuã laudem Cicero iactare aliquando cõſueuit: maioribus ſe ſuis præluxiſſe: id de ſe Vitalianus iure profiteri meritoq; poſſit. Igit nõ mediocris tibi opera danda eſt: ut quod perpulchre facis & lau te tui patris uiri optimi & hominis magnifici diſſimilis nõ ſis. Nõ eñ minor ei in te uno ſpes repoſita eſſe debet: q̃ in fratre tuo uiro clariſſimo Philippo ipſo borrhomæo paternæ gloriæ atq; uirtut æmulo & repoſitam uidemus & cõſtitutã. Voluta præterea tecum animo: quãtũ mun⁹ ſuſceperis: qui & ſis & nomineris Epiſcopus: Quo quidẽ nomine iccirco ab Homero interdum Hectora hono/ ris gratia appellatum inuenimus: quod & rex eſſet: & ſpeculator: & tutor: & altor. Rege igit etiam tu Chriſti hunc optimum & am/ pliſſimũ gregem tuæ fidei & tutelæ cõmiſſum pro tua integritate & excellenti iuſticia diligenter ac ſedulo. Quid agendum obſeruã/ dumq; ſit: & dies tecũ ſpeculare & noctes. Bonos oĩs q̃ ſtudioſiſſi/ me tuere: cõſtãtiſſimeq; defende. Qui ſe flagitij & facinoris q̃ pro/ bitatis maluerint pietatiſq; participes: digna cẽſuræ ultione cõpe/ ſcendos cura. Hæc ſi ꝑ tua ſingulari grauitate atq; uirtute feceris: nõ mõ pulcherrimo tuo nomini & muneri ſatiſfacies: ſed oĩpotẽ/ ti etiã deo te gratiſſimũ reddes & cunctis hominib⁹ acceptiſſimũ.

M.cccc.lvi. ſeptimo Kal. Octobres Papiæ.

[Margin: Diua Iuſtina; Antenor; Attila; Totila; Gotthi; Patauium; Venetia; Vitalianus; Cicero; Philipp⁹ bor/ rhomæus; Epiſcopus q̃d ſignificet; Chriſtus]

## Franciſci Philelfi Oratio de laudibus Laçari Scarampi epiſcopi: ad Comenſes: III

iNſtituenti mihi uiri Comenſes uerba apud uos facere: cũ de Epiſcopali dignitate: tum de ipſo ueſtro Epiſcopo La/ çaro Scarampo: quem præſentem hic coramq; uidetis: Haud equidem facile dixerim: uter maior dicendi labor de digni/ tate: ne an de homine ſit oblatus. Vtraq; ſane res tanta eſt & tam/

[Margin: Laçarus ſca/ rampus]

Epiſcopus & rex
Homerus
Hector
Epiſcopus quid
Græci

nobilis: tam magnifica: tã excelles: ut uix ulla ingenij ui: ulla orationis copia uideat eſſe cõtenta. Scimus em̃ ut hic primũ aggrediar ab heroicis uſq; temporibus: eodem Epiſcopũ eſſe nomine regẽq; appellatũ: id quod apud Homerũ de Hectore licet animaduerti. Et ne id quidẽ abſurdũ. Quid em̃ aliud Epiſcopus ſignificat apud græcos: q̃ inſpectorem: ſpeculatorem: cuſtodem: cõſultoremq; & ultorem: ac propoſiti cõpotem? Rex em̃ omnia diligenter inſpicit: omnia prouidet quæ ad tutandũ regnũ & amplificãdum attinet: ſuis præmijs bonos ꝓſequens: ac dignis animaduerſionibus malos afficiens. Et quoniã nihil agit inconſulto: nihil imprudenter: quicquid ꝓpoſuit efficit. Hæc eadem certe mens: idem animus epiſcopo in eccleſiam eſſe debet: & eo ſtudioſior atq; propenſior: quo humanæ res cunctæ ne cũ minima quidem alicuius diuinæ rei particula conferri poſſunt. Enimuero quis fidelis atq; doctus chriſtiãnus minus nouit a chriſto optimo maximo eſſe epiſcopos quaſi reges ſuis eccleſijs inſtitutos? Ipſe em̃ cũ adhuc eſſet in terris: manũ apoſtolis ſuis imponens eos ordinauit epiſcopos: iuſſitq; ut irent in mundũ uniuerſum: & omni creaturæ euãgelium prædicarẽt: ac dicerent regnũ cæleſte appropinquaſſe. Ad hæc ut curarent ſanarentq; infirmos: mortuos ſuſcitarent: mundarent leproſos: dæmones eijcerent: permultaq; alia in ſuo nomine facerent: quæ naturæ diuinæ ſunt: nõ humanæ. Ieſus inq̃ ſaluator noſter hmõi præſules inſtituit: id quod Apoſtolus Paulus ſpirituiſancto aſcribens: ait: Attendite uobis & uniuerſo gregi: in quem uos ſpirituſſanct⁹ poſuit epiſcopos regere eccleſiam Ieſu chriſti. Atq; taliũ ſacerdotũ tanta eſt amplitudo & ita ſublimis gradus: ut eos angelorum nomine in Apocalypſi appellatos inueniamus. Accipim⁹ em̃ epiſcopũ munus a primis inde tẽporibus illud in catholicis eccleſijs extitiſſe: ut populos docerent: ipſiſq; ea annunciarent: quæ ad gloriã pertinẽt ſempiternã. Quare cũ in Apocalypſi iubent angeli pœnitentiã agere: non de ijs ſermo eſt angelis: qui & incorporei ſunt: & quorũ alteri ob efferatã ingratitudinẽ peruicaceq; ſuperbiam æternis ſupplicijs ſunt addicti: alteri humiles & accepti memores beneficij longe abſunt a terrena contagione: ſed de hominibus potius: qui q̃diu in uita ſunt: obnoxij ſunt peccato. Nec em̃ epiſcopi qui humani quidã ſunt angeli: quoniã diuina præcepta ac redemptoris noſtri Chriſti Ieſu uoluntatẽ nunciant: ſine peccato eſſe ullo pacto poſſunt. Atqui pontifex ipſe quẽ præcipui honoris cauſa ſummum uulgo appellamus: aliud quicq̃ nihil habet egregium: q̃ qđ epiſcopi eſt proprium. Quis em̃ eſt alius ſummus pontifex q̃

Euãgelium
Paulus apoſtolus
Angeli
Apocalypſis

ecclesiæ Romanæ Epiſcopus? Et ſingularum quidem urbium epi/
ſcopi dici pontifices & poſſunt & cōſuerūt: qui quāq; in ſuis eccle/
ſijs ſunt maximi ac ſummi: eo tamē minus dicunt: ut quē cæteris
pontificibus lex præeſſe uoluit: is honorificentiore epitheto orna/
ret. Sed quoniā paucis oſtendimus eundem eſſe in eccleſia dei epi
ſcopū: quē & regem & angelū uocamus: Reliquū ē: ut de hoc ipſo
Laçaro Scarampo: qui fœlici quodā diuinoq; auſpicio epiſcopus
uobis contigit: nō quæ dici laudādo poſſent: ſed quæ nō dici iniu/
ſtum ſit: breui oratione perſtringamus. Vidi plærumq; nōnullos
qui cū maxime ſtudēt aliquē laudare: eas potiſſimū laudes cōqui/
runt & cōſectantur: quæ alieni ſunt iuris: nec præſtari a nobis poſ/
ſunt. Nam patria & parentes quæq; alia uel fortunæ uel corporis
ſiue bona ſiue commoda ſint dicenda: quamcūq; merent laudem
ꝓpterea ſcilicet merent: quod ijs moderate prudenterq; utamur
ꝗ diu adſunt: Fragilia em̄ & caduca ſunt: nec in noſtra poteſtate
poſita. Aliud profecto nihil præter uirtutē & rationē afferre poſſu
mus: quo de certi quicq; habeamus magnūq; polliceri. Bona ani/
mi noſtra ſunt: quæ fortunæ omni cōtempto impetu: nullam uim
morbi: nullā temporū mutabilitatē: nullū incōmodorū turbinē
contremiſcūt. Itaq; uera omnis ac perfecta laus poſita eſt: & collo/
cata in ſola animi præſtantia. Quid em̄ memorem Laçarum epi/
ſcopū eſſe natione Ligurem: familia uero Scarāpū? At Ligures in Ligures
Italia quales ſint qualeſq; ſemper fuerint: nemo ſane rerum paulo
peritior ignorat. Nam ut tempori obſequēs ſilētio prætereā: quæ
præclara quāq; ꝑmulta facinora tempeſtate noſtra Ligures ſæpe
geſſerint: & nūc etiā gerant: tradunt nobiles nōnulli rerum ſcripto
res: tum latini: tum græci aborigines extitiſſe: qui maiore ex parte
imperitarēt Italiæ: cū in eā Troiani primū ueniſſent Aenea duce. Italia
Aborigines uero alios nullos eſſe ꝗ Ligures ita nominatos: qđ Troiani
montani ſint populi. Horos em̄ græce: montem ſignificat. Nā ligu Aeneas
ria prope tota montuoſa eſt & ardua: ob idq; genus hominū acre Aborigenes
atq; bellicoſum. Inter Ligures aūt Scarampi ꝓceres ſemper habi
ti ſunt illuſtres: & id quidem in omni laudis ac probitatis genere.
Quot iurecōſulti: quot in omni doctrina magnitudine eruditiſſi/
mi & eloquētiſſimi uiri: quot equites aurati e Scarāporū familia
prodiere? Quid em̄ repetā in præſentia priſcum illū & indytū au/
ctorē huius generis ac nominis Scarampū: qui ex Aragonū regia
in Italiā ꝓfectus poſt res ſplendidiſſime geſtas in Luguria cōſedit: Italia
cū floruerit ſemper Scarāporū domus & fortiſſimis belli ducibus
& religioſiſſimis plæriſq; atq; ampliſſimis nobiliſſimarum Vrbiū

pontificibus. Itaq̧ mirãdũ nõ eſt: ſi Scarampis ꝓceribus cũ præ-
Ligures ſtantiſſimis prope omnibus primariiſq̧ familiis: non Ligurum: &
Inſubres Inſubriũ modo: ſed totius hui⁹ Galliæ ciſalpinæ affinitas ac ſum-
Gallia ciſalpina ma neceſſitudo cõtracta eſt. Omitto reliquas cliẽtelas: amicitias:
uires: facultates: quibus Scarampi ꝓceres plurimũ pollent. Præ-
Antonius tereo cõſulto in mediũ afferre uel Antoniũ huius auũ: uel Rainal-
Rainaldus dum patrem: quorũ uirtus & domi & foris tãta eſt habita & tam
Laçarus celebris: ut eorũ nomen nulla ſit antiquitas deletura. Satis eñi hic
unus Laçarus epiſcopus ſuperq̧ eſt: qui omnẽ de ſe laudẽ queat
profiteri. Non is profecto eſt Laçarus: qui ſuũ iactet clariſſimum
genus: qui aliena laudet: cũ ſemper ſtuduerit nõ aliunde ſed ex ſeſe
ipſo potius deoq̧ pendere. Nam quid de hoc tam ſancto & ſapien
ti præſulæ ueſtro Viri Comenſes primũ ducamus laudandũ? Nũ
eximiam formæ bonitatẽ? Quæ tãti fieri in principibus cõſueuit:
Priamus ut nõ dubitauerit Tagricus ille de Priamo loquens ita affirmare:
Priami quidem ſpecies meret̃ imperiũ. Quod ſi materia ſequitur
formã natura: quis ambigat animi præſtãtiæ debere corporis ex-
cellentiã omnẽ reſpondere? At fit ſæpe malo hominũ more: ut na-
turæ probitas deprauet̃. Eo igitur maiore admiratione dignus eſt
Antiſtes hic ueſter: quod omnia ſit ſemper natura duce pro animi
ratione nõ minus fœliciter cõſecutus: q̃ diligentiſſime ſecutus.
Omnẽ inquã corporis dignitatẽ: omnẽ robur: omnem ualitudinẽ
cum animi ſanitate & ui atq̧ pulchritudine conformauit. Quare
cum intelligeret ad tantã naturæ bonitatẽ accedere oportere bonã
quandam præſtanteq̧ doctrinam: hanc tanto ſtudio: tanta indu-
ſtria: tanta diligentia eſt amplexus: ut nõ diuina poetica: nõ regi-
na humanarum rerum oratoria: nõ optimarũ omniũ artium pro-
creatrice philoſophia cõtentus: ſeſe penitus ſacrorũ librorũ lectio-
Theologia ni theologiæq̧ dediderit: quibus in rebus tantum ualet: ut om-
niũ opinionẽ ſuperarit. Nec ſibi aliud quicq̃ boni propoſuit unq̃
in uniuerſa uita: q̃ quod ipſa ueritas quæ ſolus ẽ deus definierit.
Nam per huiuſmodi ſapientiæ genus ſe facile aſſecuturũ exiſtima-
bat quod uerum & incõmutabile atq̧ ſempiternum foret. Quid
eñ uerecundos eius memorem cõtinentiſſimoſq̧ mores: cum nul-
la ſit omnino uirtutis pars: cuius aſſidua conſuetudine priuatum
Iuſticia ſe uoluerit? Præ cæteris autem iuſticiã atq̧ pietatẽ præcipua qua-
Pietas dam cura & ueneratione proſequit̃. Solebant priſci illi gentileſq̧
Gẽtiles philoſophi philoſophi qui dicuntur uirtutem ſequi: non tam uirtutis gratia:
q̃ ut inanem hominũ gloriam uenarentur. Itaq̧ ſtudebant: quod
eſt ſimulationis proprium: magis uideri boni q̃ eſſe. Omnes eoꝝ

uigiliæ atq; peregrinatiões qui ſeptẽ exiſtimati ſũt ſapiẽtes in græ- Sapientes
cia: referebanť ad humanæ gloriæ nebulã. Idem Stoici: idẽ Aca- Stoici
demici: & Peripatetici: reliquiq; Socratici faciebãt. Quæ nã mens Academici
uel Pythagoræ Samio: uel Agrigentino Empedocli fuerit: tũ illius Peripatetici
auratum femur: tum huius in hiatum ætnæ præcipitatio dilucide Socratici
declarat. Nam Romani quod aut pro patria ſe deuouerint: aut fi- Pythagoras
lios interemerint: aut tot tantoſq; labores exanclarint: uel acerbiſ- Empedocles
ſimos cruciatus morteſq; pertulerint: quid aliud q̃ nominis im- Aetna
mortalitatem apud homines affectabant? Non eñ ullã ij ſibi om Romani
nes: ſi recte uelimus iudicare: certam uirtutem expreſſamq; ppo Virtus
nebant: ſed adumbratam quandã ac fucatam uirtutis imaginem.
Nam uera & indubitata uirtus ſuis nixa hærenſq; radicibus nihil
habet ſupra ſe maius: nihil præclarius: nihil precioſius: quod aut
bonum aut expetendum cenſeri oporteat. Quo fit: ut ſolus deus
ea ſit atq; ſola uirtus: a qua tanq̃ abundãtiſſimo & perenni atq;
inexhauſto totius uirtutis fonte noſtri omnes & cogitatus & acti-
ones debent emanare eoq; referri. Nec enim in terris ulla eſt homi
nis gloria præter eam: quæ cum cæleſti gloria ſit coniuncta. Qua-
re cũ Laçarus Scarãpus abuſq; puero in eo ſe uirtutis genere ac- Laçarus Sca-
curate ac ſummo cũ ſtudio exercuiſſet: quod in agẽdo uerſať: mox rampus
ineunte adoleſcentia ad ueritatis perſpicientiã animum conuertit.
Intelligebat eñ generoſus adoleſcens inferiora hæc omnia & mu-
tabilia eſſe & obnoxia interitui: Sola ea quæ in cælo diuinaq; ſũt:
nulli caſui ſubiecta eſſe planeq; ſempiterna. Itaq; ab aſſidua exerci
tatione ſciẽtiæ ad ſapientiæ ſtudiũ ſeſe cõferẽs: tm̃ ea in re breui tẽ-
pore ꝓfecit: ut cũ maxima ſui nominis claritudine iuris pontificij
ornareť inſignibus. Et qm̃ noſſet non icciroo diſcẽdũ eſſe ut quæ
pulcherrima optimaq; ſunt: ſciamus dũtaxat: ſed multo etiã ma-
gis: ut ſecundũ ea quæ didicimus: operemur: quicquid egregij &
cõſpicui tot laboribus & lucubrationibus ſuis per diſciplinã fue-
rat aſſecutus: id ita uſu quotidiano ſibi fecit familiare: ut omnibus
ambiguũ reddiderit: utra præſtantior iudicãdus eſſet actionis ne
laude an cõtemplationis. Vtraq; certe uæhementer excellit: adeo
ut nemini cõtẽdendi ſecũ in hac omni Gallia ſpem reliquerit: tãta
eſt eius dicẽdi facũdia: tanta legũ & ſacrorũ canonũ memoria: tã-
ta rerũ uariarũ & laudatiſſimarũ in diſſerendo ſubtilitas. Mirari
ergo neminẽ decet: ſi in tot ac tantis & externis & ſuis bonis Laça-
rus Scarampus eſt a ſummo pontifice Pio cæteris omnibus in ele- Pius pont.
ctione Comẽſis epiſcopatꝰ ſine ulla cõtrouerſia prælatꝰ: q & multi
& grauiſſimi uiri nõ mediocri inter ſe cõtẽtione ad id ſplẽdidiſſimi

muneris ferebant. Non em̃ erat ignarus pater ſapientiſſimus ne/
minem oportere aliis præeſſe in eccleſia dei: qui ſit ullo genere lau/
dis iis inferior quibus præeſt. Accedebat ad rem qđ nõ ſine cau/

Frã. Sphortia

ſa tanti hunc fieri intelligebat: a præſtãtiſſimo principe noſtro Frã
ciſco Sphortia: cuius animi magnitudo: cuiꝰ ſplendor ingenii: cuiꝰ
tanta eſt uirtus: ut omni pene antiquitati uideatur anteponẽdus.
Quid em̃ humaniſſimus princeps noſter hunc minus diligat: mi/
nus amet: quẽ norit nõ modo eſſe obſeruatiſſimum ſui rerũqꝫ ſua/
rum: ſed plane talẽ quẽ omnis honos & omnis dignitatis gradus
debeat cupere atqꝫ exoptare? Quobrem ut & principi noſtro q̃ op
time de ſe merito gratificaret̃ pater beatiſſimus: & eccleſiæ ueſtræ

Comenſes

Laçarus epiſcopus

uiri Comenſes cõſuleret ſaluberrime: hunc uobis Laçarum dele/
git epiſcopum: qui & uobis annunciaret quæ dei ſunt: & eam do/
ctrinã traderet: quæ ad ueſtræ ſalutis atqꝫ cæleſtis gloriæ rationẽ
attineret. Veſtrũ igit̃ munus erit: ut hũc cũ omni fide ac pietate au
diatis: & eius integerrimis paterniſqꝫ inſtitutis diligentiſſime ob/
temperetis: ſi cupitis uobis atqꝫ ueſtris omnibus bene & perbeate
conſultum iri. Habetis em̃ præſulem eruditũ: eloquentem: ſobriũ:
pudicũ: facilem: benignũ: affabilem: omni præditũ humanitatis
officio: omni bonitate inſignem: cuiꝰ admonitionibus parere ho/
norificum eſt. Tu aũt pater ampliſſime & ſi minime uereor fore: ut
oĩa regas atqꝫ adminiſtres moderate & ſapienter: tamen pro mea
erga te obſeruantia nõ deſinã dignationem tuã monere: hortari:
obſecrare: ut cogites etiã atqꝫ etiã: quantã ſimul cũ hoc ipſo augu/
ſto epiſcopatus faſtigio molẽ ſubis: cũ ſit epiſcopus nõ minus ope/
ris atqꝫ oneris q̃ honoris nomen. Quid em̃ aliud in eccleſia eſt epi
ſcopus q̃ rex in Chriſto Ieſu? Exerce igit̃ officium regium. Quid

Rex

Tyrannus

Ariſtoteles

em̃ inter regem atqꝫ tyrannũ intereſt? Illud nempe ſecundũ Ariſto
telem: quod tyrannus: ut eſt cõmunis quidẽ bonis omnibus teter/
rimuſqꝫ hoſtis: omnia refert ad utilitatẽ cõmodumqꝫ ſuũ: At rex
quaſi animus reipublicæ: quoniã oĩa ſibi cũ ciuitate ducit eſſe cõ/
munia: nihil ſibi priuatim quærit: nihil uult: nihil admittit qđ idẽ
cunctis ciuibus nõ ſit ueluti propriũ. Ita etiã tibi faciundũ cenſeo.
Cura quæ ſunt eccleſiæ: Huic uni ſtude: Huic inuigila: Ad huius
emolumentũ & dignitatẽ cogitatus tui omnes referendi ſunt. Ita

Deus

em̃ præeſſe debes ut proſis: quibꝰ te præeſſe uoluit deꝰ. Paſce oues
meas: præcepit dominus. Quod uni Chriſtus iuſſit epiſcopo: id
eſſe & tibi & epiſcopis cæteris iuſſum exiſtimato. Qui em̃ rex in ec
cleſia & angelus diceris: gere etiam te paſtorem. Neqꝫ id tibi turpe
ducendum eſt: cũ nobiliſſimus poeta homerus appellet etiã Aga/

memnona ſæpenumero paſtorem populorũ. Vt eñ paſtor ouib⁹ ſuis a lupo metuẽs ex aliqua ſpecula oculis attẽtiſſimis luſtrat circũquaq; omnia: ne quid detrimenti per inſidiatorẽ ſuum importetur: ita etiã tibi acerrimo ingenio iterũ atq; iterum ſpeculandũ eſt: ne fruſtra ſis nominatus ſpeculator: hoc eſt Epiſcopus. Nã quod ſit diligentis paſtoris officium: Ieſus ipſe docet in Euangelio: cum ait ſe eſſe paſtorem bonũ & nõ mercẽnarium: qui cum paſtor non ſit is cuius ſunt oues propriæ: cum primum uiderit lupum uenientem: illas dimittit ac fugit: lupo relictis ouibus rapiendis diſpergendiſq;. At paſtorem bonũ cuius ſunt oues: facere ſecus omnia. Nam quia nouit eas ſua intereſſe: ne animã quidem ſuam pro illis ponere uereri. Inſpice igitur q̃ accuratiſſime omnia quæcunq; ſint eccleſiæ Comenſi cõductura: nullum detractans laborem: nullum ue uitæ quidem periculum reformidans. Nam ſicut nihil eſt ut inquit Ambroſius: epiſcopo excellẽtius: ſic nihil miſerabili⁹: ſi oues ſibi cõmiſſas neglexerit. Paſce igit̃ oues Chriſti: Earum ſaluti proſpice: quib⁹ cuſtos: quib⁹ ſpeculator es datus. Q̃d ſi tu illa omnipotẽtis dei: quæ ſub ꝓphetæ Eçechielis pſona epiſcopo ipſi quid obſeruandũ ſit: præcipiunt uerba quæq; conſyderaueris: nunq̃ errabis: Speculatorem inquit dedi te domui Iſrael. Audiẽs ergo ſermonem ex ore meo annũciabis eis ex me. Si autem uideris gladiũ uenientẽ: & tu nõ annũciaueris ut reuertat̃ impius & a uia ſua: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur: ſanguinem uero eius de manibus tuis requiram. Si autem annunciaueris: & ille non fuerit reuerſus: morietur ipſe quidẽ in iniquitate ſua: ſed tu animã tuam liberaſti. Satis eñ tuo officio pater integerrime fungaris: ſi populo Comenſi ac reliquæ tuæ eccleſiæ: quæ iuſſit dominus pro ſingulari tua eruditione annunciaueris: ſi quæcunq; ad animarũ ſalutẽ pertinẽt: grauiter eloquenterq; docueris: ſi operã quãtũ in te fuerit dederis: ne relicto calle cæleſtis patriæ: ĩ miſeriã deruant ſempiternã. Ad quæ quidem omnia q̃m liquido ac perſpicue animaduerto tua te ſpõte mirifice incitatũ: nihil eſt quod oratione ſim longior. Noui enim innocentiã tuam: Noui ſanctimoniam uitæ: Noui magnitudinem & altitudinem animi: Noui prudentiam & conſilium: Noui iuſticiã: Noui pietatẽ. Nunc exprome quæſo recõditos theſauros tuos iuſtos nõ pecuniarum: quibus unus omnium liberaliſſimus es: ſed ſapiẽtiæ cæterarũq; uirtutum quibus es omnibus admirandus. Scis enim fidei & religioni tuæ populum eſſe prouidentia diuina commiſſum: quo uix alius in uniuerſa Gallia ciſalpina eſt nobilior: utpote quod ab eadem olim Gallorum gen-

Ieſus
Ambroſius
Eçechiel
Iſrael
Dominus

Comum te Comum eſt conditũ: a qua & Mediolanũ & Bergomũ & Brixiam Veronamq; & Tridentũ: aliaſq; nõnullas urbis clariſſimas ac maximas priſci rerum geſtarum ſcriptores conditas tradidere.

Mediolanum
Bergomum
Brixia
Verona
Tridentum

Hec quidem Oratio habita eſt ab eodẽ Franciſco Philelfo Comi in eccleſia Cathedrali. xvi. Kalendas decembres: Anno a Natali Chriſtiano milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.

## Franciſci Philelfi Oratio pro Theodoro Plato clariſſimo iureconſulto. IIII

f Verat profecto æquũ & ab omnibus mea ſententia plane cõcedendũ Illuſtriſſimi principes & uos reliqui patres grauiſſimi: ut qui in dicendi acie miles haberi poſſem: nõ modo ueteranus: ſed iam omnino emeritus huiuſmodi omni oratorio munere uacarẽ: in tanta præſertim doctiſſimorũ & eloquẽtiſſimorũ hominũ republica. Eſt eñ hoc officiũ iuuentutis & robuſtioris cuiuſdã feruẽtioriſq; ætatis. Non ingenio dũtaxat ad orãdũ: nõ eruditione: nõ exercitatione eſt opus: ſed facili quadã atq; expedita linguæ mobilitate: & in celeritate uerborũ uoce: tum clara & ſublimi: tum ſonora & periucunda. Quare ſiqua mihi ad dicendũ adiumenta: uel natura uel diſciplina uel induſtria attuliſſet: quæ tamen corporis ſunt nõ animi: hæc in homine ſecundũ & ſexageſimũ annũ iam nato nõ eſſe eadẽ quæ in iuuene fuerunt: & ipſe intelligo & aliũ fugere puto neminem. Itaq; ſi de laudibus huius præſtantis & perdocti adoleſcentis Theodori Plati cum pauca breui oratione perſtrinxero: minus fortaſſis aliqua ex parte ſatiſfaciam expectationi de me ueſtræ: erit manſuetudinis ueſtræ atq; ſapientiæ: id quicquid deterius fuerit: nõ tã negligentiæ a qua ſemp omniũ maxime un⁹ abhorrui: q̃ ætati ipſi aſcribere. Nãq; hoc omne quicquid eſt oneris potius q̃ honoris: nõ tã adiui q̃ admiſi: quippe qui neq; Theodoro ipſi deeſſe poterã: quo tempore uirtutis ſtudijq; ſui pulcherrimis donaret̃ inſignibus: qui eſſet a me antea inſtitutus oratorijs ſocraticiſq; ornatus: neq; huius patri clariſſimo & ſapientiſſimo iuriſconſulto Georgio Plato de me perſæpe q̃ optime merito in tanta eius lætitia obſequi nõ debebã. Sed quoniã hæc omnis laudatio a legũ ac Iuris & ciuilis & pontificij ſapientia ꝓficiſcit̃: pauca primũ de initijs ꝓgreſſuq; hui⁹ rei in mediũ referam. Qui primus leges inter mortales inuenerit inſtitueritq; iudicia: nõ eadẽ oĩm eſt opinio. Hebræi hũc Moſen fuiſſe uolũt: Athe

Theodorus platus

Georgius platus

De legum inuentore Moſes

nienſes Cecropa: Argiui Phoroneũ: a cuius noĩe forũ non minus Cecrops
cõmode acceptũ reor ꝙ ob eam rem ita nominatũ qđ eo lites cõ/ Argiui
trouerſiæq; ferant. Cretenſes Minoa atq; Rhadamantũ: Lacedæ/ Minos
monij Lycurgũ: Aegyptij Mercuriũ Nili filiũ: cui Vulcanꝰ ſucceſ/ Mercurius
ſit in regnũ. Perſæ uero Zeroaſtrẽ. Nã latini quo in legibꝰ ferẽdis Zeroaſtres
quo iuniores extiterunt: eo cæteris hominibus in hoc doctrinæ ge/
nere mirifice omnibus præſtiterũt. Qđ aũt ad Moſen attinet: hũc
alij legũlatorẽ: ut Philo iudæus eſt locupletiſſimus teſtis: alij ſacra Philo iudæus
rũ legũ interpretẽ ꝓdidere. Claruitq; eadẽ tempeſtate apud ſuos
qua Cecrops apud Athenięſes: quos Cecropidas ab ipſius & cõ/
ditoris & legũlatoris nomine appellatos eſſe conſtant. Et id quidẽ
annis a mũdi creatione: tribus milibus: ſex centis quinquaginta.
Et Phoroneum qui Inacho natus regnauit Argis ſecũdus annos Phoroneus
circiter trecẽtos: poſtea legibus Argiuos ac iudicijs muniſſe. Nam
Rhadamantũ & huius fratrem Minoa qui Ganymedem rapuit:
Europa & Aſterio natos fuiſſe longe his tribus poſteriores. Lycur
gũ uero quas leges Lacedæmonijs tradidit a Cretenſibus accepiſ/
ſe. At Zeroaſtres rex Battriarorum qui primus omniũ magicam
illuſionẽ reperit: quibus fuerit tẽporibus ſatis ea ratione patet: qđ
aduerſus eum Ninus rex aſſyriorum dimicauit. Et ne ſim narran/ Ninus rex
do ꝓlixior: neminẽ inter legũlatores inuenio: quẽ antiquitate Mer
curio cõparẽ. Hunc alijs omnibus legũlatoribus ꝙ longiſſime ſu/
periorẽ: leccirco Ioue Maiaq; natũ poetæ cecinere: ꝙ & mentis acu/
mine uiguerit & prudẽtiſſimus fuerit. Mercuriũ eñ auctorẽ fuiſſe
affirmant eloquẽtiæ: quæ ex intellectu gignit̃ & prudẽtia: eundẽq;
& palæſtræ & lyræ & præſtigioꝝ peritiã primũ tradidiſſe. Sunt eti
am qui hanc laudẽ legũ ferendarum dent Eaco Achillis auo: cuiꝰ Eacus
filium Peleum cum argonautis aduerſus Cholcos nauigaſſe oſtẽ/ Achilles
dit Orpheus. Ꝙ plurimos præterea legimus: qui Cererẽ omniũ
primam extitiſſe arbitrent̃ ferẽdæ legis auctorem: quod eo argu/
mẽto refelli poteſt: quod Cecerẽ fuiſſẽ cõſtat annis ab initio mun/
di tribus milibus ſeptingentis octoginta. Sed qui omnẽ illã ſupe/
riorem antiquitatẽ legalis ſapientia gloria ſuperarit: Solona fuiſſe
cõtendũt: qui antiquitatis omnibus diaconis legibus præter eas
quas de cede tuliſſet: ipſe leges Athenienſibus dedit: quos ob eam
rationem axes nominauit: quoniã in ligneis axibus ſcriptæ eſſent.
Et floruit quidem Solon inter ſeptem græciæ ſapientes Olympia/ Olympias
de quadrageſimaſeptima: uel ut alij perhibẽt: quinquageſimaſex/
ta Piſiſtrato Athenis regnante. Huius autem unius philoſophi le/
ges adeo apud omne pene hominũ genus illuſtres atq; præclaræ

ſunt habitæ: ut ne Romanos quidem puduerit poſt exactos reges
**Romulus** eaſq; leges omnis penitus ſublatas quæ prius ab ipſo uſq; Romu
lo latæ fuerant: Athenas mittere decem legatos: qui inclytas leges
Solonis peterēt: quib⁹ Romana reſpublica fundaret. His in decē
eburneas tabulas perſcriptis in Vrbemq; allatis: & pro roſtris ad
apertiorem uolentium perceptionē poſitis: propterea duæ poſtea
tabulæ Hermodoro Epheſio auctore in annū ꝓximū ex publica
poteſtate adiectæ ſunt: quoniā ad tātæ ciuitatis imperiū pluribus
legibus eſſet opus. Et ita leges ſunt duodecim tabularum appella
tæ. Deinde ſecutū eſt ius ciuile: Legis actiones: Ius elianū: plebiſci
ta: quæ poſtea lege Hortenſis ꝓ legibus habita obſeruataq; ſunt.
Poſt hæc ius id additum neceſſario ē qđ ſenatuſcōſultū nomina/
tur. Deinceps adiecta oportune ſunt edicta prætorū: a quorū ho/
nore ius eſt appellatū honorariū. Ad poſtremū aūt principe cōſti/
tuto acceptoue illud eſt ius introductū: quod ab unius principis
uoluntate manans principale uocatum eſt. Quid eī ſingillatim
memorem aut de publicis aut de priuatorum legibus quæ priuile
gia dicunt? Quid de conſularibus & tribunitijs? quid de ſatyra?
quid de iure militari? quid de iure quiritū? quid de conſtitutioni/
bus? quid de prudentium reſponſis? Nulla eſt prorſus neq; legis
**Romani** nec æquitatis nec iuris pars quā Romani aut legulatores aut iure
conſulti intactam indiſcuſſamq; reliquerint. Nō eī in tot corūca/
nis: brutis: ſcæuolis: paulis: labeonib⁹: pomponijs: trebatijs: tul/
lijs atq; alijs ꝓpe infinitis unū aut Lycurgū aut Solona īuenias.
Quā eī nunq; in uniuerſo terrarū orbe rēpublicā excelluiſſe me/
minerim⁹: quæ cū in oīs laude uirtutis: tū maxime in ſplēdore iu/
ſticiæ cū Romanorū imperio cōparari queat. Hæc aūt non natura
ſed diſciplina primū acqrit: & ea quidē diſciplina: quā nobis legū
& iuris ciuilis & ſcientia ſubminiſtrat. Hæc ſane ea eſt iuſticia quā
ait Euripides: heſpero atq; lucifero magis eſſe mirabilem. Hæc in/
quā una uirtus ita cunctis uirtutibus antecellit: ut qui eā adeptus
ſit: ſolus bonitatis cognomentū adeptus exiſtimetur. Quare cum
**Theodorus Platus** ornatiſſimus adoleſcens Theodorus Platus ab ipſa uſq; pueritia
quodā naturæ ductu bonitatem arderet: audiretq; quotidie hāc
per inſcitiam potiſſimum comparari ab eloquentiæ ſtudio: qua
non mediocriter ualebat: ad legum & iuris ciuilis ſcientiam quaſi
Sulpitius quidam animum cōuertit. Et citabat eum præterea uel
paterna uel maiorum ſuorum gloria: quorum ſe diſſimilem fore
monſtri ſimillimum ducebat. Nō enim erat ignarus platorum fa/
miliā quæ nunc uocatur: Nā priſcis tēporibus platonica dicta eſt

# PRO THEODORO PLATO ORATIO IIII

a Platonẽ philoſophorũ omniũ maximo & grauiſſimo duxiſſe ori
ginem. Platonem uero ipſum qui ſuo ꝓprioq; nomine Ariſtocles — *Plato Ariſtocles*
dictus eſt: referre paternũ genus in Codrum regem Melanthi fili/
um: maternũ aũt in Dropiden poetam Solonis fratrẽ. At Solona
& Dropiden in Nileũ heroa. Hinc uidere licet uim ſollertiamq; na
turæ nõ abſurde in poſteros etiã propagari. Vt eñ Theodorus ad
legalis excellẽtiæ laudẽ raptus eſt: Solona ſcilicet imitatus: Ita hu
ius frater Petrus Antonius diuino ingenio adoleſcẽs ad oratoriæ — *Petrus Anto/nius Platus*
poeticæq; præſtantiæ gloriã impulſu quodam & tanꝙ neceſſitate
naturæ: quæ a Dropide fratre Solonis flueret: tãto ſe ſtudio cõtu/
lit: ut iam natu maioribus illiſq; doctiſſimis coæquãdus iudicet.
Scimus eñ Dropiden eſſe ab omnibus poetã eloquẽtiſſimum & — *Dropides*
grauiſſimũ habitũ. Nam Nileus adeo claruit rebus bellicis ut in/
ter heroas numeraret: quẽ etiã ipſum ꝙ Petrus Antonius ꝑpulchre
æmuletur nouiſtis omnes. Sed ut eo unde diuertit noſtra reuertat — *Solon*
oratio: qualia quãtuſq; legũlator Solon fuerit: ex ijs ſatis ſuꝑ quẽ — *Libri. x. de re.*
patere arbitror: quæ a me modo narrata ſũt. De Platone uero qd — *Libri. xij. de legibus*
attinet prædicare: cuius libri decem de rep. & duodecim de legib⁹
locum nullũ prætermiſere: quẽ ad omnẽ iuſticiæ iuriſq; rationẽ ꝑ/
tinere uir ſapientiſſimus iudicaſſet: Quæ uero Theodorum oporte/
ret uæhementer accendi atq; inflãmari ad eã quã naturæ ſuoq; in/
ſtituto tantopere cupiebat ſcientiã cõſequendã: Georgij patris no — *Georgius pla/tus*
mẽ atq; honos erat in cauſa: quẽ uidebat in Mediolanẽſi rep. præ/
ſtantiſſimis etiã iurecõſultis doctrina & innocentia plurimũ ante/
ire: ob eamq; rem adeo ualere & auctoritate & gratia apud diuinũ
principẽ noſtrũ Franciſcum Sphortiã: ut de nemine melius ſentire — *Fran. Sphor/tia dux*
uir prudentiſſimus ſummuſq; uideat. Quobrem cum primũ ſe Ti
cinum cõtuliſſet: id ſtudij cuius gratia ꝓfectus eſt: tãto labore: tan
ta cura: tanta aggredit diligentia: ut intra tertiũ annũ in publica re
petitione: quã uocãt ſcholaſtici: eam de ſe opinionẽ in omniũ ani/
mis collocarit: ut nulla ex parte maiorib⁹ ſuis inferior futurus cẽ/
ſeret. Videmus ſane apud nõnullos uſu plærũq; fieri: ut qui ado/
leſcentes aſſeruatione aſpectuq; ſuorũ liberi ſunt: licentia ea omni
quã habent: nõ tam utantur ꝙ abutant: Nam quod tẽpus in au/
diendo debet legendoq; conſumi: id aut in ludis aut in comeſati/
onibus teritur cũ magno ipſorũ dedecore ingentiq; detrimẽto rei
familiaris. At iſtorũ taliũ diſſimillimus Theodorus ne punctum
quidẽ temporis omittebat: quo minus aut eruditiſſimos honeſtiſ
ſimoſq; doctores audiret: aut legenda tractaret: aut quæ legerat
& tractarat litterarũ monimentis cõmendaret. Eorũ aũt æqualiũ

& cõdiſcipulorũ ſemper cõſuetudine uſus eſt: qui aut docti & boni eſſent: aut cuperent tales effici. Sciebat eñ probos adoleſcẽtis: ubi etiam minus improborum cõſuetudine a recto animi inſtituto fle cterentur: ſuſpitione tamen deprauati moris nõ uacare omnino. At eos omnis q̃ cæteris aut auxiliũ ſint aut cõſiliũ allaturi: non mi nus famæ q̃ iuſticiæ atq; integritatis ratione habere oportere. Cõ ſultoribus uero in omni quæſtione æque facillimũ atq; ſubtiliſſi mũ ſe præſtabat. Quod aũt ipſe uel dicendi uel diſſerendi gratia quæreret: ut acute inuenerat: ita modeſtiſſime ꝓponens mirabili artificio: ad quẽ finẽ intenderat: deducebat: Et peruicatium omnẽ exoſus: id ſolũ quod ueritatẽ ſaperet: ſequebat̃. Spectatiſſima eñ ingenia mendaciũ nullũ admittũt: eamq; ſibi in diſſerendo uicto riã ꝓponi uel maximam arbitrant̃: ſi a ratione nuſq̃ diuerterint. Præterea qđ tempus uix aliis in audiendo ciuili iure ſatis eſſe con ſueuit: id Theodorus platus in utroq; iure penitus perdiſcẽdo lõ ge prius abſoluit. Et ne id quidem mirũ. Non eñ ocio ſe debebat: nullas illecebras ſectabatur: nullã faciebat intercapedinem: totus erat in audiendo: totus in legendo: totus in ſcribẽdo: totus in diſſe rẽdo. Quo factũ eſt: ut cũ quarto ſtudii ſui anno docere qđ didice rat: publice in maxima audientiũ frequentia cœpiſſet: Ecce cum in credibili admiratiõe oĩm anno ſeptimo ex quo primũ Ticinẽſem: ut ita dixerim: ariopagũ ex noſtra Mediolanenſi academia petiiſ ſet: ab omnib⁹ ſit: ut uidetis: digniſſimus iudicat⁹: quẽ utraq; inſi gnia decorẽt. Sed iã me locus ipſe atq; tẽpus admonet: ut poſtea q̃ de legibus ac iure ciuili locuti ſumus: paucis percurram⁹ de iure põtificio. Id aũt q̃ prim⁹ apud Romanos inuenerit: quẽ nũc Pom pilio anteponã: habeo neminẽ. Nã apud alias nationes atq; ciuita tes ut uarii dii in honore ſunt habiti: ita uarii ſuperſtitiones: ritus iuraq; fuerũt: adeo ut etiã dæmones ꝓ diis haberent̃: Colebat eñ ſtulta illa gentilitas & bonos quos opinabat̃ & malos deos. At malos quidem ne obeſſent: bonos aũt ut ꝓdeſſent. Sed ut reuer tar ad Numã: Is genere Sabinus: cũ Romulo ſucceſſiſſet in regnũ: uideretq; Romanũ populũ lõga bellandi cõſuetudine efferatũ: ali ud nihil malle q̃ uaſtationẽ: q̃ prædã: q̃ interitũ: quo illũ tãdẽ ab ea immanitate animi diritateq; auerteret: ius põtificiũ introduxit per tripudia & ſaltatus ludoſq; ſolẽnis: adhibitis ſacrificiis & car minibus: quibus placari numina ꝓpitiaq; reddi maximo ſtudio rex callidiſſimus perſuaſerat. Quæ quidẽ ſuperſtitio ubi ſimul cũ imperio in dies magis magiſq; augeſceret: ea demũ p aduentũ ueri & omnipotentis humani generis redẽptoris Chriſti optimi maxi mi: radicit⁹ exciſa corruit. Eſtq; tẽpeſtiue nouũ ius põtificiũ impoſ

Theodorus Platus

Gentilitas

lutūq̧ oblatū:qđ a ſacris libris grauiſſimiſq̧ ſactionib⁹ cōflatū decreti atq̧ decretaliū uoluminibus ſanctiſſime cōtinet, Quæ certe oīa Theodorus Platus nō audiuit & didicit ſolū:ſed etiā ꝗ acutiſſime edidicit:& alios ꝗ ſubtiliſſime & ꝗ elegātiſſime ſūma cū laude docuit. Quæ cū ita ſint:Reliquū eſt præclare adoleſcēs Theodore Plate: ut quæ tibi hūani diuiniq̧ iuris ornamēta ī hoc ſacratiſſimo tēplo :in hoc religioſiſſimo die:ī hoc tāto & tā illuſtri ampliſſimorū hoīm cōuētu ex ſūmi atq̧ uniuerſi magiſtratus auctoritate corā parata intueris: accipias ea mēte:eo aīo:eo cōſilio:ut oīa ſemper & dicas & agas:& modereris ꝓ dignitate tua maiorūq̧ tuorū. Nec eñ ſatis eſt qđ iuſticiā pietatēq̧ didiceris:niſi eas in omni actione repræſentās & iuſtiſſimū te præſtiteris & integerrimū & hominib⁹ deoq̧ chariſſimū. Verſet tibi aſſidue ante oculos ſciētiſſimus hic & cōtinētiſſim⁹ iurecōſult⁹ Georgius pater tuus: Verſet Plato ipſe: Verſet Solon: Verſent quotquot a Codro rege athenarū & ab heroe Nileo magni & egregij uiri in omnigenere & uirtutis & gloriæ:ad hāc uſq̧ ætatē emanarūt. Et ut breuitatis gratia prætereā innumerabilis fere non ſolū utriuſq̧ iuris eruditiſſimos uiros: ſed etiā equites auratos & fortiſſimos belli duces & urbium dños ac pōtifices:qbus polluit clariſſima domus tua. Repete memoria Mafeū muçanū auū maternū:uirū illū grauiſſimū planeq̧ humaniſſimū:cui⁹ prudētia:cui⁹ eloquētia tāta fuit ut ei⁹ opera & induſtria excellentiſſim⁹ princeps noſter relicto in Apulia tot urbiū:tot populorū opulētiſſimo principatu: ad magnanimū illū ducē diuū Philippū uenerit:cuius aduētū diu cōcupitū atq̧ exoptatū quāti Philippus fecerit:nō obſcure nec diſſimulāter oſtēdit. Nā Mafeū qui eſſet cōſilij iuſticiæ ſecretarius: ordini ſenatorio ꝗ primū aſcripſit:tātoq̧ ſemꝑ habuit ī honore ut in maiore neminē. Nā qđ ego memorē ꝗta de tua & eruditiōe & ꝓbitate ſit expectatio:cū apud alios uniuerſos uiros claros & præpotentis:tū apud nobiliſſimas primarias familias:qbus cū tibi eſt affinitas: quorū certe oīm opinioni tibi nitēdū ē:nō mō ut reſpōdeas:ſed ut ea mirabiliter ſuperes. Verū ne ſingula ꝑſequar:quāta nūc tibi ad bonas actiones neceſſitas:ꝗtū calcar eſt additū:qđ regina hæc noſtra diua Blanca Maria ſimul cū ſplendidiſſimis regulis Galeatio & Hippolyta qſi Latona quædā Phœbo Dianaq̧ oīa corruſcās ſua te præſētia honorat. Quæ ſane res una longe eſt:& precioſior & illuſtrior:ꝗ ciuilis pontificijq̧ iuris aureū omne gemmatūq̧ diadema.

Georgius Platus
Plato
Solon
Codrus rex
Nileus

Opera Mafei Muçani Franciſcus Sphortia uenit Mediolanum

Blāca Maria dux
Galeati⁹ Maria
Hippolyta
Latona

Hæc qdē oratio habita ē ab eodē Frāciſco Philelfo Papiæ ī ecclia cathedrali:tertio Nonas auguſtaſ: āno a natali chriſtiāo. M.cccc.lx.

# Franciſci Philelfi Oratio habita Mediolani in princi/pio ſtudij. V

Anq̃ eloquẽtiæ & illuſtrium diſciplinarum ſtudia ad tria/rios ſint redacta: reuocaẽ miles emeritus poſt quintum & uigeſimum annum in aciem docendi: & ne is quidem inuitus: cum intelligat huiuſmodi benignitatis munere ſe rem facturũ excellentiſſimo ſuo principi Galeacio Mariæ: non gratam ſolũ ue/rum etiam periucundã: Si ita inſtituerit florẽtiſſimæ huis reip. iu/uentutem: ut & dicendo & iudicando iure poſſit cum uniuerſa Ita/lia de gloria contendere. Nõ igiẽ cuiq̃ obſcurum eſſe debet uiri cla/riſſimi & quod ſit noſtri ſapientiſſimi principis cõſiliũ: & quod itẽ meum inſtitutum. Cæterũ ea mihi moleſtia: quod nõ eadem uis: ac uigor tuetur: atq̃ corroborat corporis huius inſtrumenta: quo ingenium ipſum meũ intelligentiaq̃ muniẽ ac pollet. Vbi eñ pri/ſtinus ille uocis uel ſonorus cõcentus uel tẽpeſtiua contentio? Vbi firmitudo laterum? Vbi linguæ in omnẽ motũ uel celeritas uel fa/cilitas? Hæc omnia ſunt una cũ ætate magna ex parte facta debi/liora. At uoluntas certe bene ꝓmerendi eadem eſt: quæ prius & ſapiendi ſtudium longe uæhemẽtius. Animus uero tũ infractus: tum nulli neq̃ ignauiæ neq̃ deſidiæ ſeruiens. Nec Dareti cedebat Entellus. nec Annibali Fabius: & bos quo laſſior eſt: eo magis ca/uet: & firmioribus nitiẽ. Enimuero quanto pulchrius eſt didiciſſe q̃ diſcere: tanto animus ſenis q̃ animus iuuenilis plus & uiget & ſapit. Quo fit: ut & conſulendo & inſtituẽdo ſenilis grauitas ue/nerationi habenda ſit ſemper: perinde atq̃ iuuentutis & dux & gu/bernatrix. Quibus ipſe ductus rationibꝰ: nõ ſum ueritus tertium iam & ſeptuageſimũ agens ætatis annum: docendi arma reſume/re: & tanq̃ Neoptolemus quidẽ in aciem deſcendere aduerſus ia/cula ſagittaſq̃ ignorantiæ & inſcitiæ: breui futurũ ſperans: ut gra/tificando humaniſſimo noſtro principi: & uberrimos & honori/ficos fructus his omnibus pariam: qui ſecum doctioris: tum etiã melioris mea induſtria reddi nõ detrectauerint. Quare qui mode/ſtiſſimi adoleſcentes in hunc locũ diſcendi ſtudio cõueniſtis: ad au/diendum animos parate. Vos aũt cæteri uiri grauiſſimi qui nõ ut aliqd diſcatis: ſed uel iudicãdi uel mei honorãdi gratia hic adeſtis: Si æquo animo ac placide tuleritis quæ a me paucis diſſerentur: permagnas ſim profecto uobis & immortalis gratias habiturus. Nunc uero ne ſimus dicendi prolyxiores q̃ uel perſonarum digni/tas uel temporis breuitas patiẽ: ad eorum declarationẽ noſtra oĩs

Galeatiꝰ Ma/ria dux

Italia

Dares

Entellus

Annibal

Fabius

ſe cõuertat oratio: quæ in Politicoꝝ libris ab Ariſtotele eruditiſſimo eloquentiſſimoq́ philoſopho tractata diuinitus atq́ perſcripta ſunt.

## ¶ Frãciſci Philelfi Oratio gratiarũactiua ad Sixtum quartum Pontificem maximum. VI

q Vam mihi profecto mirificam animi læticiam affert cõcupita diu atq́ exoptata ſanctitatis tuæ præſentia pater beatiſſime: hanc nõ mediocriter offendit importuna hæc uocis raucitas: quã partim itineris difficultas: partim aſperitas hyemis intulit homini ſeni: utpote iã agẽti ſeptimũ atq́ ſeptuageſimũ ætatis annũ. Qua quidem incommoditate fit: ut quo ut me oportuiſſet in agendis tibi gratijs ornatu dicendi pro tãta tua in me beneficentia: qua ſim accerſitus in hoc domiciliũ orbis terræ: quo reliquũ uitæ meæ exerceam in laudem omnipotẽtis dei ac tuæ beatitudinis: eo in præſentia cogar abſtinere. Sed recreat me: ac bono animo eſſe iubet ſingularis tua ſummaq́ ſapiẽtia: qui nihil temere: nihil incõſulto: ſed omnia potius ꝓ ratione & recto animi iudicio metiaris: cõſyderes: modereris. Quo factum iri exiſtimo: ut eũ etiã imiteris: cuiꝰ expræſſum quoddã & uiuũ es ſimulachrũ: eiuſdemq́ uices in terris ſanctiſſime atq́ innocentiſſime repræſentas. Vt eñ ille ſeipſum donãs ſola beneficentia: cuius partes ſecundũ Ambroſium: beniuolẽtia liberalitaſq́ ſũt: redemit uniuerſum humanũ genus quod perierat: ita etiã tu pater beatiſſime ꝓ charitate diuinitus tibi ingenita ac benignitate pontificali: cũ me mihi reſtitues: tum uocem illã priſtinã ac ſonoram efficies etiã clariorem. Pro aũt tali tantoq́ beneficio: quas tibi tandem gratias ſim acturus? Eas certe quibus tibi ſapientiſſimo reipublicæ chriſtianæ antiſtiti gratias offerri nihil queat. At quas deniq́? Alacrẽ atq́ ſincæram animi gratitudinẽ: Quæ una uirtus ꝙ̃ ſit pulchra quãtiq́ faciunda: uel eo probaẽ argumento: quod primus ille angelus impietatis filius ſola ingratitudine corruit præceps ex illa cæleſti ſublimitate in tenebras ſempiternas. Nã ſi gratus eſſe uoluiſſet: ſi accepti memor beneficij: neq́ inuidiſſet creatori ſuo: nec in diram illam ſceleratamq́ ſuperbiã exarſiſſet. Mea uero animi gratitudo ea futura ſit: ut tuum diuinũ nomẽ quod ſua natura ſplendidiſſimũ eſt: ſplendore etiã orationis tam græcæ ꝙ̃ latinæ eodemq́ & carmine & oratione ſoluta: id quod alius ex hominibus noſtris præſtare nemo poteſt: quantũ uel anniti ingenio: uel doctrina efficere diligentiaq́ potero: tranſfundam in omnẽ poſteritatẽ: & ita tranſfun

Angelus

Superbia

dam:ut nulla ſit hominũ ætas illud obſcuratura. Non em̃ ea humana gloria appetenda nõ eſt:quæ per optimas actiones ſe diuinæ gloriæ ſimilẽ reddit:tum omniũ hoĩm bona a diuinis bonis ꝓfluant ſit neceſſe. Interea uero temporis clæmentiam tuam rogare: orare:obſecrare obteſtariq; nõ deſinam:ut hunc humillimũ ſeruũ tuum ut omni fide & obſeruantia tibi deditiſſimum ita commendatiſſimum habeas:ſiquidem putas nullum apud me beneficium tuum intermoriturum.

¶ Franciſci Philelfi Oratio habita in principio Quæſtionum tuſculanarum. M. Tullij Ciceronis in ſtudio urbis Romæ. VII

Tyrones

q Vt tyrones primũ in caſtra uenerint:ne rerũ bellicaꝝ imperiti omnino poſſint exiſtimari:conſuerunt ea intra uallum repræſentare:quæ in dimicãdi arte didiciſſent. Et ita cum mira quadã corporis agilitate nũc exilientes reſilienteſq;:nunc ꝓcedentes audentius:nũc in pedem ſe referentes per omnẽ motũ geſtũq; membroꝝ:aut enſem in uarias uibrando coruſcandoq; partis:aut haſtam ultro citroq; in multiplices ictus concutiendo perſpicuũ afferre argumentũ:cũ uiriũ ſuarũ ad alacriter ſtrenueq; pugnãdum:tum etiam fiduciæ ad uincẽdum. At milites ueterani uiri clariſſimi qui in hunc locum cõueniſtis honorãdi mei potius:ut exiſtimo:q̃ audiendi gratia:ut ſunt diu ac multũ exercitati fortiſſime per pulcherrima q̃ plurimaq; facinora:nihil huiuſmodi facere aggrediunt̃:ſed tantiſper quietem agunt:donec deſcedat̃ in aciẽ. Quo ubi uentũ eſt:& itur in pugnã:non ſecus ac leones marmarici qui uocant̃:in haſtem obuiam ilico feruntur:tanta ui:tanto impetu:tanto robore ac turbine:ut nuſq̃ niſi parta uictoria conquieſcant. Idem mihi quodammodo ij facere ſoliti uidentur:qui nuꝑ in docendi quaſi aciem profecturi:prius q̃ de rerum magnitudine atq; ſplendore:quarum ſe interpretes haberi uolunt:quicq̃ laude dignum in medium efferant:tempus fere omne conſumunt:ut ſunt iuuenes in elegantiſſimo quodam oratiõis apparatu:de rebus autem ipſis uix aliquid pro auditorum utilitate attingentes.

Conſuetudo Exercitatio

Quã ego cõſuetudinẽ etſi minime reprehendo:cum ſit tũ ea ætate:tum prima exercitatiõe minime indigna:nõ ſatis tamen eos cũ illis cõuenire ſemper exiſtimani:qui in dicendi docendiq; curriculo q̃ diutiſſime uerſati:rerum debent grauiſſimarũ potiuſq̃ fucatæ cuiuſq̃ orationis ad demulcendas audientium auris habere rationem. Quod ſi alteri cuiq̃ eſt conſyderãdũ:tum mihi potiſſimũ

qui ætatis iam annum agens ſeptimum ac ſeptuageſimum : tãdiu ſum in omni orationis genere per uniuerſam propemodum exercitatus Italiam: in maximis & ampliſſimis ciuitatibus eiſdemq; primariis: ut dici iure poſſim in huiuſmodi ſtudiorum certamine miles: nõ modo ueteranus ſed indubitato etiã emeritus: & ita emeritus: ut muſarũ templo arma uictricia pinde quaſi Romulus quiſpiam Ioui feretrio iam pridem obtulerim. In præſentia uero tanq̃ in aciem accerſitus atq; reuocatus a Sanctiſſimo & eodem in omni laude nobiliſſimæ diſciplinæ & exquiſitiſſimæ eruditionis ſapiẽtiſſimo: domino noſtro Sixto quarto: totius reipublicæ chriſtianæ pontifice maximo atq; optimo: ad iuuentutẽ inſtituendam in hoc domicilio orbis terræ humanitatis artibus: quæ aliud nihil eſt q̃ totius uitæ morumq; diſciplina: quẽ omniũ magis imitari debeo q̃ tanti põtificis ſummam ſapientiam? Ex illius enim ore nihil ꝓdit omnino: quod minus ſit quadam mirifica grauitate excultaq; doctrina præceptiſq; iis refertum: quæ tam ad bene beateq; uiuendũ: q̃ ad omnem honeſtatem & dignitatẽ pertinent. Accedit ad rẽ quod eſſe Romæ nõnullos audio: qui uiri diſertiſſimi nullũ quotidie prætermittunt luculentiſſimæ dictionis ornatum: quo & delectent eos: qui audiunt & agant ad omnen animorum aut motum aut etiam quietem. Quæ de tribus reliqua pars in docendo uerſatur: quæq; & meæ eſt dignitatis: & ad interpretationem quæſtionum tuſculanarum. M. Tull. Ciceronis ſpectat: maxime in ea tractanda nullum meum: ut ſpero: deſyderabitis officium. Quare ad audiendũ animos parate. De rebus enim altiſſimis & cognitione digniſſimis in his quinq; libris quos ſumus expoſituri: q̃ cumulatiſſime ſimul & q̃ diligentiſſime ſcripſit Cicero. Romæ pridie Idus Ianuarias. M.cccc.lxxv.

Romulus
Iupiter Feretrius
Sixtus quartus põt. max.
M. Tul. Cice.
Quæſtiones tuſculanæ

## Franciſci Philelfi Oratio de ſuo in urbem reditu ad Sixtum Quartum pontificem maximum. VIII.

q Vãta ſit in obſeruatiõe ꝓmiſſæ fidei grauitas: quãta ueneratio cõſtituta: põt uel eo argumẽto non difficulter animaduerti pater beatiſſime: q᷑ religio uniuerſa & ſanctimonia chriſtiana in ſola fide fundata eſt: & eam quidem fidem quæ in conuentis atq; promiſſis conſyderatur. Iccirco arbitrantur uiri docti & diligentes: hoc appellatam nomine: quoniam per illam quæ promiſſa fuerint fieri oporteat. Non igitur abſurde quo fidem eam impollute ſeruarem: qui hinc Mediolanũ repetẽs adducẽdæ

Fides
Mediolanũ

familiæ meæ gratia me obſtrinxeram tuæ beatitudini) Ecce (ut uides) redij contemptis cæteris rebus omnibus & publicis & priuatis. Fateor equidem ſerius me rediſſe ꝙ̃ putaram. Quod certe nulla mea uel negligentia uel culpa alia factũ eſt: ſed aut diuina quadam prouidentia: cui aduerſari nemini licet: aut malignitate fortunæ: ſi quã tandẽ fortunã eſſe dixerimus: quæ quod nefas eſt credere: potior ſit diuino iudicio nobis ſane occulto: ſed eo plane & incõmutabili & omni certitudine certiore. At auſim affirmare pater clæmentiſſime: permulta mihi fuiſſe impedimento: quo ſerius fungi officio meo quiuerim: & primũ quidẽ repentinus (ut cætera miſſa faciã) duorũ meorũ liberorũ caſus: mihiꝗ pro humanæ imbecillitatis conditione admodũ moleſtus: quippe qui per dierũ paucorũ interuallũ uitã deſeruere. præclaræ illi quidem indolis infantes & magnæ ſpei. Agebant enĩ ætatis annum alter ſeptimũ: alter octauum: cũ & uigerent & ſaperent longe magis ꝙ̃ pueri. Ex quorũ inopinato celeriꝗ obitu: miſera mater. mihiꝗ chariſſima tantũ animo dolorẽ mœrorẽꝗ cõcepit: ut in uæhemẽtiſſimã ægrotationem inciderit. De cuius breui recuperãda ualitudine: cũ eruditiſſimi prudentiſſimiꝗ medici mihi ſuaderent: coactus ſum euentum rei expectare: ut non inanis omnino reuertiſſe Mediolanũ poſſem exiſtimari. Quæ enĩ alia cauſa eo me reuocarat: quã ut uxorẽ & filios reliquãꝗ familiã mecũ ad urbẽ ducerẽ: ubi ſub Chriſto meo Sixto quarto pontifice maximo: uitã omnẽ eſſe acturus? Sed oh ꝙ̃ uarij: ꝙ̃ incerti: ꝙ̃ mutabiles ſunt caſus humanæ huiꝰ naturæ: ꝙ̃ miſerabilis cõditio noſtra omnis. Cum uiſa iam foret uxor conualuiſſe: meꝗ itineri accingerem: uel potius iam eſſem in itinere: noua calamitas ſuperuenit. Illa enĩ exceptis intra præcordia penitus acerbiſſimis illis filiorum amiſſorũ uulneribus: cum diutius ea perpeti nõ poſſet: repente ꝓpter abortiuũ partũ (quẽ ante illorum obitũ paſſa fuerat) ita uexata: ita exanimata eſt: ut morti ipſi ꝓpe cõcederet. Quæ quidẽ oĩa: aliaꝗ ꝙ̃plurima mecum ipſe uolutãs: animo ſtatui potius eſſe redire ſolus: ut antea ſolus ueneram: ꝙ̃ ſi diutius differrem: aut iram diuinã aduerſus me cõcitarẽ: tanꝗ omnia uellem ꝓ meis optatis cõſequi: aut tuæ ſummæ ſapientiæ ſuſpitionem afferrem uiolatæ fidei: qua ipſa apud me nihil eſt nec antiquius nec ſanctius. Adſum igiẽ pater beatiſſime ea facturus omnia: quæ uel ipſe iuſſeris: uel tibi grata fore animaduertero. Nam ego tibi & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ me & uiuum & mortuũ dedicaui ac deuoui.

Cæſar Fredericꝰ agathus

Laura magdalena

Sixtus quartus põt. max.

Expliciunt orationes Philelfi.

# AD ALPHONSVM CARDINA. PRAEFATIO.

Ad illuſtrem & ſummũ uirũ ac clementiſſimũ patrẽ: dominum Alphoſum: ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardi‑nalem: Frãciſci Philelfi in traductionem præceptorum Rhetorices Ariſtotelis de cauſis ciuilibus: Præfatio.

CVm ſuperiore anno Bononiæ docerem clariſſime pater quod ea in urbe nemini maioribus aut honoribus aut præmiis unꝙ cõtigit: cœpere nõnulli & nobiles & magni uiri dare operã græcis litteris: quippe qui iã animaduertiſſent: ſi ſecus facerent: ne ꝓ dignitate ad latinũ eloquiũ eniterent. Quare cũ Ariſtotelis præcepta illa iis græce legerẽ: quæ de ciuilibus cauſis ad Alexandrũ regem: cũ ꝓ auctoris more doctiſſime: tũ ut ſemper diſertiſſime ſcripta ſunt: ſummis a nobis precib⁹ contenderũt: id efficerẽ: ut ea latine loquerent. Cenſebãt eñ prudentes uiri: quod longe plus & utilitatis & ornamẽti ex iis latinis a me factis: qm̃ & illi latine loqui: ꝙ græcæ mallent: ꝙ ſi græca eſſent: aſſequerent. Nõ eñ eo græcas litteras tantopere oẽs diſcere ſtudem⁹: quo iis apud Athenienſes Byçantiaſue utamur: ut illarũ ſubſidio atq̃ ductu latinã litteraturã atq̃ eloquẽtiã melius teneamus & lautius. Præterea neſcio quo pacto qui min⁹ & diu & multũ græcos codices pertractarint: & ſeſe illis totos dediderint: nuſꝙ incredibilẽ illum ac ꝓpe diuinũ lactei græcorũ eloquii leporẽ atq̃ dulcedinem neq̃ apud oratores neq̃ apud poetas neq̃ apud philoſophos ꝑcipiũt: Quo fit: ut noſtri fere omnes qui auris delinire cõcupierint: & malint initio græca latine ꝙ eadem græce lectitare. Ignorantes hi quidẽ & utilius admodũ fore uolentibus græca diſcere: ut græce uoces græciq̃ cõcentus illorũ auribus die noctuq̃ obſtrepãt. Et queadmodũ grauitate latinos græcis: ita nobis ſuauitate illos & quadã quaſi dictionis ambroſia ac nectare mirũ immodũ antecellere. Id igit ita familiaribus a me illis efflagitantib⁹ obſtinatiſſime refragari cœpi: tum quia uidebam rem a nobis peti cum ſua natura difficilem. Eſt eñ in arte uerbũ ſæpius e uerbo exprimendũ: quod ne abſurde fiat: laboris nonnunꝙ maximi: interdum aũt ꝓpter ſermonis uel diſſimilitudinẽ uel anguſtias uoti eſt: tum quia nõ eo me pollere ingenio uſu ue intelligerẽ: qui maieſtatẽ Ariſtotelicæ dictionis latinæ interpretationis filo exprimerẽ. Proinde nolebã aut ineptus apud aliquos aut temerarius iudicari. Sic igit ꝓ uirili parte refragãtibus nobis: clarus uir mihiq̃ amiciſſime & tui nominis eximius prædicator Alberthus is qui per id

Bononia

Alexãder rex

temporis Bononiæ quæſtorem ꝓ ſummo pontifice gerebat: idem cœpit: quod illi antea cõſueſſent: ſtudioſiſſime a nobis cõtendere. Qui tametſi ꝓ ſuo iure omnia apud me põt: eo tñ facilius perſuaſit: qđ unã hanc rẽ fore diceret: quã præcipue gratificari mãſuetudini tuæ quirẽ. Aiebat eñ te unũ eſſe qui ꝓ regia iſta & innata tibi animi magnificentia generoſitateq; & inaudito quodã ſplendore magnitudineq; ingenij: cũ reliquas omnis illuſtris diſciplinas inſigniſq; uirtutes maximi penderes: tũ haſce elegãtioris artes imprimis. Id mihi uir ille & amicus & grauis perſuaſit haud difficulter: utpote quem uera loqui nõ minus noſſe: ꝙ uelle: iã pridem animaduertiſſem. Quod quidem cũ alijs multis rebus de illo expertus ſum: tum in ijs laudibus quas de tua fœlici & auguſtia illa Bononienſi legatione dies nocteſq; prædicabat. Eas eñ ita ponebat ante oculos: ut nihil poſtea Bononienſium reipublicæ acciderit: qđ nõ multo ante impendere: uel lapides ipſi prouiderint. Et profecto ſi tua ſequi ueſtigia quibus ea res erat in manu uoluiſſent: neq; ipſi excidiſſent: neq; tãta tanq; præclara urbs in tantas calamitates ærumnaſq; decidiſſet. Sed de his alias. Cum hanc igit̃ traductionẽ nõ ingratã tibi futurã intelligerem: ut amiciſſimo homini morem gererẽ: id eſt: ut meipſum tuo nomini cũ Albertho meo dedicarem: oblitus ſum noſtri. Omnia uincit amor: Rem difficillimã & meis imparẽ uiribus ſum aggreſſus. Audẽtis fortuna iuuat. Potuit Homericus ille Aiax hectora: quẽ neq; Vlyxes neq; Neſtor in prælium ꝓuocãtẽ excepiſſet: ſola audacia & aggredi & ſingulari certamine ſuperare. Potuit & Troias idẽ ab incenſis iam nauibus fuſis Achiuis omnibus arcere: potuerimus fortaſſis etiã nos etſi minus orationis Ariſtotelicæ nitorem: at ipſa certe ſenſa latinis uerbis explicare. Verũ ne id unũ omiſerim: nos a Fabio Quintiliano nõnullis in dictionibꝰ interpretatiõe diſcrepaſſe. Idq; nõ incõſulto factitatũ: ut qđ ille δημηγορικὸν: demegoricõ: uerbũ e uerbo exprimens cõcionale genꝰ: & προκατάληψιν: ꝓcatalepſin: præſũptionẽ dixerit: nos uſitatiore uocabulo deliberatiuũ: & præoccupationẽ nõ abſurde: ut arbitror: exprimere maluimus. Sic & alia plæraq; inueniri cõtigerit. Nã ꝙuis ꝑdoctus ille qdẽ & acutꝰ uir fuit: ueluti certe ẽ: uoluit tñ in nõnullis uerbis & rebꝰ magis ſe ſui ꝙ Cicerõis ſimilẽ dici. Nos aũt & M. Tul. & Horatij Flacci & Euſebij Hieronymi: q latiniſſimi ſimul & eloquẽtiſſimi extiterũt: teſtĩonio & auctoritate freti: ĩ id maxime ſtudemꝰ: ut quæ a græcis trãſferimꝰ: nihil aliud quo ad eiꝰ rei fieri poſſit: ꝙ latinitatẽ ſapiãt. Proinde & hoc præſentis operis ad numerũ charactera ac figurã

Aiax
Vlyxes
Neſtor
Troia
Achiui
Fabius quintilianus
δημηγορικὸν
Demegoricõ
προκατάληψιν
Procatalepſin
Cicero
M. Tullius
Horatius flaccus
Euſebius Hieronymus

pro uirili parte traduximus. Suſcipies igiť præſens hoc quicquid eſt munuſculi magnifice pater. Quod ſiquidem auctorē ipſum tecū reputes Ariſtotelē: nō te minus e regia ꝓſapia genito magnanimo principe: q̄ Alexandro Macedonum rege dignū exiſtimes. Si noſtrā uero in te obſeruantiā: ſi noſtrā in Alberthum & in præclaram omnem Alberthorū familiā dilectionē amorēq̄ cōſyderes: & eximiū certe id imprimiſq̄ deuotū. Cæterū ſi hiſce te rebus delectari intellexero: efficies ut propediē huic quaſi præludio maiora fortaſſe quædā ualentioraq̄ certamina ſubnectam. Interea uero hūc Ariſtotelem lectitabis: intueberiſq̄ magna ex parte: quæ a maioribus noſtris de bene dicēdi ſcientia & tradita nobis ac relicta ſunt: ab Ariſtotelico fonte præcepta illa quæq̄ emanauiſſe. Qua quidē ex re: eo magis eorū impudentia mirāda eſt qui cum ſe Ariſtotelicos dici uolunt: & loquendo & ſcribendo: abſurdiſſimi ſimul & infantiſſimi plane reperiunť

Ariſtoteles
Alexāder rex
Alberthus
Alberthini

Ariſtotelicus fons

## Franciſci Philelfi præceptorum Rhetorices Ariſtotelis de Cauſis ciuilibus ad Alexandrū regē Macedonū e græco in latinū Traductio: Fœliter Incipit.

## Ariſtotelis in præcepta Rhetorices de Cauſis ciuilibus ad Alexandrū Macedonū regem præfatio.

a Riſtoteles Alexādro regi ſalutē dicit. Sū tuis litteris factus certior nōnullos ſæpe ad nos miſiſſe: qui ut ciuiliū cauſarū præcepta ad te perſcriberē a me peterēt. Ego uero haud negligētia quidē ulla in hoc uſq̄ tēpus rē diſtuli: ſed ut quærerē ita diligēter de ijs ad te ſcribere: ut alius certe nemo qui ijſce in reb⁹ elaboraſſet diligētius unq̄ ſcripſerit. Hæc igiť recte mihi fuerat ſnīa. Nā queadmodū ueſtiū decore atq̄ magnificētia cæteris hominib⁹ præſtare maxime ſtudes: Ita ut etiā dicendi inuentionē ac uim eā accipias nitendū eſt: quæ pulcherrima ſit: apprimeq̄ præclariſſima. Lōge em̄ pulchrius eſt: ac regale magis aīo eſſe bene cōſtituto: q̄ habitū corporis ueſtib⁹ ornatū pulchris intueri. Abſurdū em̄ eſt eū (qui rerū geſtarū gloria cæteris antecellat) uideri humillimus quibuſpiā in dicēdo cedere: præſertim cum non ſis neſcius eos (qui in populari principatu uerſenť) res omnis ad populū: qui uero ſub unius imperij ductu conſtituti ſint: ad rationē orationēq̄ referre. Queadmodū liberas ciuitatis cōmunis lex: quæ ad honeſtiſſimū aliquem finem ducat: dirigere conſueue-

rit: eodem etiā modo & oratio tua queat eos (quos imperio tenes)
Lex quid: ad id agere quod conducibile ſit & utile. Etenī lex (ut ita dixerim)
oratio quædam eſt quæ cōmuni ciuitatis conſenſu definita iubet:
quo pacto unūquodq; agendū ſit. Accedit ad rem (quod neq; tibi
obſcurū exiſtimo): ſolere nos laudibus eos perinde atq; honeſtos
& fortis ꝓſequi: qui & ratione utunt: & omnia ea duce agere per-
gūt. Qui uero abſq; ratione & oratione quicq; faciūt: tanq; atro-
ces immaneſq; odimus. Qua quidem re factū eſt: ut & malos eo-
rum uitium oſtendentes: male affecerimus: & bonos eorū uirtutē
declarantes: quaſi beatos admirandos imitandoſq; uoluerimus.
Sicq; & quomodo futuras calamitates euitaremus: boniſq; inſtā-
tibus frueremur: adinuenimus. Proinde & imminentes difficul-
tatis effugimus: & abſentes utilitates comparamus. Nam uelu-
ti uita (quæ nulli mœrori ſubiacet) eligenda: ita prudens eſt oratio
deligenda. Neq; id te prætereat: oportebit: quod hominum pluri-
mis alijs quidem lex ipſa: alijs uero tua: tum uita: tū oratio exem-
plis dat. Vt cunctis igit: tum græcis: tum barbaris antecellas: om-
ni tibi ſtudio annitendum eſt: quo hi (qui uerſant in his exemplis)
Ita horū imitatione per uirtutis elemēta pulchre effingāt: ut haud
ſibi deteriora cōſulāt: ſed eius ſe participes fieri & cupiant: & exop-
tent. Rerū eſt præterea humanarū auguſtiſſimū conſolatione uti.
Quare ne in ſuperuacaneis uulgaribuſq; rebus ſtudiū tibi terēdū
eſt: ſed pro uirili potius parte elaborandū: ut ipſam belle conſultā-
di artem & perdiſcas & teneas. Quis enī ſane mentis dubitarit: ſi
quis incōſulto quid egerit: amentiæ quidem: ſin aūt ratione duce:
ſapientiæ ſignū eſſe: Intueri etiā licet eos omnis: qui optima inter
Græci: græcos republica utunt: oratione prius q; rebus cōuenire. Itemq;
Barbari: apud eos: qui inter barbaros dignitate præſtant: orationem rebus
anteire: quippe qui probe norint eam: quæ ratione orationeq; per-
ſpectio utilitatis cognitioq; fit: eſſe quandā ſalutis arcem. Et eiuſ-
modi certe arcem: quæ non manufacta: uerum & inexpugnabilis
quidem ſit: in primiſq; ſecura opinanda. Sed uereor hac de re plu-
ribus ad te ſcribere: ne fortaſſis oſtētare meipſum uidear: hiſce præ-
ſertim in rebus: quæ ꝓbatione nō indigent: ſed plane patent: & in
promptu ſunt omnibus. Quobrem hæc omnia miſſa faciens: illa
dixerim ſolū: de quibus in omnē uitam dicendum eſt. Hoc unum
eſſe: quo cæteris animalibus præſtamus: præclarū quoddā ab im-
mortali deo adepti uideamur. Nam ſiquidem & cupiditate & ira
& alijs huiuſcemodi affectionibus utunt etiā reliqua quæq; ani-
malia: oratione autē homo dūtaxat: abſurdum profecto maxime

omniũ cedat: ſi qua una re beſtijs antecellimus: eã beneuiuẽdi du-
cẽ præ negligẽtia reliquerimus. Proinde te iam pridem tua ſponte
incitatum etiã atq; etiã hortor: ut diſcendi philoſophiã omni ſtu- Philoſophia
dio cõplectare. Nam ueluti corpus bonã ualitudinẽ: ita & animus
diſciplina/eruditioneq; ſeruat. Huius enĩ ductu (haud quaq; tibi
in rebus gerẽdis aberrare cõtigerit: quinpotius oĩa (ut ita dicam)
quæ tibi iam parta ſunt) bona plane tuebere. Quod ſi præterea ocu-
lis uidere iucundũ eſt: animi luminibus cernere penituſq; pſpicere
admirabile certe plurimũ. Rurſus aũt quẽadmodũ imperator ſui
eſt ſeruator exercit9: ita etiã eloquẽtia (quæ ſapiẽtiæ cõiũcta ſit) hu-
manæ eſt uitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atq; his ſimilia opere
preciũ puto: ut miſſa hoc tempore faciamus. Monuiſti autẽ tuis lit-
teris: ne quis omnino mortaliũ hũc librũ accipiat: quippe q nõ ſis
neſcius: ſicuti parẽtes (quos ex ſe genuerint) magiſq; hi: quibus ſup-
poſiti ſunt) partus amare ſolẽt: eodẽq; modo ij qui præclarũ aliqd
ex ſe inuenerint: maiore ad id ſtudio afficiunt: q quib9 eo uti cõti-
gerit. Nõ ſecus enĩ ꝓ inuentis atq; ꝓ liberis emori periclitent. Enĩ-
uero ij (quos parios uocant ſophiſtæ: qm̃ nihil ipſi ꝓ inerti quadã Sophiſtæ
negligentia pariunt: ne diligũt quidẽ: ſed acceptis pecunijs ab ſe di- Parij
mittunt. Hanc igit ob rem te uæhementer moneo & exhortor: ita
hæc dicendi præcepta ſerues: atq; tueare: ut cum & ipſa adoleſcũt:
nullius opibus uiolent: ſed honeſte tecũ: decoreq; una uiuãt: & cũ
in adultã ætatẽ euaſerint: immortalẽ gloriã naciſcãt. Aſſumpſim9
aũt ſicuti nobis Nicanor expoſuit: ſi quid hiſce de reb9 apud cæte- Nicanor
ros artis ſcriptores expolitiũ: elimatiũq; iuenim9: Impẽdes aũt ope-
rã etiã hiſce duob9 libris: quorũ alter meus eſt: eas cõtinens artes
quas ad Theodectẽ ſcripſerã: Alter aũt eſt Coracis. Reliqua uero Theodectes
omnia (quæ ſiue ad ciuilia præcepta: ſiue ad iudicialia pertinẽt) ſe- Corax
paratim hoc in libro ſcripta ſunt. Quapropter ex hiſce ad te comẽ-
tarijs ad ea cõſequẽda abunde tibi adiumẽta ſuppetent. Vale.

## ¶ Rhetorices Ariſtotelis de Cauſis ciuilibus præcepta ad Alexandrum regẽ Macedonũ: Fœliciter Incipiunt.

Ria ſunt genera ciuilium cauſarum: Deliberatiuum: Genera tria
Demõſtratiuum: Iudiciale. Horũ autem ſpecies ſunt Species ſeptẽ
ſeptẽ: Suaſio: diſſuaſio: laus: uituperatio: accuſatio:
defenſio: & queſtio: aut ipſa ſecũdũ ſeſe: aut ad aliud.
¶ Species igitur (in quibus omnis uerſatur oratio) hæ
ſunt numero. Iis autem utimur & in cõſultatiõe ciuili: & apud iu-

dices: & circa alicuius certæ perſonæ dictionē: de quibus quid eſt
omnibus: ita poterimus apte dicere: ſi ſingillatim uniuſcuiuſq; ſpe
ciei uim & uſum & exercitationē numero cōprehenderimus: Et pri
mū quidem de ſuaſionibus eſt diſſuaſionibuſq; dicendū. Ipſarum
eñ uſus in demōſtratiuo deliberatiuoq; genere locū imprimis ha
Suaſio quid. bet. Vt igit̃ ſummatim dixerim: Suaſio eſt ad aliquid eligēdū aut
Diſſuaſio qd. dicendū agendūue exhortatio, Diſſuaſio uero ne quid eligat̃: aut
dicat̃ agaturue dehortatio, His aūt ita definitis: ſuaſor oſtendat: oportet: hæc (ad quæ exhortat̃) & iuſta: & legitima: & utilia: & ho
neſta: & iucunda: & facilia factu eſſe. Quod ſi minus id poterit: de
monſtrandū erit: cū ad laborioſa & grauia quædā exhortat̃: hæc
factu & poſſibilia eſſe: & q̄ neceſſaria, Diſſuaſor aūt ex contrarijs
dehortet̃: oportet: ut neq; iuſtū: neq; legitimū: neq; utile: neq; ho
neſtū: neq; iucundū: neq; factu poſſibile hoc ſit: uel ſaltē & laborio
ſiſſimū id eſſe & minime neceſſariū, Omnes aūt actiones har utri
uſq; ſunt cauſarū participes, Quare dubitādū nō eſt: quin oratio
harū alterā cōtineat. Quæ igit̃ ſuadentes diſſuadenteſq; deſydera
re cōueniat: hæc ſunt, Definire aūt iam aggrediar unūquodq; ho
rū quid ſit: Demōſtrabiturq; unde ea nobis in dicēdo ſuppedite
Iuſtum quid. mus. Iuſtū igit̃ eſt omniū aut plurimorū nō ſcripta cōſuetudo: ho
neſta turpiaq; determinās. Id uero eſt honorare parentes: amicis
benefacere: & beneficis gratiam referre. Hæc eñ & his ſimilia non
Lex quid. iubent ſcriptæ leges hominibus faciunda: ſed cōſuetudine nō ſcri
pta & cōi quadā lege legitimum fit. Iuſta igit̃ hæc ſunt. Lex aūt eſt
cōmunis ciuitatis cōſenſus: qui ſcriptis præceperit quō unūqdq;
Vtile quid agendū ſit. Vtile uero eſt præſentiū bonorū cōſeruatio: aut abſen
tium cōparatio: aut malorū inſtantiū ꝓpulſatio: aut futurorū in
Bona tripli- cōmodorū inhibitio. Hoc autem diuidas oportet: priuatis quidē
cia in priua- hominibus in corpus & animū & res extrarias. Corpori eñ eſt uti
tis hoibus le robur: formæ dignitas: bona ualitudo. Animo uero fortitudo:
ſapiētia: iuſticia. Extraria uero ſūt amici: pecuniæ: poſſeſſiōes. His
Bona ciuitati aūt cōtraria inutilia ſunt. Ciuitati aūt utilia talia quædā ſunt: con
cordia: uires ad bellū: pecuniæ & ꝓuētuū copiæ: ſociorum uirtus
atq; multitudo: ac ſummatim reliqua his ſimilia utilia eſſe duci
Honeſta quæ mus. Quæ uero his contraria: ſunt inutilia. Honeſta uero ſunt ex
ſint quibus ſplendor aliquis atq; illuſtris honos in eos qui aliqd geſ
ſerint emanaturus ſit. Iucunda aūt quæ afficiunt gaudio. Facilia
Iucūda quæ. uero ſunt: quæ breui tēpore & minimo labore impēſaq; abſoluū
Facilia quæ tur, Poſſibilia aūt quæcunq; fieri natura poſſunt, Neceſſaria uero
poſſibilia que
Neceſſaria. quæ ut fiāt: arbitrij noſtri nō eſt: ſed tanq̄ ex diuina quadā aut hu

mana neceſſitate omnino fiũt. Iuſta igiẽ & legitima: & utilia: & ho/neſta: & iucunda: & facilia: & poſſibilia: & neceſſaria hæc ſunt. De his aũt dicere abunde poterimꝰ: & ex antedictis & his ſimilibus: & ipſis cõtrarijs: & ab his quæ iudicata ſũt: aut a dijs immortalibꝰ: aut a claris hoĩbꝰ: aut a iudicibꝰ: aut ab aduerſarijs noſtris. Cuiuſmodi igiẽ iuſtũ eſſet: declarauimꝰ. Simile aũt iuſto eſt hmõi. Nam quẽadmodũ iuſtũ exiſtimamꝰ obtẽperare parẽtibus: idẽtidẽ cõuenit filios parẽtum res geſtas imitari. Et ueluti beneficis benefacere iuſtũ eſt: ita & ijs a quibus mali nihil ſuſcepimꝰ: iuſto ſimile eſt nõ nocere. Hoc igiẽ modo ſimile iuſto capiendũ eſt. Ex cõtrarijs autẽ opus eſt exẽplũ ipſum perſpicuũ faciamꝰ. Nã ueluti iuſtũ eſt in eos animaduertere qui aliquid ꝑperã patrauerint: ita ijs qui nos beneficio fouerint referre gratiã decet. Id aũt iuſtũ qđ ab aliquibus claris uiris iudicatũ fuerit: ſic erit accipiendum. Verũ neq; nos ſoli odio hoſtes inſequimur maloq; afficimus: ſed & Athenienſes & Lacedæmonij iuſtũ eſſe iudicãt inimicos mulctare. Iuſtũ igiẽ hoc modo crebra exercitatione accipies. Legitimũ uero quale etiã ipſum ſit: antea nobis definitũ eſt. Oportet aũt ubi uſui ſit: ut is qui ſentẽtiã dicit: legẽ etiã aſſumat: Deinde ſimile legi ſcriptæ: eẽt uero huiuſmodi. Nam ſicuti legumlator maximis animaduerſionibus fures plectendos uoluit: ita & ſeductores maximopere ſunt mulctandi: Etenim hi furantur eius quem deceperint hominis mentem. Et ueluti legumlator hæredeſ eos ſtatuit qui genere ꝓximi ijs eſſent qui ſine filijs interiſſent: eodem modo & huiꝰ pecuniarum rerumq; liberti me nunc dominum fieri decet: Nam cum ijs qui ipſum liberarint: hac luce orbatis ꝓximus ipſe ſum cognatione: iuſtus certe ſum: qui illius res omnis dominio teneã. Legitimo ergo ſimile aſſumitur: hoc modo. Cõtrarium uero ſic: Siquidẽ lex prohibet publica priuatim diſtribuere: perſpicuum eſt eos qui illa diſtribuũt iniuria omnis afficere a legũlatore iudicatos. Nam ſi eos leges ornari iubent qui honeſtæ rebus communibus iuſteq; præfuiſſent: nequaq̃ obſcurum eſt quin & publicarum rerum diſſipatores multa dignos exiſtimant. Ex contrarijs igitur ita legitimum clarum fit. Ex iudicatis autem hoc modo neq; ipſe ſolum præſentem legem harum cauſa rerum a legumlatore poſitã dico: ſed etiam antea ipſi iudices auctore Lyſitida: æque atq; nunc a me dicitur ſententiam de hac re protulere. Legitimum igitur hoc modo tractantes: multipliciter demonſtrabimus. Vtile autem quale ſit: antea definiuimus. Aſſumendum eſt autẽ in dicedo etiam ſi quid ex utili inciderit: eodemq; modo tractandum: quemadmodum

Iuſto ſimile
Iuſtum
Athenieſes
Lacedæmonij
Legitimum
Simile legi
Legi cõtrariũ
Ex iudicatis
Lyſitida

in iuſto legitimoq; tradidimus. Et ſic crebris in locis oſtendendū.

Vtili ſimile

Eſſet autem utili ſimile huiuſmodi. Sicuti nanq; in bello conducit eos qui plurima ualent animi magnitudine primos in acie ordinare: eodem modo in rebus publicis permagnæ utilitati eſt prudẽtiſſimos multitudini iuſtiſſimoſq; præeſſe. Et quẽadmodū hominibus in bona ualitudine cauere ne in aduerſam incidant utile eſt: Ita etiā pacatis urbibus cōcordiaq; utentibus conducibile eſt ſeſe ab omni ſeditione cuſtodiant. Similia ergo utili hoc modo crebro tractanda ſunt.

Vtili cōtrariū

Ex contrarijs aūt utile ſic perſpicuū fit. Nā ſi cōducit eos ciuis qui & æqui & boni ſunt: honoribus proſequi: ita punire improbos utilitatis plurimum affert. Et ſiquidem inutile eſt: nos ſolos aduerſus Thebanos bellum gerere: utile erit ut Lacedæmonios ſocios nobis aſciſcamꝰ: itaq; aduerſum illos belligeremꝰ. Ex cōtrarijs igit̃ ſic utile clarum efficies.

Thebani Lacedæmonij

Vtile a claris uiris

Vtile uero a claris uiris iudicatum hoc pacto aſſumes. Nam & Lacedæmonij ubi Athenienſes bello ſuperaſſent: uſui ſibi fore exiſtimarūt: ne eorum urbem in prædam uerterent: Et Athenīẽſes rurſus cum poſſent Spartā funditus euertere: cōducere ſibi arbitrati ſunt ſi Lacedæmonij ſupereſſent. Et iuſtum quidem & legitimum & utile ſic tibi tractandum eſt: Honeſtū uero & facile: & iucūdum: & poſſibile: & neceſſariū: quo modo & hæc ſuperiora te tractare cōueniet: Et de ijs quidem & hiſce dicere commode poterimus:

Vrſus aūt definiemus quantū & quale & quid: tū in curia: tū in cōtione cōſultabimus. Nam ſi horū ſingula plane tenuerimus: res ipſæ pro unaquaq; nobis conſultatione uerba ſuppeditabunt: Communis aūt ſpecies quas diu ante nouerimus: facile in unāquāq; cauſam inducere poterimꝰ. Quapropter ea ſunt nobis diuidenda: de quibus uulgo conſultant omnes. Vt ſummatim ergo dixerimus: eæ de quibus orationem habemus: propoſitiones ſeptem ſunt numero.

Quæ ſint conſultanda

Neceſſe enim eſt nos & cōſultare & orare: tū in ſenatu: tum apud populū: aut de ſacrificijs: aut de legibus: aut de apparatu ciuili: aut de ſocietatibus ac fœderibus aduerſus alias urbes: aut de bellis: aut de pace: aut de pecuniarum prouentibus. Hæ igitur propoſitiones ſunt: de quibus omnis eſt nobis & conſultatio & oratio. Harum autem unamquāq; diuidamus: conſideremuſq; quibus modis oratione in his utendum fuerit. De ſacrificijs aūt abunde dicere neceſſe eſt. Aut enim dicimus præſenti in ſtatu ea ſeruanda eſſe: aut ut magnificentius: aut ut in his humilius quodammodo agendum ſit. Cum igit̃ dixerimus in præſenti ſtatu ea ſeruanda eſſe: cauſas inuenimus: ex iuſto quidẽ dicentes:

Iniuſtũ apud omnis eſſe: præter cõſuetudines primas quicq̃ agere. Quodq; omnia uaticinia hominibus iubent: patrio more ſacrificia eſſe faciunda. Et quod eorũ qui urbes primo cõdiderunt & tẽpla dijs immortalibus erexere: diuini cult⁹ maxime ſunt diuq; obſeruandi. Ex utili autẽ dicemus: quod ad rei pecuniariæ impẽſam aut priuatim aut publice conducet: ubi pro patrio more ſacrificijs ſit inductũ: Et quo ad ciuiũ audentiã ea res confert nõ mediocriter quippe quod grauioris armaturæ peditibus equitibuſq; ac uelitibus ludos celebrantibus: ciues ea ambitione delectati audẽtiores fient. Ab honeſto aũt dicemus: ſi hoc modo celebritates pulchras ſpectari cõtigerit. A iucunditate uero: ſi & uarietas quædam circa deorũ ſacrificia ad aſpectandũ acceſſerit. A poſſibili autẽ: ſi in eiuſcemodi ludis nihil fiat: neq; parum neq; nimis. Cum igiť in rebus diu cõſtitutis cõſultatio nobis habeť: cum hæc tractamus: operepreciũ eſt de antedictis: aut de horũ ſimilibus cõſideremus & ea ꝓ rei natura edoceamus. Cũ uero cõſultemus ut ad ſplendidiorem quendã apparatũ ſacrificia traducanť: eæ ſunt cauſæ nobis afferẽdæ: quibus merito conſuetudines patrias mouere uideamur: dictitantes addere præſentibus quicq̃ id haud eſſe ſoluere: ſed augere potius res antea conſtitutas ac firmatas. Deinde quod & conſentaneũ ſit: deos immortalis beniuolentiores in eos eſſe: a quib⁹ magis uenerenť. Item quod neq; maiores ipſi eundem ſemper modũ in ſacrificijs obſeruabant: ſed pro tempore proq; ſecundis rebus: & priuatim & publice deorũ cultum legibus ſanciebãt. Poſtea uero quod & ueluti in cæteris rebus omnibus cõſueuimus: ita & reſpublicas: atq; priuatas dom⁹ adminiſtramus. Dicas eñ opus eſt: ſi qua ex his ita conſtitutis utilitas ciuitati: aut ſplendor: aut uoluptas futura eſt: quæ quidem omnia ita tractabis: ueluti in ſuperioribus dictũ eſt. Cum ad humilius exhortemur: primũ quidem tẽporibus eſt accommodanda oratio: dicẽdũq; quibus in rebus deterius nunc habeãt: q̃ antea habuiſſent. Deinde uero quod ne cõſentaneum quidẽ ſit deos ſacrificantiũ ſumptibus ſed pietate potius gaudere. Item quod eos qui ſupra uires quicq̃ faciunt: & dij & homines q̃ ſtultiſſimos iudicant. Demũ uero quod nec in hominũ arbitrijs publici ſumptus modo: uerũ & in ſecũdis aduerſiſq; rebus exiſtunt. Has igitur cauſas & harum ſimiles in ſacrificiorũ ꝓpoſitionibus habebimus. Vt autem & quæ ad optimum ſacrificium pertinent: ſciamus & exponere & ſancire: hoc etiam definiã. Eſt enim id unũ omnium quidem optimũ ſacrificiũ: quod aduerſus deos pie ac diuine: ad ſumptus uero moderate: ad bellum aũt

Ex utili

Ex honeſto

A poſſibili

De apparatu ſplendidore

Ab humiliore apparatu

utiliter:ad ſpectacula uero ſplendide habuerit. Aduerſus aũt deos habebit pie:ſi patriæ cõſuetudines inſtitutaqꝫ nõ ſoluanť. Moderate uero ad ſumptus:ſi non quæcũqꝫ ad pompã miſſa fuerint: cõſumanť. Ad bellũ aũt utiliter:ſi equites & milites una cõpoſite ludos agant. Ad ſpectacula uero ſplendide:ſi & auro & his hmõi rebus quæ haud cõſumunť:magnifice quis utiť. Quæ igiť aduerſus deos ſeruanda ſunt:perpulchre ex his cõſtituemus. Ex ijs uero quæ antea dixerimus:plane ſcire poterimꝰ: quibus modis oratio de unoquoqꝫ ſacrificãdi genere haberi poſſit. De legibus aũt deqꝫ cõſtitutione ciuili rurſus eodẽ modo tractemus. Etem̃ leges ſunt ut ſummatim dixerim: ciuitati publici cõſenſus: qui ſcriptis terminant atqꝫ imperãt qui unũquodqꝫ agendũ ſit. Eæ uero leges colẽdæ ſunt quibus magiſtratus parui quidẽ ac multi ex ſortitione id qđ ſeditione uacat. Maximi aũt ex totiꝰ multitudinis ſuffragijs in popularibus principatibus deſignenť. Ita em̃ & ipſe populus qm̃ in ipſo ſit eos donare honoribus:quos uoluerit:haud quaqꝫ accipientibus inuidebit: & clariores magis magiſqꝫ ꝓbitati ſtudebũt: ut pote qui intelligãt uſui ſibi futurũ apud ciuis ſe probari. Quæ igiť circa comitia in populari dominatu ſanciri oporteat: hæc ſũt. Quæ uero ad reliquã adminiſtrationẽ pertinent:ſingillatim exponere operoſum admodum fuerit. Verũ ut breuiter dixerim: id obſeruari oportet:ut multitudini leges impedimento ſint:ne locupletum rei inſidientur. Diuites autẽ inducãt: ut ultro ad publica miniſteria munificentiſſimi ſint:hoc aũt aſſequi poterunt: ſi locupletes ꝑ ea quã in publicum munificentiã exhibent ſtatutis quibuſdã honoribus ab ipſis legibus donenť: Siqꝫ & agricolas pauperibus: & nauium gubernatores uectoribus anteponãt. Sic em̃ & locupletes nõ inuiti reipublicæ inſeruient: & plæbes nõ calũniæ: ſed miniſterijs ſtudebũt. Opus eſt præterea ea in conditis legibus ſæucritatem ineſſe:qua neqꝫ agrũ ad ægeſtatẽ redigere:neqꝫ morientiũ ſubſtãtias publicare fas ſit: & magnos ijs cruciatus inſcribere qui hæc obſeruare neglexerint. Decet aũt aliquẽ his honeſtũ ſepulturæ locum ante urbem publice dari: qui pro patria bellando periſſent: & eorum filios ad pubertatem uſqꝫ publicis alimentis enutriri. Huiuſcemodi igiť leges in populari principatu ferendæ ſunt. In oligarchijs uero quæ paucorum dominatu adminiſtrantur:magiſtratus æque ſunt in omnes illius ordinis uiros diſtribuendi legibus. Horum autem plurimi quidẽ ex ſortitione:maximi uero magiſtratus occulto ſuffragio & iureiurando & magna cũ diligentia atqꝫ ſtudio decernẽdi ſunt. In eos aũt qui ulla in ciues uti cõtume

A legibus & ciuili cõſtitutione

Lex quid

lia perrexerint: maximæ ſunt pœnæ cōſtituendæ Plæbes nāq; nō ita ægre patitur: quod magiſtratibus caret: qui grauiter & moleſte fert: quod afficiť contumelia. Ciuium autem cōtrouerſias perbreui diſſoluere neq; in tempus trahere cōuenit. Neq; uulgus in urbem ex agro eſt cōgregandū. Nā ex huiuſmodi cōuenientibus plæbes turbanť: paucorūq; principatus reſcindūt. Vt paucis igiť dixerim: debēt in popularibus principatibus leges cohibere plæbē: ne locupletiorū bonis inhient inſidienturq;. In paucorū uero principatibus auertere illos qui rempublicā gerunt: & ab imbecillorum cōtumelijs & a calūmnijs inſimulationibuſq; in ciues. Quæ igiť & in legibus & in omni cōſtitutione ciuili deſyderanda obſeruandaq; ſunt: ex his cognoſces. Is aūt orator qui quicq; lege ſuadere uoluerit. hanc oſtendat: oportet: æqualem eſſe ciuibus & reliquis legibus conſentaneam ciuitatiq; cōducibilem ad quietem & concordiā maxime: uel ad ciuiū ꝓbitatē: aut ad publica tributa: aut ad ipſius reipublicæ gloriā: aut ad urbis potētiā: aut ad aliud huiuſmodi aliquid uſui cedere. Aduerſarius uero primū cōſyderabit

**Contrarium**

an minus lex illa cōmunis ſit omnib⁹. Deinde an reliquis legibus nō cōſentiat ſed aduerſeť potius quodāmodo: præterea an ad horū quæ ante dicta ſunt cōductura ſit nihil: ſed contra docitura potius. De legib⁹ igiť deq; cōſtitutione ciuili: ex his & cōtendēdo & orādo nobis facili⁹ aditus fiet.

**De ſocietatibus & fœderibus**

De ſocijs aūt deq; aduerſus alias urbes fœderib⁹ dicere incipiem⁹. Fœdera igiť atq; eoꝝ ordines neceſſe eſt publicis cōuētionib⁹ fiāt. Socij uero ꝓ ea tēporū ſunt conditione faciūdi: cū aliqui ſuis uiribus infirmi ſunt: aut bellū aliqđ uideať impēdere: Aut eo eſt cū aliquib⁹ ineunda ſocietas: qđ bello quoſdā a ſe defecturos putēt. Hæ igiť ſunt cauſæ: hiſq; cōſimiles: q̄bus pluris nobis aſciſcim⁹ ſocios. Neceſſe eſt aūt cū ineundā ſocietatē ꝑſuadere uolueris: eā maxime tempeſtiuā oſtēdas declareſq; eos ſocios apprime iuſticiā colere: & bene antea rēpublicā affeciſſe: eſſeq; potētiſſimo & in ꝓximo reſidere. Qđ ſi min⁹ hæc oīa

**Contrarium**

potueris: quæ ſuberūt oratione cōplectere. Cū aūt ſocietatē diſſuaſeris: primū oſtendas oportet: haud nūc eam facere opus eſſe: deinde quod neq; ij iuſti ſunt: poſtea uero quod & male nos prius affecerint. Sin id minus poterimus: dicemus eos a nobis porro habitare: neq; facultatem ijs eſſe quo nobis opportune adſint auxilio. Ex his igiť hiſq; ſimilibus circa faciundas: aut nō faciūdas ſocietates & diſſuadendi ſuadēdiq; uſum facile cognoſcem⁹. Rurſus aūt & pacis & belli faciundi maxima nobis argumēta capiātur. Cauſæ itaq; bellandi aduerſus aliquos ſunt huiuſmodi. Par autem

eſt de his tempeſtiue nũc ultionem capiamus: qui nos antea iniu-ria laceſſiuerunt: aut nunc iniuria prouocati pro nobis ipſis: aut ꝓ cognatis: aut ꝓ ijs qui benefici erga nos fuerint: aut qui auxilio ſimus iniuſte affectis ſocijs: aut publica pro utilitate: aut ad gloriã: aut ad opes: aut ad uires: aut ad aliud quippiam huiuſmodi bellũ ſuſcipiamus. Cum igiẽ ad bellum auditores uoluerimus exhortari: debemus ex his cauſis ꝗ̃ plurimas dicendo complecti: ac demũ demonſtrare eorũ plurima: quibus bellantes ſuperiores fiant ipſis auditoribus adeſſe. Superiores etenim omnes fiũt: aut deorum beniuolẽtia: quã bonã fortunã appellauerimus: aut corporũ multitudine atq; robore: aut pecuniarũ affluentia atq; imperatoris prudentia: aut uirtute ſociorum: aut opportunitate locoꝝ. Ex his igiẽ & ſimilibus quæ maxime rei congruant: bellum ſummi oportere exhortabimur aduerſariorũ partes deprimendo: noſtras aũt augẽdo atq; amplificando. Quod ſi futurũ bellũ impedire ſtuduerim⁹: primũ eæ cauſæ inueniendæ ſunt: quibus demõſtreẽ aut omnino nullã aut paruas humileſq; moleſtias afferri: quibus ad bellũ rapiamur: Deinde quod bellum minime cõducit: eritq; percurrẽdũ quæ hominibus bello ſoleant accidere calamitates. Ad hoc item oſtendendum quæ uictoriã ſolent in bellando efficere: ea hoſtib⁹ magis adeſſe. Hæc aũt ſunt quæ pauloante cõmemorauim⁹. Futurũ itaq; bellũ ex his rebus diſſuademus. Quod ſi ab inſtanti bello quieſcendũ eſſe cohortabimur: ſi quidem cõſultores ſuperiores fuerint: hoc ipſum primũ dicendum erit: decere eos qui mente ualent haud operiri quo ad caſum eant: ſed cum uincũt: pacem faciundã ijs eſſe. Deinde quoniã ea belli natura ſit: ut & plæroſq; ex eis qui ſecunda in eo fortuna primũ uſi ſunt: ad poſtremum perdat. Pacis uero cõtra: ut & uictos ſeruet: & uictoribus rerũ bello adeptarum fructum afferat. Exponendũ etiã erit eas quæ in bello: cũ multæ: tum uariæ mutationes fieri ſolent. Qui ergo ſuperiores in bello fuerint: ex huiuſmodi rationibus ad pacẽ exhortabimur. Eos autẽ quibus aduerſæ in bello res extiterint: tum ex ipſis caſibus exhortabimur: tũ ue a quibus iniuriã ante ſuſceperint: ſuis calamitatib⁹ admoniti irritare eos pergant: tũ ex his periculis quæ antea ꝗ̃ pacem noluiſſent perpeſſi fuerint: tum deniq; quod ſatius partẽ aliquã ſuarũ fortunarum potioribus ipſis cedere: ꝗ̃ bello periculoſe decernere: quo ipſi una cũ ſua re pareant. Summatim aũt id ſciamus oportet: tũc ſolere omnis homines bellũ inuicem ſoluere: cũ aut iuſta hoſtes rogare arbitreẽ: aut cũ aduerſus ſocios ulla fuerit exorta contentio: aut bello defatigati ſint: aut aduerſarios timue-

runt: aut ipſi inter ſeſe diffideant. Quobrem quæ ex his omnibus atq; horũ ſimilibus cõmodatiſſima in rem fuerint: colligẽs: q̃ fa/cillime & de bello poteris & de pace diſſerere. Reliquũ eſt ut de pe/cunijs cõparandis iam loquamur. Primũ igit̃ conſiderandũ erit: ſi quid ex urbis poſſeſſionib⁹ neglectũ eſt: & neq; redditũ afferat: neq; dijs immortalibus dedicatũ ſit: ueluti ſint quidã publici loci iam neglecti: ex quib⁹ aliquis prouẽtus ubi ij priuatis hominib⁹: aut uẽditi mercede exculti fuerint: ciuitati fiat: huiuſmodi namq; cenſus omniũ maxime cõmunis eſt ſemper: quod ſi nihil ſit huiuſ/modi: neceſſe erit pro ſingulorũ copijs tributa inferant̃. Vt paupe/ribus quidẽ indictũ ſit corpora: locupletibus autem pecunias: opi ficibus uero arma præſtent aduerſum pericula. Summatim autẽ oportet eũ qui de huiuſmodi prouentibus narret dicere eos æqua lis ciuibus & diuturnos ac magnos eſſe: hoſtibus aũt ſecus. Propo ſitiones igit̃ de quibus in deliberatiuo uerba faciemus: & harum partes de quibus orationẽ & ſuadendo & diſſuadẽdo cõſtituem⁹: ex antedictis cognoſcemus. Rurſus aũt propoſitiones de laudati/ua uituperatiuaq; ſpecie deinceps dicere aggrediemur. Laudatiua igit̃ ſpecies: ut cõpendio utar: eſt & uoluntatum & rerũ geſtarũ & uerborũ illuſtrium amplificatio: & eorum quæ abſint accõmoda/tio. Vituperatiua aũt cõtra illuſtrium horũ extenuatio: obſcurorũ uero exaggeratio. Et digna quidem laude ea ſunt: quæ iuſta: quæ legitima: quæ utilia: quæ honeſta:: quæ iucũda: quæ facilia factu ſunt: quæ quidem omnia cuiuſmodi ſint: & quo pacto ijs abũdæ utamur: in ſuperioribus dictũ eſt. Oportet aũt eũ qui laudat: ora/tionem oſtendat in hoc ſeu homine ſeu in rebus huius aliquid in/eſſe: quod aut ipſe geſſerit: aut per ipſum manarit: aut ex hoc cõti/gerit: aut huiuſmodi gratia factum fuerit: aut quod ſine hoc patra tum nõ ſit. Eodem uero modo & uituperator oſtẽdat: oportet: ho rum cõtraria ineſſe in illo quem uituperatũ uelit: quod ex hoc cõ/tigerit hoc modo. Ex ſtudioſa corporis exercitatione uictoriæ con tingunt: & ex ocio in ægrotationem incidit̃. Item ex philoſophiæ ſtudio homines circa prudẽtiã ſunt acriores: Et ex negligẽtia ſunt rerũ neceſſariarũ indigẽtes: qd' huiuſmodi gratia factũ fuerit: hoc modo. Vt a ciuibus coronent̃ permultos labores permultaq; pe/ricula mortales perferunt: & ut ijs quos diligunt gratificent̃: aliud curant nihil. Quod aũt ſine hoc patratũ nõ ſit: hoc modo. Neq; ſi/ne nautis naualiũ pugnaꝝ uictoriæ: neq; ſine potu ebrietates fiũt. Hæc autẽ atq; his ſimilia proinde ut ſuperiora percurrens & lauda re & uituperare abunde poteris. Amplificatiões uero extenuatio/

De pecunijs cõparãdis

De genere de monſtratiuo

neſq; ac talia ſimul quæq; hoc modo tractabit. Primũ quidẽ oſtẽdes ueluti modo docebamus: ab hoc multa uel bona effecta eſſe. Vnus igit̃ amplificandi modus hic eſt. Secundus autẽ modus eſt cũ iudicatũ aliquid tranſfers: ſi quid laudes: bonũ: ſin aũt uitupe-res: malũ. Deinde cõferas: oportet: quod abs te dictũ ſit: & ad ĩui-cẽ cõpares ex tuis maxima: ex aduerſarij uero dictis minima euar-rãdo: & hoc modo magnũ illud iudicatum oſtendas. Tertius mo-dus eſt: ut ad illud quod abs te dictũ eſt: minimũ quid ex his quæ ſub eandẽ ſpeciẽ cadũt: compares. Sic eñ quod abs te dicit̃ maius apparebit: ueluti mediocri ſtatura hoĩes maiores apparent: cũ ad minores cõparant̃. Amplificare aũt poteris hoc modo: Si magnũ ſit hoc bonũ iudicatũ: magnũ appareat malum: neceſſe eſt: ubi cõ-trarium huic aliquid narraueris. Eodem uero modo: ſi magnum malũ exiſtimat̃: ubi huic contrariũ dixeris: magnũ bonũ appare-bit. Amplificabis aũt & hoc pacto uel bona uel mala: ſi eum gra-datim oſtenderis: quod præmeditatus iam diu fuerit: quod de in-duſtria multa gerere aggreſſus ſit: quod ꝓ multũ tempus geſſerit: quibus cũ nemo alius: quod poſt hos poſt quos alius nemo quod ſponte quod ex ſententia quod ſi omnes pariter atq; hic fecerimꝰ: profecto bene beateq; aut contra male mifereq; uixerimus. Oportet aũt & cõſequenti cõtinuatione uti: & rem alterã tanq̃ in alte-ram ꝓperando amplificare hoc modo. Cuiꝰ uero amici curæ ſunt hunc recte conſentaneum eſt ſuos etiã colere parentes. Qui autem ſuos parẽtes colit: hic profecto uolet etiã patriæ benefacere. Sum-matim autem ſi multarum ſiue bonarum ſiue malarum rerum eũ cauſam oſtenderis: eæ magnæ uideant̃ neceſſe eſt. Conſiderandũ eſt etiã: qualis res ipſa uidebitur: eam ſuis partibus diuidendo ſin-gillatimq; narrando: quæq; maior uiſa fuerit: eam hoc modo ex-plicare cõueniet. Amplificando igit̃ ubi hoc pacto tractaueris: & plurimas facies & maximas. Extenuabis autem in dicendo & bo-na & mala ſi contrario modo tractaueris: Sicuti in magnis dixera-mus: & tum maxime cum nullius eum rei auctorem demõſtraris: uel ſi id minus quod minimarum & paruiſſimarũ. Quomodo igi-tur & laudando & uituperando amplificabimus: atq; extenuabi-mus: quæcunq; uoluerimus ſcire ex his poterimus. Amplificatio-num autem cauſæ in alijs quoq; ſpeciebus utiles ſunt. Sed pluri-ma ipſarum uis in laudationibus uituperationibuſq; cõſiſtit: De quibꝰ quidẽ ex antedictis plane adiumẽta nobis ſuppeditabimꝰ.

De genere iu-diciali

Vrſum autem ſimili modo accuſandi defendendiq; ſpeciem quæ circa iudicialem uerſatur cauſam: quibuſq; rebus con-

ſtat:& quomodo ijs uti conueniat diuidamus. Accuſatio quidem eſt: ut breuiter dixerim: iniuriarum delictorumq; expoſitio. Defenſio autem eſt delictorum & iniuriarum: quæ uel in accuſationẽ uel in ſuſpitionem uenerint diſſolutio. Cum utraq; uero ſpecies hanc uim habeat: accuſatori quidem dicendum eſt: quãdoquidem im‑ꝓbitatis aduerſarios criminetur: eoꝝ facinora & iniuſta & iniqua eſſe: ac ciuium multitudini pernicioſa. Cum uero ſtulticiæ crimine‑tur: quod & ipſi agenti inutilia ea ſunt & turpia & iniucunda: & quæ perfici nullo pacto queant: hæ & his ſimiles aduerſus impro‑bos uanoſq; argumentationes ſunt. Eſt præterea & hoc accuſato‑ris obſeruandum aduerſus cuiuſmodi crimina ſupplicia ſunt a le‑gibus conſtituta: & circa quæ ipſi iudices mulctas definiunt: cum lex itaq; pœnam definierit: hoc eſt dumtaxat accuſatori conſide‑randum ut demonſtret facinus patratum eſſe. Cum iudices autem crimen admiſſum ſciunt: crimina illa quæq; aduerſariorumq; de‑licta augeri conuenit: ac maxime quidem demonſtrari ſponte illũ & de induſtria non forte quadam: ſed debita uæhementer opera iniuriam intuliſſe. Quod ſi minꝰ hoc fieri abs te potuerit: putãſq; potius ab aduerſario demonſtratũ iri ſe modo quodam deliquiſ‑ſe: aut qđ hæc agere probe meditato ſibi minus proſpere ſucceſſe‑rit: debes uenire apud auditores auditum intercludere. Inquies ne quaq̃ aduerſarios decere ut poſt geſtum negocium ſe impruden‑ter errauiſſe dicant: ſed ante potius uereri q̃ gerant. Deinde quod q̃uis ille imprudẽter geſſerit: aut ei aduerſæ ſucceſſerit: oportet ip‑ſum tam ob caſus atq; imprudentiam lõge mulctari magis q̃ qui horum neutrum ꝑpetraſſet. Præterea quod etiam legumlator eos qui imprudenter deliquiſſent non pene immunes: ſed iudicio ob‑noxios fecit: ne omnibus errando noceant. Dicendum eſt etiã qđ ſi talia reſpondentem admiſerint: nonnullos ſunt habituri ad iniu riam q̃ promptiſſimos. Nacti nãq; occaſionem quæcunq; uolue‑rint efficient. Si uero aberrauerint rem in fortunã reijcientes: ſup‑plicio ſe liberabũt. Accuſatores igiẽ ex huiuſmodi rebus ueniæ lo‑cus auferendus eſt: ſicuti antea dictum eſt: multorum malorũ cau‑ſæ aduerſariorum facinora per exaggerationes demõſtrãda ſunt. Species igitur accuſandi perficitur ex his partibꝰ. Defendendi aũt ſpecies tribus præceptis conſtat: Aut enim defenſori oſtendẽdum eſt: ſe nihil eorum quoꝝ accuſaẽ: patrauiſſe: aut ſi cogaẽ fateri: eni‑tendum eſt ut geſtum a ſe negociũ & legitimũ & iuſtum & hone‑ſtum & publicæ utilitati uſui eſſe oſtendat. Si hoc autẽ oſtendere

Accuſatio qd

Defenſio qd

Defendendi ſpecies

nequiuerit: aut in imprudentiã: aut in fortunã geſta negocia cõfe/rens: & iacturas ab his profectas q̃ minimas oſtendẽs: ut ſibi ignoſcatur: operam dabit. Iniuriã autẽ & imprudentiã & caſum ita definias: quod ex meditatione mali ſit quippiam id iniuriã ponere: inquiens oportere pœnas maximas in huiuſmodi rebus capere: Quod uero per ignorãtiam detrimenti quid agit: imprudentiam eſſe dicendum eſt: quod aũt nõ ſponte: ſed aliena potius ui aut fortuna quadã nihil eorum quæ rectis conſilijs adminiſtrata ſunt: p/ficit: caſum eſſe ponendũ eſt: dicitoq; iniuriam inferre malorũ eſſe hominũ propriũ. Imprudenter uero delinquere & circa rem gerendam aduerſam fortunã pati: nõ eſſe ſibi priuatim modo ſed & cõ/mune & ipſorũ iudicium & aliorũ quorũq; hominũ: coactus autẽ ex huiuſmodi cauſis quid fateri: ut tibi ignoſcat: precabere. Et ut per imprudentiã caſumq; delinquere tibi cũ auditoribus ipſis cõ/mune eſſe oſtendas: ſtudebis. Oportet aũt defenſorem undiq; in/tueri: quibus in criminibus leges ſupplicia iuſſere. Iudices uero ipſi pecunijs puniuntur. Et cum lex ſupplicia iuſſerit: demõſtrandũ erit: aut omnino nihil patrauiſſe: aut legitime iuſteq; feciſſe. Cum iudices uero conſtituti fuerint punitionis extimatores: rurſus eodẽ modo aut dicendũ eſt: quod hæc non egerit: ſed elaborandum eſt potius: aut oſtendat ſe paruo detrimento aduerſarium affeciſſe: & inuitum deliquiſſe. Ex his igit atq; ſimilibus accuſando defendendoq; uerba ſuppeditabim⁹. Reliquum eſt: ut iam quæſtionis ſpe/ciem pertractemus.

De quæſtiõe

u T igitur ſummatim dixerim: Quæſtio eſt uoluntatũ uel re/rũ uerborũ ue adinuicem aut ad aliã diſſentientem uitam demõſtratio. Oportet autẽ quærentem quærere ſicubi aut uerbum eius quẽ quæret aut actiones aut uolũtates inter ſe diſcrepant. Præceptum uero hoc ſit. Conſiderandũ erit in præterito tempore: ſi cui quis antea amicus cum eſſet: rurſum inimicus & iterũ hinc ipſi amicus effect⁹ fuerit: aut aliud quid cõtrariũ aut qđ petulantiã & flagitium ferat gefferit geſſuruſue ſit: ſi quando ipſi detur occaſio quod anteactis rebus eius contrariũ ſit. Identidem quoq; intuere: ſi quid dicendo contrarium nuncijs dicit quæ prius ab eo dicta fuerint: aut ſi quid ijs quæ dicunt aut quæ antea dicta ſunt: contrarium dixerit. Eodemq; modo ſi quid dicere uoluit ijs cõtra/rium: quæ ab ipſo ante dicta ſunt: aut uelit opportunitate oblata. Idẽtidem uero aſſumendæ ſunt etiam ad alia præclara ſtudia eius: qui quærit uitæ cõtrarietates. Quærẽdi ergo ſpeciem ſi hoc pacto tractaris: nullũ relinques quæſtiõis modũ. Harũ autẽ omniũ ſpe/

cierum quas ſuperius partiti ſumus: oportet etiā diuiſim qualibet pro cōmodo uti: & una ipſarum proprietates cōmiſcere. Hæ nāq; differētias habēt maximas. Enimuero cōmunis eārum eſt ad inuicem uſus: & idē quod & hominū ſpecies patiūt. Hi nāq; partim ſimiles ſunt: partim uero diſſimiles: tum aſpectib⁹: tū etiā ſenſib⁹. Sic aūt determinatis ſpeciebus: rurſum quibus indigent: cōmuniter enumerabimus: & quō his uti cōueniat quæremus.

p Rimū igit: & iuſtū: & legitimū: & utile: & honeſtū: & iucundum: reliquaq; deinceps: queadmodū ab initio ſum partitus: ſpeciebus omnibus ſunt cōmunia. Verūtamē maxime in ſuadendo his utimur. Secūdo autē loco amplificatiōes extenuationeſq; præ cæteris omnib⁹ utiles ſunt: Harum uero uſus in laudem ac uituperationē maxime cadunt. Demum aūt probationes ſunt: quibus & ſi circa omnis cauſarum partes utendū eſt: in accuſationibus tamē defenſionibuſq; ꝙ utiliſſime ſunt. Hæc nāq; plurimæ controuerſiæ indigēt. Sunt præterea & præoccupationes & poſtulata & iterationes & orationis ꝓlixitas & ꝓlixitatis modus & breuitas & interpretatio. Hæc em̄ & his ſimilia ſpeciebus omnibus ſunt cōmunia. Quoniā igit de iuſtis & legitimis ac de his ſimilibus prius determinauimus & eorū uſum enarrauimus: & de amplificationib⁹ quoq; extenuationibuſq; diximus: iam de aliꝭs declarabimus.

u T igit a ꝓbationibus primū incipiamus: duo ſunt earū genera: Fiūt em̄ aliæ quidē ex ipſis uerbis & negociꝭs & hominibus. Aliæ uero appoſitæ ſunt ꝭs quæq; dicunt & quæ gerunt. Nā Icota: & exempla: & cōiecturæ: & cōmētationes: & ſentētiæ: & ſigna: & argumēta: & ꝓbationes ex ipſis uerbis & omnib⁹ & negociꝭs ſunt. Appoſitæ aūt ꝓbatiōes: teſtes: iuramēta & quæſtiones exiſtunt. Opus eſt aūt harū unāquāq; ꝓbationū intelligere: qualis ſit: & unde idonea in eam uerba abunde nobis ſuppetēt: & quid demū eæ inuicē differunt: εἰκοσ. Icos: igitur quod ꝓbabilem ꝓpoſitionē dicimus: illud eſt: quod cū dixeris: auditoribus in mentibus eius exempla tenēt. Dico aūt ueluti: ſi quis inquiat uelle patriā magnā eſſe: & neceſſarios rebus ſecūdis uti: aduerſus aūt inimicos atq; his ſimilia ſummatim ꝓbabilia uideant. Quilibet em̄ auditorū qui hmōi deſyderiꝭs teneat: Ipſe ſibi de hiſce deq; ſimilibus rebus conſcius eſt. Q̄obrem hoc nobis in dicendo ſemꝑ ſuadendū eſt: ſi rei de qua loquimur: cōſcios auditores perceperimus: Hiſce em̄ rebus par eſt credere eos maxime. Vis ergo ꝓbabilis ē huiuſmodi. Ipſum uero in tris diſtribuemus ſpecies. Vna qui

De probationibus

εἰκοσ

dem eſt: quæ eas perturbationes accuſando aut defendendo uer/bis cōprehēdit quibus homines natura afficiunť: Veluti ſi quem aliqui floccipenderint: aut timuerint: aut eandē rem ſæpiſſime fece rint: aut iterū uoluptate uel dolore uel libidine affecti fuerint: aut cupiditatem uacarint ut diuitijs abūdarint: aut aliā hmōi pertur/bationē ſiue animis: ſiue corporibus: ſiue aliquo illorū ſenſuū qui bus homines afficiunť: paſſi fuerint. Hæc nāq; & his ſimilia quæ cōmunes ſunt humani ingenij perturbationes: auditoribus nota ſunt. Quæ igiť ſecūdum naturā hominib⁹ fieri conſueuere: quæq; dicendo comprehendenda dicimus: ſunt huiuſmodi. Altera uero probabilis pars eſt mos: quē pro cōſuetudine ſinguli facim⁹. Ter/tia uero ſpecies lucrū eſt. Nam ſæpe lucrādi gratia naturæ uim af/ferentes cōſulto mores inducimus. His autem ita determinatis in ſuadendo quidem ac diſſuadēdo demonſtrare pro quæſitis opor/tet: ut hoc negociū ad quod ipſi exhortamur: uel cui aduerſamur: ita fit ſicuti a nobis diciť: Vel ut ea quæ huic negocio ſimilia ſunt hoc modo fiunt: quo nos dicimus aut plurima aut omnia. Cōtra res igiť hoc pacto probabile eſt capiendū. Contra homines uero in accuſationibus quidē ſi potueris: demonſtrabis aduerſariū hoc idem negociū ſæpe antea patrauiſſe. Sin id minus poteris: huic ſi/milia demonſtrato. Oſtendere aūt elabora quod hæc facere cōdu cibile ei fuerat. Hominū aūt plurimi quoniā ipſi utile omnibus re/bus anteponūt: Itidem etiā alios omnia gerere huius genera facile putant. Siquidē igiť ab ipſis aduerſarijs probabile capere potue/ris: Ita illud inducito. Sin id minus quiueris: a ſimilibus tibi quæ hoīes cōſueuere inferēda ſunt. Dico aūt: ut hmōi iuuenis eſt quem accuſas: quæ ij qui id ætatis ſunt agunt: hæc ipſum feciſſe dicito. Nā ꝑ ſimilitudine etiā quæ aduerſus hunc dicunť facillime credē/tur. Eodemq; modo ſi eius ſocios tales oſtenderis: qualē hunc eſſe dicis. Etem ob eā quæ huic cum illis conſuetudo eſt: uidebiť ijſdē rebus indulgere quibus amici ſolēt. Itaq; ꝓbabile accuſatoribus hoc pacto tractandū eſt. Defenſores aūt maxime oſtendant: opor/tet: ut minime prorſus omniū quicq; antea eaꝝ reꝝ quarū inſimu lanť neq; ipſi neq; amicorū aliquis neq; ipſorū ſimiliū quis unq; egerit: utq; nihil in ijs utilitatis cōſequi potuiſſet. Quod ſi liquidū ſit hoc idē te antea patrauiſſe: cauſam in ætatē reijcies: & aliquam hmōi aliā afferes cauſam: quā tūc nō abſurde narraueris. Dic aūt nec ea tēpeſtate: dū hæc geſſeras: cōduxiſſe tibi: nec etiā nūc condu cere potuiſſe. Sin aūt nihil abs te hmōi patratū ſit: ſed ex tuis ami/cis aliqui talia quædā fecerint: dicendū eſt haud quāq; iuſtū eſſe

te ab illis calũnia affici: Eritq; demonſtrandũ eorũ ſocios qui tibi conſuetudine iuncti ſint: & moderatos & honeſtos eſſe. Sic eñ inſimulationẽ ambiguam reddes. Qđ ſi ſimiliũ aliquos demonſtrarint eadẽ patrauiſſe: abſurdũ eſſe inquies: ſi ꝓpterea quod alij quidam deliquiſſe appareant: creditũ erant: te eorũ aliquid quibus in iudiciũ arceſſeris factitaſſe. Si quidem igiť inficiatus fueris: haud ea feciſſe quorũ accuſaris: ſic te per probabilia reſpõdere oportet. Ita nãq; accuſationis ueriſimilitudinem infirmabis. Si uero fateri cõpellaris ex multorũ cõſuetudine ſimilitudinẽ negocijs tuis uendica: ꝙ maxime inquiens ut plurimi uel potius omnes & hoc & ſimilia agũt: ſicuti etiã abs te factitatũ ſit. Qđ ſi hoc demonſtrari nequeat: cõfugiendũ eſt ad caſum & ad imprudẽtiã: & ut ibi ignoſcatur enitendũ: Omneſq; hoĩm ꝑturbationes quib⁹ rõne deficimur cõplectẽdæ. Hæ aũt ſunt: Amor: Ira: Vinolẽtia: Ambitio: & his ſimilia. Itaq; his præceptis ꝓbabile pulcherrime tractabimus.

Factitatum

De exemplis

Xempla aũt ſũt res ijs quæ factæ ſunt: ſimiles: & his de quibus nũc loquimur cõtrariæ. Iis uero utendũ eſt: cũ qđ ipſe affirmas: ubi minus ueriſimile ſit: id te perſpicuũ facturũ dicas. Nam ſi minus fidei per probabile præſteť: ubi didicerint rem aliã ei ſimilẽ de qua loqueris ita habuiſſe ut a te diciť: magis crediderint uerbis tuis. Sunt aũt exemplorũ duo genera. Res nãq; partim rõne: partim præter rõnẽ fiũt. Quæ uero rõne fiunt: facile creduntť. Quæ aũt præter rationẽ: nõ creduntť. Dico aũt: ſicuti ſiquis ait diuites eẽ pauperib⁹ iuſtiores: adducitq; iuſtas aliquas uirorũ diuitũ actiones. Huiuſcemodi exempla ſecũdũ rationẽ uidẽť eſſe. Plurimi eñ putãt diuites pauperibus iuſtiores. Quod ſi quis rurſus enũciet diuitũ quoſdã ob pecunias iniuriã intuliſſe: eo uſus exemplo: quod præter rõnẽ ſit: plane afficiat quo locupletibus fidei minus adhibeať. Idẽtidẽ etiã ſi quis carũ rerũ exemplum afferat: quæ rõni ſimiles ſunt: qm̃ Lacedæmonij quãdoq; aut Atheniẽſes freti eſſent magna ſociorũ manu: hoſtes expugnauere: & ſic auditorib⁹ ſuadet ſocios multos eſſe faciũdos: Hm̃oi ergo exẽpla ſecũdũ rationẽ ſunt. Omnes eñ exiſtimãt in bellis multitudinẽ nõ parũ momẽti ad uictoriã ferre. Siquis aũt oſtẽdere uoluerit nõ hanc eſſe uiuẽdi cauſam: earũ reꝶ utať exemplis: quæ præter rõnẽ factæ fuerint: Inquiens ut athenarũ exules cũ quinquaginta primum uiris dũtaxat & tribu aſſumpta etiã aduerſus eos qui admodũ plures ĩ urbe fuerãt: quãq; Lacedæmonijs ſocijs utebãť: bello ĩ urbẽ rediere. Thebani aũt Lacedæmonijs atq; oĩbus ꝓpe Pelopõneſib⁹ ĩ Boetiã impetũ faciẽtib⁹: Hi ſoli ad Leuctra cõmiſſo prælio La-

Quot genera exemplorum

Lacedæmonij
Athenienſes

Lacedæmonij
Thebani
Lacedæmonij
Pelopõneſes
Boetia
Leuctra

Dion cedæmoniorū uires perfregere. Dion uero Syracuſanus cū militi/
Dionyſius bus tribus milibus Syracuſas nauigās: Dionyſium longe maiore
Corinthij ui fretū debellauit. Itidem aūt & Corinthij cū in Syracuſanorum
Syracuſani auxiliū nouem triremibus iſſent: Carthaginenſes qui centum &
Carthaginē/ quinquaginta nauib⁹ in Syracuſanorū portus applicuiſſent: atq;
ſes urbem omnē præter arcem haberent: nihilo tamē minus expugnā
uere. Summatim uero hæc atq; his ſimilia quæ præter rationem
ſint geſta: ea inconſultationes improbare cōſueuere quæ ꝓ ratio/
ne fiunt. Exemplorum igit̃ natura eſt huiuſmodi. Iis uero utroq;
modo utendū eſt. Nam cū res quæ ratione fiunt dixerimus: oſten/
demus utplurimū hoc pacto negocia perfici. Cum aūt quæ præ/
ter rationem fiunt: loquimur: afferemus quæcunq; temeritate ui/
denter facta rectiſſimo fine cōcluſa. Cū aduerſa aūt hoc dixerint:
oportet oſtendere: hæc perinde ac fortunato caſu aliquo accidiſſe.
Eritq; dicendū eiuſmodi res ꝗ̄ rariſſime cōtigiſſe: quæ uero ad te
narrarent̃: ꝗ̄ ſæpiſſime. Exemplis igit̃ ita uti conuenit: Enīuero cū
ea quæ nulla ratione ſunt facta: in mediū attulerimus: opus eſt eo/
rum ꝗ̄ plurima cōplectamur: dicamuſq; nihil ea magis ꝗ̄ hæc fie/
ri cōſueuiſſe. Exemplis uero nō ex his ſolū: uerumetiam ex cōtra/
rijs eſt utendū. Sicuti ſi oſtēderis auare quoſdam uſos ſocijs: & ꝓ/
pterea ipſorū ſolutam amicitiā & aſſeras: nos uero ſi æqualiter ac
pro cōmodis erga ipſos rem geſſerimus: ſocietatē multū temporis
cōſeruabimus. Et iterū ſi quos alios quoniam imparati deſcendiſ
ſent in bellū: deuictos ſuperatoſq; oſtendas: ita dixeris ſi inſtructi
bellū aggredi uoluerimus: meliores certe ſpes de uictoria habueri
mus. Multa uero aſſumens exempla: tum ex præteritis: tum etiam
ex inſtantibus negocijs. Plurimæ nāq; res partim ſimiles: partim
diſſimiles inuicem ſunt. Q̄obrem ob id cauſæ exemplis abunda/
bimus: & quæ ab alijs dicunt̃: haud difficile refellem⁹. Exemplo/
rum ergo genera: & quomodo ijs uti oporteat: & unde multa capi
enda ſunt: ex antedictis cognoſcere poſſumus.

De cōiecturis

c Oniecturæ aūt ſunt: quæcunq; ijſce rebus de quibus om/
nis habet̃ dictio: repugnarint: & quibus ipſa ſibi oratio ad/
uerſat̃. Auditorū eñ plurimi his cōtrarietatibus: quæ dicē
do agendoue cōtingunt. Coniectant ſani ineſſe nihil neq; in dictis
neq; in factis quidem. Multas autem capies coniecturas intuens:
ſiue ipſa ſibi aduerſarij contradicit oratio: ſiue res ipſa eſt dictioni
contraria. Coniecturæ igit̃ hmōi ſunt: & ita uti ubertim poteris.

De cōmentationibus

c Ommētationes uero ſunt: nō eæ modo quæ orationi atq;
negocio aduerſantur: ſed & alijs rebus omnibus. Aſſumes

aūt multas eaſq; tractabis: quemadmodum in quærēdi ſpecie dictū eſt. Conſiderabis etiā ſicubi ipſa ſibi diſſentit oratio: aut ſi geſta negocia iuſtis: aut legi: aut utili: aut honeſto: aut poſſibili: aut facili: aut ꝓbabili: aut mori dicentis: aut rerum cōſuetudini aduerſatur. Huiuſmodi igiť cōmētationes ſunt contra aduerſarios aſſumendæ. His uero cōtrariæ ꝓ nobis dicendæ ſunt. Quippe qui oſtēdamus & negocia & uerba noſtra iniuſtis & ex legibus & inutilib⁹ & improborū hominū moribus & ſummatim his qui neq; cēſenť maxime aduerſari. Oportet aūt harum ſingulas breuiter & nominibus q̄ pauciſſimis eloqui. Cōmentationibus igiť hoc modo copioſiſſime uti optimeq; poterimus.

De ſententia.
Quot ſententiarū genera

s Ententia uero ut ſummatim dicā: eſt aduerſus res omnes opinionis propriæ declaratio. Sententiarū autē duo genera ſunt. Alterū quidē credibile: Alterū uero incredibile. Cū ergo credibile dixeris: nullæ ſunt reddendæ cauſæ. Nam neq; qđ dicitur: ignorať: neq; nō crediť quidem. Cū uero incredibile dixeris: cauſæ paucis ſunt dicendæ: ut & dicacitatē & incredulitatē effugias. Sentētiæ aūt eæ ſemp̱ afferendæ ſunt: quæ ſint rebus præſentibus q̄ cōſentaneæ: ne quod diciť inconcinnū uiolentūue appareat. Eas aūt multas faciemus: aut ex propria natura: aut ex ſuperlatione: aut ex ſimilitudine. Sententiæ aūt ex propria natura huiuſmodi ſunt. Nemo mea ſententia rerū imperitus grauis imperator eſſe poteſt. Altera aūt talis eſt. Prudentiū uirorū certe eſt: ex rerum præteritarū exemplis operā dare: ut incōſulta effugiant errata. Ex ꝓpria igitur natura huiuſmodi ſentētias faciemus. Ex ſuperlatione uero talis: Exacerbiora mihi uideť fures q̄ latrones admittere. Nam ij clanculum: hi uero palam pecunias eripiunt. Sentētias igitur ex ſuperlatione hoc modo multas faciem⁹. Ex ſimilitudine aūt ſunt huiuſmodi: qui pecunias auferunt: idem faciunt mea ſententia: qđ ij ſolent qui urbes prodūt. Vtriq; em̄ crediti iniuria credentes afficiunt. Alia uero huiuſmodi eſt: Vidētur mihi aduerſarij tyrannos plane imitari. Nam etiā illi quarū ipſi rerum iniurias alijs faciunt: pœnas dare indignum putant: quæ autē alijs crimini dāt uæhementiſſime horum cauſa illos cruciant: & hi ſiquidem ipſi aliquid mihi debent: haud reddunt: ſi quid uero his ego debeo: & id & fœnora reſtitui ſibi decere arbitrantur. Sententijs igitur ita tractando affatim abundabimus.

De ſigno

s Ignum uero eſt alterius aliud non quod ius cuiuſuis neq; omnis omne: ſed quod aut ante fuerit: aut ī ipſo negocio: aut poſt fieri conſueuerit. Eſt autem ſignum & factum non

facti ſolum:ſed & non facti. Identidem uero & nō factū: nō ſolum non facti:uerum & facti. Signa uero efficiunt:alia quidem opinionem:alia uero ſcientiam. Id autem pulcherrimū eſt quod ſcientiā efficit. Secundo autē loco quod opinionē maxime uериſimile operatur. Signorum autem copia nobis ubertim erit:ut ſummatim dicam ex eorum ſingulis quæ dicunť:quæ geruntur:quæ uidenť:pro uno quoq; aſſumendo:tum ex magnitudine:tum ex prauitate eorum quæ nobis mala bonaue cōtingūt. Item ex teſtimonijs:ex teſtificatis:ex noſtris; ex aduerſariorum fautorib⁹:ex ipſis illis:ex prouocationibus:ex temporibus:ex alijs multis:Hinc igitur ſignorum multitudine abundabimus

De argumēto Elenchon

a Rgumētum autem eſt: Sic enim Elenchon interpretamur: quod aliter habere non poteſt: atq; ipſi dicimus. Aſſumiť autē ex natura neceſſarijs: ut nos dicimus: aut aduerſarijs & ex ijs quæ natura fieri aut poſſunt aut non poſſunt:ſicuti aduerſarij dicūt. Natura igitur neceſſariū eſt:ſicuti uiuos cibis indigere: & his ſimilia. Vt uero nos dicimus: neceſſarium ē: affectos uerberibus ea confiteri:quæ cedentes iuſſerint. Natura autem fieri non poteſt: puellum argenti tantum furto ſurripuiſſe: quantum ferre nequeat:& id ferentem abiſſe. Vt autem aduerſarius dicat:fieri nō poterit:ſi quidem dixerit quibus temporibus Athenis debiti tabellas nos feciſſe. Ipſi autem poſſumus auditoribus demonſtrare: ut ea tempeſtate ad aliam quādam urbem aberamus. Argumenta igitur ex his atq; ſimilibus faciemus. Prorſus uero & ex ipſa cōditione & ex negocijs & ex alijs probationes omnis tranſegimus. Conſideremus etiam quid item inuicem eæ differunt.

De probabili & differētijs

p Robabile igitur ab exemplo hoc differt: quod probabilis ipſi auditores notionem habent: Exempla uero ex contrarijs & ex ſimilibus fieri poſſunt. Coniecturæ aūt ſolum ex dictionibus actioniſq; contrarijs conſtant. Verum commentatio a coniectura hanc habet differentiam:quod cōiectura quidem circa dictionem actionemq; contrarietas quædam eſt: Commentatio uero & circa reliquas ſpecies contrarietates excipit. Aut quod & coniecturam non eſt in nobis aſſumere:niſi circa res & uerba repugnantia quædam fuerit: Commentatio uero e multis locis trahi dicendo poteſt. Sentētiæ autem a commentationibus differūt: quod eæ ſolum ex contrarijs conſtant: Sententias uero & cum repugnantijs & ſimpliciter ipſas ſecūdum ſeſe oſtendere poſſumus. Signa autem a ſententijs & ab omnib⁹ antedictis hanc habēt differentiam: quod reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud

auditores: Signorum autem quædã ut etiam perſpicue hi cognoſcant: efficiunt. Item quod ex reliquis nequaꝙ̃ contigerit: ut ipſi plurima ſuppeditare poſſimus. Signa uero plurima facile queunt fieri. Item & argumentum a ſigno hanc habet differentiam: quod ſignorum quidem aliqua opinionem dumtaxat faciunt apud auditores: Argumentum autem omnem ueritatem iudices edoceat. Verborum igitur rerumq; probatiões eiuſmodi ſunt: & unde his abundemus: quidq; inter ſe differunt poſſumus ex antedictis cognoſcere: quæ autem apponuntur eas ſingillatim percurramus. Opinio ergo dicentis eſt ſuam aduerſus negocia declarare ſententiam. Opus autem eſt earum ſe rerum de quibus orationem habuerit: peritum eſſe oſtendat demonſtretq; ſibi conducere nõ mediocriter ut ueritatem de his loquatur. Aduerſarium uero demonſtret nullam prorſus de quibus contra enunciet: tenere peritiam: opinionemq; identidem oſtendat. Sin hoc fieri nequierit: dicendũ erit ſolere etiam rerum peritos errare nonnunꝙ̃. Si hoc autem dici nequeat: dicetur pernitioſum aduerſarijs eſſe de hiſce rebus ueritatem loqui. Itaq; hoc modo dicentis opinionibus utemur: & noſtra aſſerendo & aduerſarijs contradicendo.

De teſtimonio & teſtibꝰ

t Eſtimonium uero eſt rei cognitæ uoluntaria confeſſio. Neceſſe autem eſt: aut ueriſimile teſtificatum eſſe: aut non ueriſimile: aut ad credendum ambiguũ. Eodem quoq; modo teſtem aut probabilem aut improbabilẽ aut ambiguum eſſe. Cum ergo teſtificatum ueriſimile fuerit: & teſtis uerax: teſtimonia epilogis minime indigent: ni fortaſſe decoris gratia uel ſententia uel commentatione ut paucis uolueris. Cum teſtis autẽ ſuſpectus fuerit: demonſtrandum erit ut neq; gratia neq; cruciatu neq; lucro aliquo hic mendacij quicꝙ̃ teſtificaret. Docendũ eſt etiã neq; cõducere qdẽ mẽdoſum teſtimoniũ. Nã & utilitates paruas eẽ & argui difficillimũ: præſertim cũ deprehẽſum nõ ſolũ argento: uerũ & gloriæ & præſidiæ pœnã leges plectendũ uolũt. De teſtiũ igit̃ fide ita loquemur. Ii aũt qui teſtimonio cõtradicũt: oportet teſtes moribus detrahãt: ſi improbus fuerit: aut teſtificatũ quærẽdũ eſſe dicãt: ſi minꝰ ꝓbabilitatis habuerit: aut horũ utriq; cõtradicãt: & in unũ oĩa aduerſariorũ uitia flagitiaq; cõgerãt. Cõſiderãdũ eſt etiã an teſtis ei cui teſtimoniũ dicit: amicus eſt: aut ſi ſecũ negocij alicũde eſt particeps: aut ſi ei quẽ cõtra teſtificatur inimicus eſt aut pauper. Hi etẽm alij gratia: alij cruciatu: alij lucro mendacij ſuſpitioni obnoxij teſtificãdo exiſtũt. Et falſorũ teſtiũ legẽ de his legũlatorẽ tuliſſe inquiemꝰ. Proinde abſurdũ eſſe dicemꝰ: quibꝰ legũlator nõ

crediderit: Iudices qui ſecundũ leges iudicare iurati ſunt: teſtibus ipſis credant. Hoc igitur modo teſtium fidem infirmabimus. Poterimus aũt & teſtimoniũ imprudentibus aduerſarijs noſtris ſubducere hoc pacto. Dic mihi o callide teſtimoniũ p deos immortalis: nullo modo ſum dicturus. Nam me prohibente hæc geſta ob hoc ſunt. Et ob id in ferenda ſentẽtia: falſus teſtis falſi teſtimonij pœnæ nõ erit obnoxius. Cum igit̃ teſtimoniũ ſubducere nobis cõduxerit: ſic eo utemur: Quod ſi aduerſarij tale quid fecerint: demõſtrabimus eorum uerſutiam & ſcriptis teſtimonium dicere uidebim⁹. Quomodo igit̃ & teſtib⁹ & teſtimonijs uti cõueniat ex his ſciem⁹.

De quæſtiõe

Quæſtio uero eſt inuita cõſcij hominis confeſſio. Cum nobis igitur utile fuerit eam uæhementẽ efficere: dicendum erit: ut priuatim quidem homines de ualde neceſſarijs: ciuitates autem de maximis rebus ex quæſtionib⁹ ꝓbationes capiũt: q꜀ ꝙ certior teſtibus eſt quæſtio. Nam teſtibus mentiri conducit ſæpe: quibus autem quæſtiones admotæ ſint: ueritatem loqui plurimũ utilitatis affert. Sic eñ cruciatu celerrime liberãt. Cum uero quæſtiones improbare uolueris: primum quidẽ dicẽdum erit: ut quæſtionibus cruciati ijs a quibus traditi ſunt: hoſtes fiunt: & propterea nõ nihil in heros mentiunt̃. Deinde quod quærentib⁹ plærũꝙ nõ uera confitent̃: quo maturius doloribus ſeſe eximant. Erit etiã demonſtrandũ nõnullos liberos homines quo celerius ſuppliciũ effugerent: aduerſum ſemetipſos tormentis effectos emẽtitos. Quare obrem magis cõſentaneum eſſe ſeruos aduerſus dominos: quo ſuum effugiant cruciatum ementiri: ꝙ multos dolores & corporib⁹ & animis tolerare: quo cæteri nihil mali patiant̃: ubi mentiri ipſi uoluerint. Quæſtiones igit̃ ex his atꝙ horũ ſimilibus ꝓbabilis & improbabilis conſtituemus.

De iureiurando

Iuſiurandũ eſt cũ diuina ueneratione dictio ꝓbationis expers. Cum igitur augere ipſum uoluerimus: ita dicendum erit. Nemo certe peierare uellet: cum diuini ſupplicij metu: tum dedecoris apud homines: eritꝙ ſubdendum latere homines poſſe: deos autem non poſſe. Cum aduerſarij uero ad iuſiurandũ confugerint: ſi extenuare id uoluerimus: demonſtrandum erit eorundem eſſe hominum: ut male agant: & peierare nõ curent. Nam qui facinoroſus deos latere putat: hic neꝙ peierans ſupplicium ſe ire ſortitũ putat. Et iuſiurandum quidem eodem modo: quo etiam reliqua antedicta tractauimus plane dicẽdo nobis ſuppetere. Summatim autem omnis probationes quemadmodum propoſuimus: iam percurrimus: dedimuſꝙ non eam uim ſolũ quã earũ

quælibet haberet: uerũ etiam quid inter ſe differunt: & quo pacto
ijs uti conueniat oſtendimus. Nũc autem edocebimus de reliquis
partibus: quæ & trium ſpecierum ſunt: & in omnem orationẽ plu-
rimum decoris & utilitatis afferunt.

De præoccupatione

p Ræoccupatio igitur eſt: qua & auditorũ exiſtimationes &
eorum qui contradicturi ſunt uerba præuenientes obuias
difficultates remouebimus. Auditorũ etiam exiſtimatio-
nes hoc ſunt modo præoccupandæ. Admirant̃ aũt alij qui fortaſ-
ſe ueſtrum: quod ipſe iuuenis ita de rebus magnis uerba facere ag-
greſſus fuerim. Et rurſum nemo ſeſe mihi difficilem obuiam offe-
rat: quod de his ſim uobis rebus cõſultaturus: de quibus alij qui-
dam audacter apud uos eloqui cunctant̃. Quæ igitur moleſte au-
ditoribus laturi ſunt: ſic præoccupando cauſas feras: oportet: qui-
bus recte facere cõſultando uideare: utpote qui demonſtres orato-
rum inopiam: periculorũ magnitudinẽ: aut publicã utilitatẽ: aut
aliam huiuſmodi cauſam: qua auditorũ indignationẽ ſoluturus
ſis. Quod nihilominus auditores turbent̃: breuiter dicendum eſt:
uel tanq̃ in ſententiæ uelut in cõmẽtationis figura: quarũ omniũ
abſurdiſſimũ uenire quidem tanq̃ ea hiſce de rebus conſulturos
quæ optima ſint. Nunc autẽ quando quidẽ uolũt eos audire: qui
ſententiã dicunt: arbitrari pulchre conſulere poſſe. Et rurſum hone
ſtum eſt: aut ipſos aſſurgentes ſententiã dicere: aut dicentes audi-
re: quæcunq̃ ex ſuffragijs facere ipſi cenſuerint. Deliberatiuo igit̃
in genere ſic eſt: & præoccupationibus utendum & tumultibus oc-
currandum. In iudiciali autẽ præoccupationibus utemur queād-
modũ etiã in prædictis. Occurremus autẽ tumultibus ſiquidem
in orationũ principijs fiant: hoc modo. Nonne igit̃ abſurdum eſt
legumlatorem quidem iuſſiſſe duas orationes aduerſariorũ cuiq̃
reddẽdas: uos autẽ iudices ex lege iudicare iureiurando aſtringi:
Deinde ne unã quidẽ orationẽ audire uelle: & eã quidẽ orationẽ
quæ tantã cõſilij uim habet: ut in ea audienda rectiſſime ſitis ſentẽ
tiã laturi. Vos autẽ in his adeo negligentes eſſe: ut cũ neq̃ ipſa di-
ctionũ initia pertuleritis: iam omnia accuratiſſime didiciſſe exiſti-
metis: & alio modo qui nõ abſurdum eſt: legũlatorem quidem in
pari ſententiaꝝ numero imperare reo uictoriã dari. Vos autẽ uſq̃
adeo contra de his ſentire: ut neq̃ inſimulationi reos reſpõdentes
audiatis: & illũ quidẽ ob maius reorũ periculũ hanc ipſis prærogã
tiuã atq̃ priuilegiũ in ferendis ſententijs impartiri. Vos aũt cõtra
his qui ullo ſine periculo accuſatũ ueniũt: neq̃ cõtẽtioſos: neq̃ p̃-
tinaces eſſe: eos uero qui cum metu periculoq̃ criminibus reſpon-

dent:clamoribus corripere atq; perterrere. Siquidem igit̃ in orationũ initijs turbe fiant:hoc pacto erit ijs occurendũ. Quod ſi in dictionis progreſſu dicentem turbauerit:ſiquidẽ pauci quidam id agant:erunt ij corripiendi:dicendũq; ipſorũ profecto eſſe iuſticiæ: ut ſeſe nunc ad audiendũ præſtent:ne alijs recte iudicandi impedimẽto ſint: Cum uero audierint:ut tunc quicquid libuerit:faciant. Sin multitudo omnis tumultuetur: nõ ipſos iudices ſed ipſum te corripias:oportet. Nam ſi illis moleſtus fueris: irã in te cõtrahes. Si te uero accuſaris ac dixeris deliquiſſe:ut ueniã cõſequare: facile præſtabis. Opus ẽ etiam iudices deprecemur:ut nos dicentis benigne audiãt: & quarum rerum clam ſententiã ſunt laturi:iam pſpicuam mentẽ ponant. Vt aũt breuiter cõplectamur:turbis ſummatim occurremus uel ſenten tijs uel cõmentationibus: oſtendemuſq; perturbãtes: aut iuſto aut legitimo aut publico utili aut honeſto repugnare. Ex hiſce nãq; maxime fit:ut auditores a tumultibus acquieſcant. Quõ igit̃ præoccupationib⁹ apud auditores utẽdũ ſit:& quo pacto turbis occurrendũ:ex antedictis cognoſcem⁹.

q Væ autẽ ab aduerſarijs ueriſimiliter dici poterunt: rurſum quomodo præueniẽda ſint demõſtrabo. Forteq; ſuam deflebit inopiam: Cuius non ego quidem ſed huius mos erit cauſa. Et rurſus audio ipſum:& hoc illudq; dicturum. In ſuperiore ergo oratione: quæ aduerſarij dicturi uideant̃: ſic præoccupãdo & ſoluere & infirmare oportet. Etenĩ tametſi firmiſſima ſunt quorum inſimulamur:nõ itidem magna ijs qui iam antea audierint: uidentur. Quod ſi ſecundæ in dicendo partes nobis datæ fuerint: & aduerſarij quæ dicturi ſumus præoccuparint:ea rurſum contra anticipando ita a nobis ſoluenda ſunt. Hic autem ne dum multa de me mentitus apud uos fuerit:ſed certo ſciens ſeſe a me redargutum iri:meam orationem occupãdo calumniæ dedit: ne eam quã oranti ſibi præſtiteratis:in me audiendo attentione ſitis: uel ne ipſe orationem habeam apud uos ob eã quã hic de me prius calumniam habuerit. Sed plane puto oportere uos meam dictionem ex me ipſo poti⁹ q̃ ex aduerſario meo cognoſcere:& ſi hæc ab eo ſunt prius dicendo inſimulata:quas non mediocres dixerim eſſe coniecturas:eum nihil nunc ſani dictitare. Vtitur autem & Euripides in Philotete pulcherrime hac ſpecie hoc modo. Dicemus ipſi licet & hic noſtram putet iam perdidiſſe dictionem ſuggerens iniuriã feciſſe:uerum ex me meas res diſce: ſeſe pãdet:hic de ſe loquens. Quẽadmodũ igitur præoccupationibus & erga iudices & erga aduerſarios ſit utendum ex his ſciemus.

Euripides

De poſtulatis

P Oſtulata uero in orationibus ſunt: quæ auditoribus oratores poſtulãt. Horũ aũt alia ſunt iuſta: alia uero iniuſta. Iniuſtũ quidẽ poſtulatũ eſt ꝓ quod his quæ loquimur attentionẽ præſtari: ac benigne audiri petimus. Iniuſtũ uero quo ſecundũ leges nos iuuari: ac nihil præter leges in nos decerni & caſibus ignoſcendũ poſtulamus. Siquidẽ poſtulatum præter leges fuerit iniuſtũ: ſi uero ſecundum leges fuerit iuſtum dicitur. Poſtulata igitur ſunt huiuſcemodi. Ipſorum autem differentias diuiſimus: quo & iuſtum & iniuſtum poſtulatum dignoſcentes non inepte ijs uti poſſumus: & ne nos aduerſarij lateant cum iniuſti quicꝗ a iudicibus flagitant. Et de ijs quidem & ex antedictis ſcire poterimus.

De iteratione

I Teratio aũt eſt breuis admonitio. Ea uero utendũ eſt: cum circa partiũ: tum circa totius orationis exitum. Iterabimus aũt ſummatim uel ratiocinãdo uel interrogãdo uel enumerando uel eligendo. Ipſorũ aũt unumquodꝗ quale ſit: demõſtrabo. Ratiocinari igiẽ eſt huiuſmodi. Ambigo aũt ipſe quidẽ quid ij fecerint: niſi uos plane antea reliquiſſent. Arguebaẽ aũt aduerſus hanc urbẽ noſtrã cũ exercitu proceſſiſſe. Nihil uero eorũ unꝗ quæ ſpopõdiſſent: factitarũt. Itaqꝫ ratiocinari ẽ hmõi. Enumerare aũt tale eſt. Demonſtraui autem ipſos qui priores ſocietatem ſoluere ꝗ primum nos ſunt adorti: quo tempore aduerſus Lacedæmonios bellum gerebamus: quiqꝫ maxime ſtuduere urbem noſtram in prædã uertere. Enumerare igiẽ eſt hmõi. Ex electione aũt admonere eſt hmõi. Recordari oportet cõtigiſſe nobis: ut poſteaꝗ ſocietatem cum his iniuimus: nihil unꝗ mali ab hoſtibus paſſi ſumus. Nam cũ ſæpenumero nobis auxilio ueniſſent: Lacedæmonios q̃ noſtrum agrũ deuaſtarent: propulſarũt. Multas eñ pecunias etiã hoc tẽpore ad nos deferũt. Ex electione igiẽ hoc modo admonebimus. Ex interrogatiõe uero hoc modo. Libenter aũt ex iſtis quærerẽ: quid uobis ꝓ cõuẽtis haud ſoluũt. Neqꝫ eñ indigẽtis ſe dicere audeãt: quippe qui tantũ pecuniarũ & hoc ſolo quotannis accepiſſe demõſtrenẽ. Neqꝫ dixerint quidẽ multũ æris circa rẽpublicã cõſumpſiſſe. Prorſus eñ minores impẽſas: ꝗ reliqui oẽs inſulani ꝑtulere. Ex interrogationibus igiẽ hoc pacto tractabim⁹.

De ironia

I Ronia uero quãtum ſimulandi: tum diſſimulandi cauillationem uocamus: eſt cum aliud dicimus: & aliud dicere ſimulamus. Eius autem forma ſit huiuſmodi: ut in antedictis breuiter cõmorando perſiſtam. Nequaꝗ uero dicere oportet mea ſentẽtia: ut hi q multa ſe bona factitaſſe prædicãt: malis plurimis ciuitatẽ affecerint. Nos uero qui ab his ingratitudinis carpimur: & his auxilio ſæpe fuerim⁹ & iniuriã nemini intulerim⁹. Cũ

igitur aliquid ſimulamus omittere: eo quod breuiter dicimus: hoc pacto admonemus. Res uero contrarijs nominibus appellare ita fit: hi quidem probi uiri multorū malorum ſocij extitere: Nos autem ignaui plurimorum fuimus bonorum auctores. Ex his igitur breuiter admonentes iterationibus utemur: & circa ſingularū partium & circa totius orationis exitum.

De facetijs

u Nde autem facete dicēdū: & pro arbitrio orationis prolixitate utendum ſit: rurſus exponemus. Hic igit̃ facete dicendi locus eſt: ſiquidem cōmentationes totas mediaſue dixerimus. Ita ut quod reliquū eſt: medium auditores ipſi comprehēdant: quo locis & ſententijs uti conuenit. Opus eſt autē in totam orationem facetias haſce diſpertiam⁹: uerbaq́ cōmutemus: neq́ eaſdem ſemper in eandēq́ ſententiā frequentis afferamus. Ex hoc pacto noſtra comis apparebit oratio. Qui uero dicendi ꝓlixitate uti noluerit opus eſt: rem diuidat. Et quæ qualibet in parte inſint: quāq́ naturā ſapiant: edocet: eorūq́ uſum omnem: tū ꝓprium: tū cōmunem & ipſas cauſas enarret. Quod ſi longiorem quoq́ uoluerimus orationem efficere: pluribus nominib⁹ circa ſingula utēdum eſt: eritq́ ſingulis in orationis partibus iterādum: & iterationem ipſam paucis abſoluēdum. In fine uero orationis hæc omnia de quibus ſingillatim dixeras: congeſtim ponas ac de rebus omnibus dicas: conuenit. Hoc igit̃ modo ꝓlixiores reddi orationes poterūt. Qui autē dicendi uoluerit breuitate uti: oportet: totū negociū uno uocabulo cōplectatur: & hoc maxime quod in ipſa re breuiſſimum inſit. Opus eſt etiā paucis uti copulis: plurima uero coniungere. Noībus ita uti: ut una dictio duab⁹ ſeruiat rebus: Eritq́ frequēs illa iteratio e partibus amouēda: & in orationū dūtaxat finibus iterandū. Et hoc quidē modo breuis poterimus orationes efficere. Quod ſi mediocritate uti in dicendo uolueris partiū maximas delegens de hiſce uerba facias: oportet. Eſt etiā medijs utēdū nominibus: quæ ſcilicet neq́ longiſſima neq́ breuiſſima neq́ multa de aliqua una re ſint ſed mediocria potius. Oportet & epilogos ex intermedijs partibus: neq́ omnino auferri: neq́ ubiq́ rurſum inferri. Sed quæ maxima auditorib⁹ nota eſſe uolueris: ī his maxime ad finem iterationibus uti cōuenit. Ex hiſce igitur quandocūq́ libuerit: prolixitate uti in dicendo quibimus.

De faceta oratione

q Vod ſi facetam uolueris orationem ſcribere: permaxime tibi obſeruandum eſt: ut uerborum mores hominibus ſimilis queas reddere. Id autem efficies: ſi qui magni: qui curioſi: qui mediocres ſunt mores conſideraris. De his igit̃ poteris hac

uia cognoſcere. De nominū uero cōpoſitiōe iam declarabim⁹. Eſt enim etiam hoc apprime neceſſarium.

Figuræ noīm

p Rimū igiť figuræ noīm ſūt tres: Simplex cōpoſita & trāſlata. Eodē etiā modo poſitiones ſunt tres. Vna quidē: quæ in uocalem cōnexionibus terminat: & a uocali incipit. Secunda uero quæ a muta incipiens in mutā deſinit. Tertia aūt quæ mutās uocalibus iungit. Item ordines ſunt quattuor: quorū unus ſimilia noīa aut inuicē collocat aut diſpergit. Alius uero qui eiſdem rōnibus utiť: aut inuicem mutat. Terti⁹ uero qui uno multiſue nominibus rem appellat. Quartus autē ordo eſt: quo geſta negocia nominamus aut præterim⁹. Quo igiť pacto pulcherrime orationis filum texendum ſit: nunc edocebimus.

Poſitiones

Ordines

Quō ſit texenda oratio

p Rimū quidē interpretationē ipſam in duas partis diſtribuere: Deinde conuenit dilucide dicere. In duas uero partes interpretationē diſtribuimus hiſcemodis. Vno quod ipſe poteſt & hoc & aliud. Secūdo quod hic quidē haud poteſt: ali⁹ autem pōt. Tertio qđ hic & hoc & aliud pōt. Quarto qđ neq͂ ipſe neq͂ alius pōt. Quinto qđ ipſe quidē pōt: alter uero nō pōt. Sexto qđ ipſe quidē alterū poteſt: alius uero nō pōt. Alterū horū aūt unū quodq͂ ex hiſce pſpicies. Quod etem ipſe pōt & hoc & aliud: hmōi eſt. Ego aūt non harū dūtaxat rerū auctor uobis extiti: uerū & Timothæo qui aduerſus uos eſſet expeditiones ducturus: impedimēto fui. Quod uero hic nō pōt: alter aūt poteſt: tale ē. Ipſe quidē nō potis eſt: qui pro uobis legatione fungať: hic uero qui ſpartiatarū ciuitati amicus eſt: facillime apud eos quæ uultis queat efficere. Quod hic aūt & hoc & illud: eſt hmōi. Non aūt in bellis ſolum hic ſe robuſtiſſimū & fortiſſimū præſtitit: ſed & conſilijs ciuiū cedit nemini. Quod aūt neq͂ ipſe neq͂ alius pōt: tale eſt. Neq͂ ipſe parua munitus manu hoſtes queat: neq͂ alius quiſq͂ ciuium expugnare. Quod uero ille poteſt: ipſe aūt nequit: eſt hmōi. Nempe hic corporis ualet uirib⁹: ego uero ſum corpore imbecillus. Quod autem ipſe aliud pōt: ille uero nō poteſt: aliud hmōi eſt. Equidem ipſe qui clauo & gubernaculis præſim ualeo: hic aūt neq͂ qui remo utať: potis eſt. Figuras igiť interpretandi in duas partes facies hoc modo. Omnibus in rebus idem modus ſeruandus eſt: quibus autem rebus dilucide tua reddať oratio: Id rurſum eſt cōſiderādum.

De oratione dilucida

p Rimū quidē quodcū͂q dixeris ꝓprijs ſuiſq͂ noībus appella: & quicquid ambiguū fuerit: euitato. Caueas etiā: oportet: ne uocales deinceps ponas. Aduertēdū eſt præterea: ut quos articulos uocant: oportune & apte loces. Itē cōſyderes: opus

eſt:ne cõfuſa ſit:neq; ꝑturbata noĩm cõpoſitio. Talis em̃ oratio &
obſcura eſt & cognitu difficilis:cõiunctionibus uero quaſcũq; an/
te dixeris cõſequẽtis reddito copulas. Cõiũctiones aũt cõiunctio/
nibus reddere ita fit. Ego quidẽ ad quod tẽporis dixerã:affui: Tu
aũt quãdo te uenturũ dixeras:nõ uenisti. Item cũ eadẽ coniunctio
cõſequẽs ſit. Tu etem & illorũ auctor extitiſti:& horũ auctor ipſe
tu De cõiũctionib⁹ igit̃ dictũ eſt:ex quibus licet:& reliqua quæq;
cõiectari. Ipſa uero nominũ ſtructura neq; cõfuſa neq; perturbata
fieri debet. Et cõfuſa quidẽ eſt hmõi:ſicuti cũ dixeris: Graue ẽ hũc
uerberib⁹ afficere. Nã obſcurũ eſſet qui eſſet cædens:q̃d ſi ita dix/
eris:Graue eſt hũc uerberibus ab hoc affici:perſpicuã reddes ora/
tionẽ. Structura igit̃ nominũ cõfundere tale eſt. Vt aũt aduertas
quo pacto articuli ipſi tẽpeſtiue apteq; addant̃: ex hiſce tibi liq̃dũ
fiet. οὗτος ὁ ἄνθρωπος τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἀδικεῖ:
hic ipſe homo hunc ipſum hoĩem iniuria afficit. Nunc em̃ interie/
cti articuli dilucidã faciũt dictionem:exempti uero obſcurã apud
græcos efficient. Contingit aũt & aliquãdo cõtrariũ. Quæ igitur
in articulis ſeruari cõuenit:hmõi ſũt. Vocales aũt iuxta inuicẽ po/
nendæ nõ ſunt:niſi aut aliter obſcura reddat̃ oratio: aut replicatio
quædã aliaue ſegregatio fiat. Ambigua uero fugere ita quibim⁹
quædã nomina diuerſis ſeruiunt rebus: ſicuti ludus quẽ ludimus
& ludus ſchola. Oportet aũt in hmõi nominibus ſemper id cõple/
ctamur:quod ꝓpriũ eſt ſignificatũ. Et dilucide quidẽ in nominib⁹
ſi hæc fecerimus:loquemur. Ex ſuperioribus uero præceptis in du/
as partes interpretationes diſtribuem⁹. De cõtentionibus aũt &
cõparibus & ſimilitercadentibus iam dicere aggrediamur. Nam
& his quoq; nobis opus erit. Eſt igit̃ cõtentio: quæ cõtrariũ nomẽ
ſimul & uim oppoſitis reb⁹ habet: aut hoꝝ alteꝝ. Quæ igit̃ cõtra/
riũ nomen ſimul & uim habet: hmõi eſſe poterit. Non em̃ iuris eſt
hunc meis rebus uſurpando locupletari: me uero meis priuatũ re/
bus pauperie ita præmi. Contentio uero noĩbus ſolis erit hmõi.
Det em̃ locuples ac fœlix pauperi & egeno. Vi aũt cõtẽtio hæc ſit.
Ego quidẽ hunc aduerſa ualitudine laborantẽ curaui: hic aũt mi/
hi maximorũ auctor malorũ extitit. Nã hoc loco nõ in nominib⁹
ſed in ipſis rebus cõtrarietas eſt. Quæ ergo & ui & noĩe contentio
fuerit: ea erit lõge pulcherrima: Reliquæ uero cõtẽtiões duæ ſunt.

De contentionibus & comparibus & ſimilitercadentibus

Compar aũt eſt: quãdo duæ pares enũciant̃ clauſulæ. Pares autẽ
eſſe poterũt multæ etiã paruæ clauſulæ paucis magnis & pares ma
gnitudine paribus numero. Figurã uero habet cõpar hmõi: Aut
ꝓpter pecuniarũ inopiam: aut ꝓpter belli magnitudinẽ. Hæ nãq;

De compari

clauſulæ neq; ſimiles neq; cõtrariæ ſed tamẽ inuicẽ pares ſunt. Si-militer uero cadẽs eſt: quod cõpari quidẽ maius eſt. Nõ eñ pares ſolũ clauſulas: uerũ & ſimiles & ſimilibus efficit uerbis. Eſt autem hmõi quantum te decet orationis imitatio: tñ adſit delectationis machinatio. Maxime uero ſimiles fieri oportet exitus dictionum: His nãq; uel imprimis efficiť ſimilitercadẽs. Similes aũt dictiões ſunt ex ſimilibus ſyllabis: in quibus plurimæ litteræ e ædẽ ſunt: ſi-cuti: Militib⁹ nullis ualet: & uiribus multis caret: Quæq; uero ex-tra artem poſita ſunt: ea ultro idipſum demonſtrabunt. — De ſimiliter cadente

s Ed de his hactenus ſatis. Eteñ iuſtũ & honeſtum & utile re-liquaq; & ipſa quæ ſunt tenemus: & unde his affluamus: ex antedictis plane cognoſcimus. Eodem aũt modo quæ ſunt amplificatiões extenuationeſq;: & ex quibus hæ locis deſumanť: intelligimus. Idẽtidem uero & præoccupatiões & poſtulata ab au ditoribus & iterationes & facetias & orationũ prolixitates & ip-ſius interpretationis ſtructurã omnẽ ſcimus. Quas ob res cõmu-nẽ omniũ ſpecierũ uim atq; differentiã ipſarũq; uſum omnẽ ſi ex antedictis tenuerimus: aſſuefecerimus facile noſmetipſos qui his omnibus pro artis præceptis exercitati abundemus. Et adiumen-ti ex ipſis plurimũ: tum dicendo: tum ſcribendo cõſequamur. Igiť præcepta cauſarum hoc pacto accuratiſſime per partes diſtribue-ris. Vt autẽ pro unaquaq; ſpecie ad humani corporis effigiem uer ba locari conueniat: & quæ ſint circa orationis partes obſeruãda: & quomodo ijſce partibus ſit utendum: rurſum oſtendam. De ex-ordijs igiť dicendũ eſt prius. Ea uero ſeptem ſpeciebus communia ſunt: & omnibus in negocijs congrue dici poterunt. — Enumeratio

e Xordiũ eſt ut cõpendio dixerim: oratio quædã quæ rebus ijs de quibus reliqua futura eſt dictio ſummatim expoſi-tis auditorũ animos ad attentionẽ idoneæ & quo ad fieri dicendo põt: ad beniuolentiã nobis cõparat. Hæc eñ per exordiũ præſtari cõuenit. Quõ autẽ eo utamur: primũ quidẽ deliberatiuo in genere & in ſuadẽdi ſpecie oſtendã. Cum rem igiť auditoribus ꝓponere ac liquidã facere uoluerim⁹: fieri poterit hoc modo. Sur-rexi: ut quo pacto pro Syracuſanis bellandum ſit cõſulã. Vel hoc modo: Surrexi: ut quid ſentiam: dicam: qui nõ deceat nos Syracu ſanis auxilium ferre. Hoc igitur modo ſummatim rem exponem⁹. Qui uero ad attentionem exhortemur: ſcire ex hiſce poterimus. Si nos ipſi animaduerterimus: quibus & uerbis & rebus ad audien-dam ſententiam attenti ſumus. Nempe his ſumus attenti: cum de magnis uel terribilibus uel ad nos pertinentibus reb⁹ cõſultamur — De exordijs

aut cum orantes ipſi demonſtraturos ſe dixerint: iuſta illa eſſe & honeſta: & utilia: & facilia & uera: ad quæ nos gerēda exhortant̄: aut cū nos rogauerint: ſe attente audiamus. Quēadmodū igitur ipſi alijs ſolemus: Ita & nos ſi quæ ex præmiſſis commodiſſima in præſentē rem fuerint: delegerimus: eaq̨ auditoribus pſpicua red-diderimus: eos nobis attentos faciemus. Ad attentionē igitur ex his auditores exhortamur. Beniuolentiā uero cōparabimus: ſi cō ſiderauerim⁹: primū: quo ī nos animo ipſi ſint: beniuoſo ne an in-feſto: aut neq̨ bono neq̨ malo. Si beniuoli ergo fuerīt: de beniuo-lentia dicere ſuperuacaneum cedat. Verū ſi omnino id facere uolu-erimus: oportet paucis cū diſſimulatione quadam id fieri hoc mo-do. Quanta ſit mea in hanc urbem beniuolentia: ut quæ ſæpenu-mero ſuaſu meo: quæ factu eſſent utilia geſſeritis: & qua me præte rea ad cōmunia cōmoda præbeo iuſticia: quippe qui publicarum magis q̄ꝫ priuatarū mihi rerū habendā rationē cēſuerim: nequaq̄ꝫ a me dici opus exiſtimo: hoc em̄ uobis perſpicuū eſt & cognitum: Verum qd̄ & nunc ſi fidem adhibere mihi uolueritis: cōſuletis in rem pulcherrime: hac de re ut uos edoceā: dabo operā. Hoc igitur modo eos qui bono ſunt in nos animo in cōſultationibus beniuo lētiæ admonebim⁹. Si uero auditores neq̨ nobis infeſti ſunt neq̨ beniuoli: dicendū eſt: & iuſtū eſſe & conducibile: eos ijs ciuibus be-niuolos fieri: qui nullū ſui dederunt experimētū. Deinde oportet laude auditores demulcere: qd̄ iuſte & grauiter quæ dicunt̄: iudi-care cōſueuerint. Itē & extenuationes afferendæ: ſicuti ſi dicat̄: Sur rexi nō tam ulla dicēdi ui elegantiaue cōfiſus: q̄ꝫ exiſtimās ea a me narrari: quæ ad cōmunē utilitatē cōmodūq̨ accedant. Cum igit̄ auditores neq̨ a nobis alieni neq̨ beniuoli uobis ſint: ex hmōi re-bus beniuolentia captabit̄. Sin autē calūniæ obnoxij apud audi-tores fuerint: neceſſe eſt: aut ipſos in ſeſe: aut res de quibus dicunt: aut ipſam demū orationē calūnias continere. Hæ aūt calūniæ: aut ex præſenti aut ex præteriti tēpore trahunt̄. Ex præterito quidem tēpore ſi qua improbitatis ſuſpitio de aliquo habeat̄. Primū in au ditores præoccupatione utendū eſt: atq̨ dicēdū ita. Neq̨ ipſe qui-dem ignarus ſum me apud uos calūnia affectū eſſe: Sed oēm ego de me inſimulationē falſam eſſe demonſtrabo. Poſtea ſummatim enumerādo in exordijs dicēdū erit: ſi quid in rem tuā oratione cō-plecti queas. Et aut uituperanda iudicia: neceſſe em̄ eſt: ſiue publi-ce ſiue priuatim calūnia de quopiā facta ſit: uel eſſe uel fore iudi-ciū: uel nolle accuſatores iudiciū ſumere. Eritq̨ dicendū ut iudica-tū iniuſte fuerit: quodq̨ inimici nobis hoīes nocuerīt. Aut ſi min⁹

hoc ueriſimile uiſum fuerit: dicendũ erit ſatis id eſſe debere quod minus tunc ex ſententia nobis ceſſerit: Iniuſtũ aũt eſſe: cũ res iudicatæ iam fuerint: rurſum eaſdem calũniari. Si uero celebre ſit iudicium futurũ: te paratũ plane dicito: qui ad inſinuationes in hoc ipſo pulcherrimo conſeſſo reſpondeas. Et quid aduerſus rempublicam per iniuriã patrauiſſe demonſtreris: te morte mulctatum iri. Sin aũt accuſatores minus in cauſa perſiſtant: eodem oportet uti coniectura: quoniã falſã de nobis calumniã detuliſſent: deſiſtunt cauſa. Non em̃ conſentaneũ uidebiť nolle eos iudiciũ capere: qui ueram accuſationem detulerint. Vſq; uero in calumnias acerrime eſt inuehẽdum dicendũq;: Q̃ trux & cõmunis & multorũ malorum cauſa. Oſtẽdať quoq;: oportet: permultos iam iniuſte per calumniã periſſe. Item monendum ſtultum eſſe eos qui de republica cõſultant: nõ quæ ab omnibus dicunť audire: & quod utile ſit: animo uolutare: ſed aliquoꝝ inſinuationibus commoueri. Cõmune facias autẽ atq; pollicearis; oportet: ea te de quibꝰ cõſulere ſis pollicitus & iuſta & utilia & honeſta demonſtraturũ. Eos igiť quorũ ex præterito tempore calumnia delata ſit: conuenit hoc pacto inſimulationes in cõſultationibus ſoluere. Ex præſenti uero tempore oratoribꝰ calumniã ſolet afferre: primum quidẽ ætas ipſa: nam ſiue omnino iuuenis ſiue ſenior cõcionať: auditores moleſte ferũt. Huic em̃ nõdũ incipere: illi uero iam quieſcere decorũ eſſe putant. Deinde ſi crebro orationẽ habere cõſueuerit. Hic em̃ importunus uideť eſſe: & ſi nũq; antea orationẽ habuerit. Nam & hic alicuius priuati cõmodi gratia præter cõſuetudinẽ uideť cõcionari. Ex præſenti igitur tempore hm̃oi poterunt in illum inſimulationes fieri: qui apud concionem orauerit. Sed cauſa de his afferatur: neceſſe eſt. A iuniore quidẽ ex cõſultantiũ inopia & ex eo quod ſuum eſſe potiſſimum uidetur: Quemadmodum ſi dixero de ludicro lampadarchiæ uel de Gymnaſio uel de armis: aut de equis: aut de re bellica. Horum einm non minima pars adhæret iuueni. Dicendũ eſt aũt: quod tametſi nõdũ iuuenis per ætatem prudẽs eſſe poteſt: uerum natura & diligẽtia quadam certe poteſt. Oſtendendũ eſt etiã qui aliquid imprudẽter geſſerit: aduerſum caſum ſibi priuatim dari: Aſſecuto uero communem eſſe utilitatem cũ reliquis. Iuuenis igitur ex his atq; ſimilibus argumentabitur: ſenior at argumentať & ab inopia conſultãtium & a facultate ſua: Præterea & a magnitudine & nouitate peticulorum & ab alijs huiuſmodi rebus. Crebro autem dictionem habere conſuetus ab experientia argumentabitur: & ab eo quod turpe ſit: non eum ſententiam nunc dicere.

qui antea conſueuerit. Nō aūt conſuetus argumētabiť: tum a periculorū magnitudine: tū ab eo quod neceſſe omnino ſit eū qui ciuitatis eſt particeps: de his quæ in præſentia agunť ſententiā dicere. Eas igitur inſimulationes quæ in cōcionibus circa hominem fiunt: hoc pacto refellere ſtudebimus.

De inſimulationibus circa rem

Sunt autē circa rem: cū quis nihil neq; ijs a quibus nulla ſimus iniuria laceſſiti: neq; ijs fortiores potētioreſq; ſunt ꝑnocendū eſſe: cōſultat: aut pacē turpem fieri perſuadet: aut circa deorū īmortaliū ſacrificia ꝙ minimos effici ſumpt⁹ monet: aut hmōi quidq; narrat. Oportet autē in huiuſmodi rebus præoccupatione prius ad auditores uti: quarū cauſam aut in neceſſitatē aut in fortunā aut in tempora aut in aliquod cōmodū referamus: dicamuſq; nō cōſultantib⁹ quidē eſſe: ſed rebus potius huiuſcemodi cauſam aſcribendā. Hoc igiť mō eas quæ circa rem ſunt inſimulationes a conſultantibus remouebimus.

De inſimulationibus circa orationem

Ratio uero ipſa in cōcionibus ſolet inſimulari. Cū aūt prolixe aut nimis priſce: aut minus ꝓbabiliter dicať: & ſiquidem longa fuerit: in rerū multitudinē cauſa eſt referenda. Sin priſca ſit: doceať: oportet: nūc ipſam tempeſtiuā eſſe. Sin autē minus ꝓbabilis ſit: pollicearis oportet eā te uerā in dicendi ꝓgreſſu demonſtraturū. Conſultationes igiť ex his rebus principio conſtituemus. Quo uero utamur ordine animaduerti cōuenit. Siquidem nulla prorſus inſimulatio ſit: neq; nobis: neq; orationi: neq; ipſi rei a ꝓpoſitione cōtinuo eſt inchoandū. Attente autē quæ dicunť humaneq; audire ad poſtremū exhortabimur. Sin uero aliqua ſumus ab illis qui ante dixerunt inſimulatione præuenti: poſt anticipatā auditorū opinionē: eorum quorū inſimulati fuerimus & reſponſiones & cauſas breuiter in medium deferentes: ita ꝓponemus: & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidem in cōſultationibus hoc modo ſunt conſtituenda.

Poſtea uero neceſſe eſt: aut res geſtas a nobis renūciari referri ue: aut res præſentis diuidendo exponi: aut quæ futuræ ſunt: iam prædici. Cū igiť de legatione ſit nobis renunciandū: omnia quæ dicta fuerint dilucide narrare oportet quo primū quidē grauitatem oratio præ ſe ferat. Hæc em̄ renūciatio ſolū erit: nullaq; alia orationis figura incidet. Deinde ſiquidē nobis ex ſententia minus res contigerit: nōnulla id negligentia noſtra: ſed alia quadam cauſa accidiſſe auditores exiſtiment. Sin uero ex ſententia contigerit: nōn caſu aliquo ſed noſtra diligentia & induſtria id factūm opinetur. Hæc autem eo facilius credūt: ſi quoniam geſtio-

ni negociorum nequaq̄ interfuerint:noſtram in oratione neglig&tiam promptitudinemq; proſpexerint: utpote qui nihil omittamus:ſed unumquodq; q̄ accuratiſſime referimus. Cum igitur legationem renunciemus:his cauſis ſingula quæq; quo pacto geſta fuerint:renunciari oportet. Cū uero ipſi cōcionantes aliquid præteritum narramus:ſiue etiam præſentia exponamus:ſiue prædicamus futura:neceſſe eſt ut unumquodq; horum & breuiter & dilucide & non ſine probabilitate faciamus. Dilucide quidem:ut quæ dicuntur comprehendi queant:breuiter autem:quo quæ dicta fuerint:memoriæ auditores teneant. Probabiliter uero:ne ipſi auditores priuſq̄ probationibus atq; iuris partibus noſtram orationem confirmauerimus:noſtras iam narrationes falſas eſſe reprobēt. Dilucide igitur exponemus: aut a nominibus aut a negocijs. A negocijs quidem: ſi nō ea perturbate exponamus: ſed rerum ac temporum ordinem ſeruemus:reliqua non deinceps collocemus: Et ſi neq; eo de quo dicere cœperim⁹: relicto negocio in rem aliam trāſeamus: A negocijs igitur hoc modo dilucide narramus. A nominibus uero ſi q̄ maxime idoneis rerum nominibus negocia appellemus: & ſi non ambiguis utamur neq; perturbate ipſa collocemus:ſed uſq; cohærentia deinceps ordinemus. Dilucide igit̄ exponemus;ſi hæc diligēter obſeruauerimus. Breuiter uero narrare poterimus: ſi tum ex negocijs: tum ex nominibus ea remouerimus quæ non ſint dictu neceſſaria: Et ea ſolum complectemur:ſine quibus obſcura reddetur oratio:& breuiter quidem hoc modo exponem⁹. Probabiliter autē a nobis narrabitur: ſi ad ea negocia quæ minus ueriſimilia uidentur:cauſas attulerimus: quibus illa nō abſurde geſta uideātur. Si qua uero omnino incredibilia cōtigerint: ea relinquamus:neceſſe eſt. Sin autem neceſſaria ſunt quæ dicantur:ea te ſcire oſtendas:oportet. Sed ad cōfutationis partem qua cum illa implicata ſint:dicēda reſeruare. Orationiſq; progreſſu id te uerum demonſtraturum polliceri: ea uſus argutia: quod quæ prius dicta abs te fuerint: ea prius uera iuſtaq; demōſtrare: q̄ aliud huiuſmodi quicq̄ uelis. Et hoc quidem modo ijs quæ minus uériſimilia ſunt:medebimur. Vt autem ſummatim una omnia cōplectamur:& renunciando & exponendo & prædicēdo: ex ijs omnibus quæ antediximus: dilucidas: breuis & probabilis narrationes faciemus.

e As aūt tripliciter ordinabimus. Nā ſiquidē ea de quib⁹ dicim⁹:pauca ſint auditorib⁹ cognita:exordio narrationē cōiūgemus:ne pars hæc ſeparatim poſita: breuis admodum

fiat. Cũ uero negocia & ꝓmulta & incognita ſint ad unũ quodq; coniunctas narrationes faciem⁹: eaſq; iuſtas & utilis & honeſtas oſtendemus: quo nõ modo in narrandis rebus occupati ſimplicẽ & nõ uarietate quadam inſignem orationem faciamus: uerum & auditorum animos capiamus. Sin autẽ negocia mediocria & minime nota opus eſt: uel renunciationem uel expoſitionẽ uel prædictionem in exordio uno & eodem quaſi corpore collocemus. Hoc autẽ faciemus ſi a rerum initio ad extremũ uſq; narrãdo proſequamur: & nihil aliud cõplectamur: ſed ipſa negocia expedite declaremus. Queadmodũ igitur in exordio narrationes ordinandæ ſint: Ita ſcire poterimus.

De confirmatione

d Einceps autẽ cõfirmatio ſequatur: neceſſe eſt: per quã prænarrata negocia ex probationibus & iuſtis & utilibus ſicuti nos demõſtraturos polliciti ſumus: cõfirmabimus. Cũ igitur cõiunctas narrationes facere oportet ꝓbationes: in cõſultationibus q̃ cõmodiſſime ducunᷓ a rerum conſuetudine: ab exemplo: a commemoratione: & ab ea quæ de oratore ſit apud omnis opinione. Vtendũ eſt etiã & ſi qua ex alijs ꝓbationũ partibus inciderit. Eæ uero ſic ſunt collocãdæ. Primũ quidem dicẽtis opinio: Sin id minus poterimus: rerum conſuetudines ordinabimus: demonſtrabimuſq; & hæc quæ dicimus uel & his ſimilia hoc modo fieri conſueſſe: deinde uero exempla efferemus. Et ſi qua eſt cũ ijs quæ a nobis dicũᷓ: ſimilitudinẽ adducemus. Ea autẽ exempla capiamus: oportet: quæ tum rei cõgruant: tum ipſis auditoribus uel loco uel tẽpore ſint ꝓxima. Sin aũt ſecus ſint: debem⁹ ex alijs quæ maxima & notiſſima ſint: accipere. Poſt hæc uero ſententijs utendũ eſt. Oportet aũt eas partes quib⁹ probabilia & exempla tractata fuerint: in fine cõmentationibus & ſentẽtijs terminemus. Et ꝓbationes quidẽ hoc modo ad negociorũ confirmationem adducemus. Si uero narratis rebus cõtinuo ſit fides adhibita: probationes ipſas relinquemus. Et a iuſti: & legitimi: & utilis: & honeſti: & iucundi: & facilis: & poſſibilis: & neceſſarij partibus antedicta negocia confirmabimus. Et ſi quidẽ iuſtũ ineſt: id primũ collocabimus. Et per hoc perq; huic ſimile & per cõtrariũ & per iudicatum iuſtũ enarrabimus. Et ſimilia ijs iuſtis de quibus loqueris: exempla ſunt afferẽda. Habebis aũt ꝓmulta exempla: tũ ex ijs quæ priuatim apud ſingulos iuſtũ exiſtimanᷓ: tũ etiã ex ijs quæ in ipſa urbe ubi orationẽ habes: tũ demũ ex ijs quæ in alijs urbib⁹ iuſta duci ſolent. Cũ uero hæc omnia hoc modo percurrẽtes narrauerim⁹: in ipſiuſq; iuſti fine ſententias cõmentationeſq; moderatas & ſi

bi inuicem diſſimiles attulerimus: Si quidẽ ea pars lõga ſit: eiuſq̃
meminiſſe uoluerimus: paucis iterabimus. Sin autẽ mediocris ſit:
commemoreturq̃ tunc ubi eam finierimus: aliã quoq̃ partẽ adiũ-
gemus. Eſt aũt id hmõi. Quod iuſtum quidẽ eſt auxiliũ nos ferre
Syracuſanis: ſatis ex ijs quæ dicta ſunt: demonſtrandũ exiſtimo.
Quod autem etiã id nobis cõducturum ſit: enitar edocere. Et cum
rurſus eodem modo ut de iuſto factitaras utile percurreris: & eius
extremã partem uel breuiter iterando uel finiendo abſolueris. Iti-
dem aliam partẽ quæcunq̃ tibi in manu fuerit: adiunge. Hoc igit̃
modo aliã alij partẽ addere & orationẽ cõtexere opus eſt. Cũ hæc
uero omnia ꝓſecutus fueris quibus ea quæ perſuades cõfirmare
queas: Oportet in his de omnibus ſummatim cũ cõmẽtationibꝰ
& ſentẽtijs coloribuſq̃ demonſtres: nõ ea efficere & iniuſtũ & per-
nicioſum & turpe & triſte admodum fore. Contra uero ſumma-
tim addendum eſt: & iuſtũ: & utile: & honeſtũ uoluptuoſumq̃ fu-
turum: ſi hæc ad quæ eos exhortaris: effecerint. Vbi uero iam ſatis
abundeq̃ ſententiarũ grauitate uſus fueris: quæ perſuades: cõclu-
ſione terminabis. Et hoc quidẽ modo quæ ꝓpoſita fuerint: confir-
mabimus. Poſt hanc autẽ partẽ de præoccupatione dicere aggre-
diemur. Eſt autẽ præoccupatio eorũ locorũ: qui contra tuã dictio- [De præoccu-patione]
nẽ haberi poſſent præoccupans reprehenſio. Oportet aũt quæ ab
aduerſarijs dicunt̃ extenuare: tua uero amplificare: ueluti ſuperius
in amplicandi tractatu audieras. Opus eſt etiã conferas unũ uni:
cum tuũ ſcilicet maius ſit: & plura pluribus: & unũ multis: & mul-
ta uni. Sic ſecundũ omnẽ ſpeciẽ uarietate debemus uti noſtra qui-
dẽ augendo: aduerſariorũ aũt infirmãdo atq̃ deprimẽdo. Et hoc
quidẽ modo præoccupationibus utemur: hæc aũt ubi fuerimꝰ ꝓ-
ſecuti: iterationibus exitũ terminabimꝰ: Coloreſq̃ antedictos ra-
tiocinationis uel enumerationis aut electionis aut interrogatio-
nis aut ironiæ aſſumemus.

q Vod ſi ad ferendũ aliquibus auxiliũ ſuaſerimus: Siue pri-
uatis hominibus: ſiue urbibus: paucis dicere cõueniet. Et
ſi qua ijs in auditores ſiue amicitia ſiue gratia ſiue miſeri-
cordia præceſſerit: in mediũ referre cõgruum erit. Maxime eñ om
nes ijs auxilio eſſe uolũt: qui tali animo in nos fuerint: Diligũt eñ
eos a quibꝰ uel ab ipſis uel ipſorũ amicis aliquid beneficij: ſiue ip-
ſi ſiue alij qui eis curæ ſunt uel opportune ſuſcepiſſe uel ſuſcipere
uel ſuſceptum ire crediderint. His autem habẽt gratias: qui ſiue ip-
ſi ſiue ipſorũ amici aut in eos aut in eorum neceſſarios boni quip-
piam opportune uel contuliſſe uel conferre collaturiue putent̃. Si

horum igitur aliquid unũ incidat: Id breuiter doceamus: & ad mi-
ſericordiã redigamus: oportet. Id aũt affatim facere poterimus: ſi
cõgnouerimus ſolere omnis in eos miſericordia moueri: quos fa-
miliari erga ſe animo eſſe opinent̃: aut indignos calamitate ſuſpi-
cant̃. Hæc aũt ĩ ijs eſſe oſtẽdes quos miſericordia dignos uelis de-
monſtrare. Eſtq; demonſtrandũ eos inique paſſos: uel pati uel paſ
ſuros: ubi minus ijs auxilio auditores fuerint. Sin uero hæc in illis
nõ ſunt: demonſtrabis eos omniũ bonorum inopes eſſe: quorum
cæteri omnes aut plurimi ſint participes: quiq; nihil unq̃ boni uel
nacti fuerint: uel nanciſcant̃ nacturiue ſint: niſi auditores hoc tem-
pore ad miſericordiam moueant̃. Ex his igit̃ auditores ad miſeri-
cordiã inducemꝰ. Diſſuadere aũt ex cõtrarijs locis poterimus eo-
demq; modo exordiemur: & narrabimus: & probationibus ute-
mur auditoribuſq; oſtendemus quæ facere aggrediũt̃ eſſe & præ-
ter leges: & iniuſta: & pernicioſa: & turpia: & triſtia: & impoſſibilia
& difficilia ac minime neceſſaria. In diſſuadendo uero idẽ diſpoſi-
tionis modus ſeruabit̃: qui etiã in ſuadẽdo. Quobrẽ qui ultro diſ-
ſuadent: diſponere ita poterũt. Qui uero aliorũ ſuaſionibus cõtra
dicere uoluerint: primũ quidẽ ea in exordio ꝓponere debent: qui-
bus ſint cõtradicturi. In reliquis uero ſingillatim eſt exordiendũ.
Poſt ſingula uero prædictorũ exordia eſt ſecũdũ unũquodq; ꝓpo
ſitũ maxime demõſtrãdũ: minime omniũ ea eſſe ad quæ aduerſa-
rius exhortet̃: neq; iuſta neq; quæ his ſequunt̃. Hoc aũt facies: ut
oſtẽdas uel iniuſta eſſe: quæ ille narrat uel ĩutilia uel ijs ſimilia aut
iuſtis cõtraria aut utilibus aut ijs quæ talia eſſe iudicant̃. Eodem
quoq; mõ & cætera quæ inciderint: tractare debebis. Optimꝰ igi-
tur diſſuadendi modus hic eſt. Quod ſi minus hoc facere cõmode
potueris: ex eo quod reliqueris genere diſſuadere orando poteris.
Vt ſiquidẽ aduerſarius iuſtũ eſſe oſtenderit: tu uel turpe eſſe uel in-
utile: uel difficile: uel impoſſibile: uel aliud quoduis hmõi enitere
demonſtrare. Sin utile aduerſarius eſſe oſtenderit: Iniuſtũ ipſe & ſi
quid aliud opportunũ ad id babueris: demõſtrabis. Tua præterea
augendo & aduerſarij deprimẽdo facies: quẽadmodũ in ſuaſioni-
bus dictũ eſt. Decet eodẽ quoq; modo ſentẽtias cõmentationeſq;
afferre præoccupationeſq; refellere: ac breuiter ad exitum iterare.
Præterea quoq; in ſuaſionibus oſtẽdendũ eſt: aut eos quibꝰ auxi-
liũ ferendũ ſuademus: horũ amicos eſſe: quos ad id faciundum ex
hortamur: aut hoc gratias ijs debere: qui deprecant̃: quibus uero
auxiliũ ferre diſſuaſerimus: eos uel ira uel inuidia uel odio dignos
oſtẽdemus. In odium quidem adducemus: ſi ab illis aut ipſos au-

ditores auditorumue amicos aut alios qui ĳs curæ ſint: mali quippiam inique paſſos demonſtrabimus. In iram autẽ rapiam⁹: ſi uel auditores ipſos uel ipſorũ amicos uel alios qui ĳs ſunt curæ: indigne neglectos iniuriaue affectos oſtendemus. In iniuriã uero contrahem⁹: ſi ſummatim indigne fortunatos extitiſſe aut eſſe aut fore: Vel ſi nullius unq̃ boni fuiſſe inopes aut eſſe aut futuros: Vel ſi nunq̃ malorum quippiam paſſos aut pati aut paſſuros demõſtrabimus. In inuidiam igitur & odium atq; iram hoc modo concitabimus. Beniuolentiam uero & gratiam & miſericordiam ex ĳs poterimus cõparare: quæ in ſuaſionibus dicta ſunt. Eas autẽ ex antedictis omnibus cõtexere ordinareq; poterim⁹. Species igiť ſuadẽdi & qualis & ipſa ſit: & ex quibus conſtet: & quomodo ea utendũ ſit: ex his liquido cognoſcimus.

Vrſum autem laudandi uituperandiq; ſpeciẽ deinceps cõſyderemus. Cum in hoc genere exordiri uoluerimus: ꝓpoſitiones primum ordinam⁹: inſimulationeſq; diſſoluimus: itidem atq; in ſuadendo. Ad attentionem uero exhortamur: tum ex ĳs quæ in conſultationibus dicta ſunt: tum ex eo quod mirabilia illuſtriaq; dicam⁹: & æquitatẽ noſtram eorumq; quos uel laudamus uel uituperamus: facinora demonſtremus. In huiuſmodi enim cauſis ut plurimum non diſceptationis: ſed oſtentationis potius cauſa orationem habere conſueuimus. Primum autem exordia eodem modo conſtituemus qui in deliberatiuo a nobis genere demonſtratus eſt. Poſt exordiũ uero partiri debemus & ea quæ extra uirtutem ſunt: & ea quæ in ipſa uirtute bona conſyderãtur hoc modo. Externa quidem bona in bonam ualitudinẽ & robur & formæ dignitatem & diuitias: uirtutem uero in ſapiẽtiam: iuſticiam & fortitudinem illuſtriſq; diſciplinas diſtribuimus. Hoꝝ autem quæ in uirtute poſita locataq; ſunt: iure laudanť: Extraria autem ſubducuntur. Robuſtos nãq; & pulchros & nobilis atq; locupletes nequaq̃ laudare ſed dicere beatos cõuenit. His aũt diligenter conſyderatis: poſt exordia de genere primũ dictionẽ ordinabimus. Hoc eñ primum hominib⁹ ac reliquis animalibus clarũ ineſt uel obſcurũ. Proinde recte quidẽ aut hominẽ aut aliud tale animal ex genere cõmemorabimus. Cũ uero aut affectum aut rẽ aut orationẽ poſſeſſionemue laudare uoluerimus: cõtinuo ex ĳs quæ honeſta adſunt nõ abſurde laudabimus. A genere autem laudare ita cõuenit. Si quidẽ progenitores inſignes fuerint: debem⁹ omnis ab initio ad eũ uſq; quãue laudatũ uolum⁹: reſumere: & ĩ ſingulis ꝓgenitorib⁹ claꝝ aliqd ſũmatim apponere. Qđ ſi primi induſtrĳ

Quomodo in genere demõſtratiuo ſit exordiendum

inſigneſcq; fuerint: Reliquos uero nihil oratiõe dignum geſſiſſe cõ-
tigerit. Primos quidem illos eodem modo ꝓſequemur: ignauos
autẽ atq; degeneres omittemus: ea uſi cauillatione: quod propter
maiorum multitudinẽ nolimus auditoribus orationis longitudi-
ne graues effici: præſertim cũ nemini ſit obſcurũ qui ex bonis cla-
riſcq; parentibus nati ſunt: eos cõſentaneæ fieri ſuis maioribus nõ
diſſimiles. Sin autẽ ueteres progenitores obſcuri fuerint: qui uero
proxime extiterunt illuſtres: ab ijs eſt laus generis capienda: dicen-
dumq; ut de illis quidem longam repetere quandã orationem ſu-
peruacaneum admodum fuerit. Sed ſi eorum laudes referant̃: qui
proximi his qui laudant̃: extitiſſent: plane & hi quoq; boni pro-
biq; uiri oſtendent̃: quodq; perſpicuũ ſit: horum maiores induſtri
os quoſdam inſigniſcq; extitiſſe: haud nãq; ueriſimile uideri huiuſ-
modi homines honeſtos & bonos eſſe: qui ex improbis ꝓgenitori-
bus nati eſſent. Vbi uero nullus maiorũ ſit ſplendor: dices ipſum
in ſe generoſum eſſe: colligeſcq; eos omnis ingenue natos eſſe: qui
ingenitam ſibi uirtutem habent. Et eos alijs quoq; omnibus lon-
ge antecellere: qui ſuos ꝓgenitores laudant: Permultos em̃ qui ex
claris maioribus nati eſſent: degeneres extitiſſe. Addeſcq; quod de
huius nunc & nõ de ꝓgenitorũ præconijs agat̃. Eodẽ autem mo-
do in uituperationibus origo generis in improbos maiores refe-
renda eſt. Et ita laudando ac uituperando quæ ad genus pertinẽt:
ordinabimus. Et ſi quid illi de quo loquimur: præclarũ fortuna
ceſſerit: hoc dumtaxat tuebimur: ut ea quæ ætati cõueniunt: enar-
remus: & id quidẽ haud prolixe. Pueri nãq; tam ſua ingenio q̃ eo-
rũ qui ipſis præfuerint diligentia: honeſti: pudici ſunt. Quare bre-
uis de ijs eſt habenda oratio. Cũ hunc aũt modũ percurreris: ha-
bita ad poſterũ cõmentatione atq; ſentẽtia: debes hanc partem in
adoleſcentis ætatẽ terminare. Et ꝓpoſitione deinde facta aut eius
qui laudat̃: res geſtas aut mores aut ſtudia amplificabis: quẽ ad-
modũ ab initio in demõſtratiuo genere prius diximꝰ: Exponeſcq;
ab hoc quem ipſe laudas cum eſſet hac ætate aut per hunc: aut per
ſtudium: aut ex hoc: aut huiꝰ gratia: tum hoc: tum illud præclarũ
facinꝰ geſtum fuerit. Oportet & cæterorum quoq; iuuenum præ-
clara facinora colligendo cõferre: & huius lõge ijs maiora eſſe oſtẽ-
dere. Illorum quidem quæ minima ſunt: huius autem quę tu lau-
des: quæ maxima ſunt: enarrando. Conuenit autem & quæ apud
alios res illuſtres parum pro dignitate collatæ fuerint: eas abs te
dicendo itidem magnas demonſtrari. Et ſemper res ita comparan
do augẽdæ & exornãdæ ſũt. Et ubi & qs iuuenis ita philoſophus

unq̄ fuit: qui uel ſenior magnū adeo incrementū habuerit: Et qui adeo robuſte Gymnaſiorū labores perfert: uæhemēter is philoſophiæ ſtudium & induſtriam adamabit: Et hoc quidē modo ſimilitudine & collatione uſi amplificabim⁹. Cum uero quæ circa ætatem adoleſcentis conſyderant: abſoluerimus: in fine huius partis ſententias cōmentationeſq̄ locabimus. Et aut quæ dicta ſunt breuiter iterantes: aut ad poſtremā partē finiētes. Rurſus ubi ꝓpoſuerimus: quæ geſta ſint ab ipſo uiro quē laudam⁹: de iuſticia primū dicere aggrediemur: quā eodē modo ut in ſuperioribus exornantes: ad prudentiā ſi fuerit: deſcēdemus. Et hanc eodem quoq̄ modo abſoluētes: fortitudinē ſi fuerit: proponemus: quā eadē amplificationis ratione item percurrentes cū ipſius finem partis attigerimus: & omnia genera proſecuti ſumus: ſummatim quæ antedicta fuerint iterantes exitū uel ſententia uel cōmentatione toti orationi apponemus. Cōgruet aūt laudibus: nominibus etiā multis circa unūquodq̄ uti: & ſplendidā facere dictionem atq̄ magnificam. Eodē quoq̄ modo cū de nequā hominib⁹ oratio nobis erit: uituperationes cōſtituemus. Oportet aūt nullis in eū utamur cauillis quē carpimus: ſed ipſius dūtaxat uitam enarrem⁹. Sermones em̄ longe magiſq̄ iocoſæ obiurgatiōes atq̄ cauilla & auditoribus perſuadent: & ægritudine quos uituperamus afficiūt. Nam hmōi quidem ſales ad Idæam uel ad ſubſtantiā referunt. Sermones uero ſunt ingeniorū morūq̄ ueluti imagines. Cauēdū eſt etiam ne res turpis nominibus appelles turpibus. Id em̄ affert grauitati calūniam. Sed quæ hmōi ſunt: tanq̄ per ænigma ſignificabimus: & aliarū reꝝ nominibus rem ipſam manifeſtabimus. Debemus aūt in uituperationibus ironia uti: & in ijs aduerſariū deridere: quib⁹ ille maxime exultat. Et priuatim quidē paucıſq̄ præſentib⁹ eū dehoneſtare. In uulgus autē & multitudinē cōmunis maxime uituperationes maledicere. Vituperationes uero eodē modo poterimus: quo etiā & præconia & augere & extenuare. Itaq̄ haꝝ ſpecierū ex his quæ ſuperius dicta ſunt: uſum omnē intelligemus.

De accuſatione & quæſtione

r Eliquū eſt ut accuſandi quærēdiq̄ præcepta peragamus; quæ rurſus quēadmodū in iudiciali genere dictū eſt: cōponemus: ordinabimus: percurremus. Primum igiť in exordijs rem de qua fit accuſatio uel defenſio: proponemus: ut etiam in alijs præmiſſis ſpeciebus. Ad attentionē autem ab ijſdem locis exhortabimur: quos in ſuadendo diſſuadendoq̄ docuimus. Itē etiā de beniuolentia idē quoq̄ modus ſeruandus erit: qui in deliberatiuo genere præmiſſus eſt. Nam is cui auditores beniuoli ſunt: ex

præterito aut præſenti tempore. Et is ne calumnia affectus ſit: ad eos irritandos uel in ſe uel in rem ipſam uel in orationem beniuolentiam captabit: eodem modo ut illic docuimus. Is uero in quē neq; beniuoli auditores neq; infeſti fuerint: beniuolentiam captare poterit ex præterito præſentiue tempore: uel per ſeipſum uel per rem uel per orationem. Ille aūt qui apud auditores calumniæ obnoxius factus fuerit: partim mixtim: partim priuatim beniuolētiā captabit. Hic igitur modus erit per quē beniuolētia cōparabitur. Enīuero ij aduerſus quos neq; bono neq; malo animo auditores fuerint: paucis ſunt laudandi: & aduerſarij uituperandi. Oportet aūt eos ab ijs laudare: quæ uidenť maxime auditorū intereſſe. Dico aūt ciuitatis ſtudioſum amicorū obſeruatorē gratū: miſericordem: & ſimilia. Aduerſarios aūt ab his uituperare: quibus auditores ad irā irritanť: Hæc aūt ſunt: ciuitatis inimicus: amicorum hoſtis: ingratus: immitis: & hmōi. Opus eſt etiā laude iudices delenire: quod iuſti iudices graueſq; ſunt. Aduerſariorum præterea defectus ſicubi tibi minores extiterint: ſiue ad dicendū ſiue ad agendū ſeu ad aliud quicq; in diſceptatione uerſeť: erunt oratione cōplectēdi. Et iuſtum præterea & legitimū & utile & quæ deinceps ſequūť inducenda. Cum iudices igiť neq; bono neq; malo animo in nos fuerint: ex his beniuolentiā captabimus. Si quis uero in calumnia ſit: idq; ex præterito tēpore & circa orationē ſcire ex antedictis poterimus: quo pacto inſimulationes ſoluere oporteat. Qđ ſi ex præſenti tempore calumnia fuerit: neceſſe eſt circa ipſum hominē eam fieri: aut ſi ineptus præſenti cōtrouerſiæ: aut ſi criminibus ſubcontrarius: aut ſi ꝓ cōfeſſo accuſationi obnoxius uideať. Ineptus quidē fuerit: ſi aut iunior aut ſenior pro alio diſceptet. Subcontrarius uero eſſet: ſiquis robuſtus imbecillum uerberationis accuſet. Aut ſi quis cōtumelioſus cōtumeliæ temperantē inſimulet: aut ſiquis admodū pauper hominē ditiſſimū pecuniarū agens in iudiciū deuocet. Itaq; hmōi hoīes ſubcōtrarij criminibus ſunt. Pro confeſſo autē erit: ſiquis fortis robuſtuſq; exiſtens ab infirmo & imbecillo uerberationis accuſeť: aut ſiquis fur exiſtimatus furti reus in iudiciū arceſſatur. Vt aūt oīa uno cōplectamur uerbo: ij quorum moribus ſimilis eſt hominū opinio: uidebūť criminib⁹ eſſe obnoxij. Circa ipſum igitur hominem ex inſtanti tempore calumniæ huiuſmodi fieri poterunt. Circa rem autem eæ contingent: ſiquid aduerſus domeſticos amicos: aut aduerſus hoſpites: aut in ſuos uel de prauis uel de turpibus rebus negocia afferat: hæc enim infamiam diſceptantibus afferunt. Quemadmodum igitur eas inſimulatio-

nes ſum⁹ diſſoluturi: deinceps oſtēdam: Duo eſſe cōmunia in omnibus elementa exiſtimo: Alterum quidem ut quibus rebus correpturos iudices aduerſarios putes: his eos præueniens corripias. Alterum uero eſt: ſi res in aduerſarijs quidem maxime: ſin id minus in alios quoſdam trāſferas: ea uſus cauillatione ꝙ non ex ſententia tua ſed ab aduerſarijs coactus in certamen deſcenderis. In unamquāq; uero calumniam hæc argumentari conuenit. Iunior quidem cauſabiť aut ſeniorum aut amicorum qui pro ſe diſceptēt ſolitudinem: aut criminum magnitudinem: aut temporis præſcriptionem: aut rerum multitudinem: aut aliud quid huiuſmodi. Si uero habueris pro alio dictionem: dicendum erit te amicitiæ gratia aduocatū fieri: aut aduerſarij motum inimicitijs: aut quia negocijs interfueris: aut ob utilitatem publicā: aut quia is cui patronus uenis: & ab omnibus eſt deſertus: & iniuria præmitur. Quod ſi crimini pro cōfeſſo obnoxius: uel ſubcontrarius accuſationi effici uideatur: cum præoccupatione utendum eſt: tum etiam dicēdū ut neq; iuſtum neq; legitimum neq; utile ſit: ex opinione ac ſuſpitione ferre prius ſententiam ꝙ̄ res fuerit audita. Quæ igitur circa ipſum hominem ſunt: hoc pacto inſimulationes diluemus. Eas uero quæ circa rem ſunt: ita repellemus. Cauſa in aduerſariū reijciemus: uel ſi maledictū ei crimini demus: uel ſi iniuriā aut cupiditatē aut pertinaciam aut irā prætendamus: quod nullo alio modo ius conſequi poſſibile poſſit. Priuatas igitur calumnias apud iudices ita diluemus. Communes uero omnibus ſpeciebus ſoluere poterimus: queadmodum in ſuperioribus dictum eſt.

De exordijs i genere iudiciali

e Xordia uero in genere iudiciali eodēmodo collocabimus ſicuti etiam in deliberatiuo. Eadem etiā ratione narrationes exordio coniungemus: quas uel particulatim probabiles eſſe iuſtaſq; oſtendemus: Aut ipſas ſeparatim tanꝗ̄ in unum corpus ordinabimus. Deinde uero erit confirmatio: quā ſi quidē rebus ipſi aduerſarij contradixerint ex probationibus. Sin autem cōſenſerint: ex iuſtis & utilib⁹ & his ſimilibus cōfirmare debem⁹. Collocāda ſunt ex ꝓbationib⁹ primū quidē teſtimonia: & ſi quæ nobis ex quæſtionib⁹ cōfeſſiones fuerint. Demū uero ſi nullo mō ueriſimilia eā fuerint: ſentētijs & cōmētationibus: Sin aūt nō oīo ueriſimilia ꝓbabili: demū exemplis & cōiecturis & ſignis & argumētis: demū uero cōmentationib⁹ & ſentētijs cōfirmare debem⁹. Qđ ſi ueriſimilia fuerint ꝓbatiōes qdē omittem⁹. Iuſtis aūt quēadmodū in antedictis utemur. Et hoc qdē mō cōfirmabim⁹. Poſt

confirmationē aūt ubi ea quæ in aduerſarios ſunt collocauerim⁹: præoccupabimus eas res quas uerifimile fuerit aduerſarios dicturos. Et ſiquidem aduerſarij rem negarint: probationes illas a nobis dictas amplificabimus: quas uero illi dicturi ſunt reprehendemus & extenuabim⁹. Si uero fateanť & legitima & iuſta eſſe: quas ſecundum ſcriptas leges a nobis inductas oſtenderimus: enitēdū eſt: ut his ſimul leges quas & iuſtas & honeſtas & cōducibilis uniuerſæ reipublicæ plures uēdicarint: talis etiam eas eſſe oſtēdamus. Quas aūt aduerſarij induxerūt: eas cōtra habere demonſtremus: qđ minus cōmode hæc dici quiuerint: iudices cōmonefaciēdi ſunt eos nō de lege ſed de re iudicare: quodq̨ iurati ſint ſecūdū leges latas ſententiā latū ire. Et doceas haud hoc tēpore decere leges: ſed in cōſtitutis diebus eas ferre. Sed ſi contigerit rem ijs legibus agitari: quæ inique eſſe uideanť: dicēdū erit nō legem rem hmōi: ue℞ iniquitatem eſſe. Cū lex quidē ad utilitatē ferať: hæc aūt afferat ciuitati perniciē. Dicendū etiā erit: haud cōtra leges facturos ſi huic legi cōtrariā ſnīam tulerint: ſed leges potius laturos ne ſit improbis iniquiſq̨ decretis utendū. Oportet aūt ad id collectionē afferre: qđ nulla lex ꝓhibet reipublicæ benefacere: ſed improbas leges auctoritate priuare: aliud nihil eſſe: q̄ ciuitatē beneficio donare. Quaſcunq̨ igiť ex ijs legibus quæ nullā ambiguitatē cōtinent: habuerimus ex talibus præueniētes abunde cōtradicere poterimus. De ambiguis uero legibus ſi iudices ita ſenſerint: ut tibi expedit: oportet hæc demōſtrare. Qđ ſi iudex dicat: quēadmodū aduerſarij: cōdocefaciēdus eſt legūlatorē non hoc ſenſiſſe qđ ab illo diciť: quodq̨ cōducit ipſis iudicib⁹ legē ita dicere. Verū ſi nullo mō poſſis in cōtrariā ſnīam cōmutare: oſtēde aliud nihil poſſe cōtrariā legē dicere atq̨ ipſe dicas. Et quo quidē pacto oporteat uti legib⁹: ex ijs quæ dixim⁹: abūdabis. Sūmatim uero ſi peccaſſe oīno fateanť: & ex iuſti tñ & legitimi partib⁹ defenſionē parent: ex his ea ſunt cōfutatione præuenienda: quæ dicturi illi uideanť. Sin aūt peccaſſe fateanť: & ſibi tamē ignoſci poſtularint: ſic talia oportet cōfutare: Primū quidē dicēdū erit: deterioris eſſe moris: quodq̨ tunc illi crimē in imprudentiā reijciunt: cū ſe dęprehenſos intueнť. Proinde ſi huic ignoſcitis: alios itē omnis ſupplicijs atq̨ cruciatibus liberabitis. Dic etiā & illud: ſi eos qui peccaſſe cōfiteť: abſoluetis: quo pacto inficiantis cōdēnabitis? Dicendū etiā erit: & ſi imprudēter errauit: nō tñ decet me ob huius imprudentiā detrimēto affici. Prætерea diceť cū neq̨ legūlator imprudēter delinquētib⁹ ignoſcit: eo neq̨ a iudicibus qui ſecundum leges iudicant: ignoſci iure poteſt.

Ex his igiť atq; ſimilibus eos q̃ ſibi ſecundũ poſtulãt cõfutare pote rimus: ſicuti etiã ab initio expoſuimus. Vt compendio autem utar quæcũq; ſint aduerſarij dicturi: & ad probationẽ & ad iuris ſui par tes afferendas: & ad ueniã poſtulandã ex antedictis præoccupabi mus. Poſt hanc aũt cauſam tota eſt oratio per enumerationẽ ſum matim repetẽda. Et breuiter ſi fieri poteſt: iudicum animi in aduer ſarios quidem: uel ad odiũ: uel ad iram: uel ad inuidiã: in nos autẽ ad beniuolentiã: uel gratiã: uel miſericordiam cõmouẽdi. Quibus autem rebus hoc fiat: in deliberatiuo genere in ſuaſionib⁹ & diſſua ſionibus diximus: Ac rurſum in defenſionis ſpecie ad finẽ percurre mus. Orationis igiť principiũ in iudiciali genere ſiquidẽ accuſe mur ita componemus & ordinabimus. Si uero defendamus: exor dium quẽadmodũ & in accuſando cõſtituemus. Eſt aũt res quarũ accuſamur quibuſq; accuſator ſcientiã auditorib⁹ fecerit: relinque mus: Quibus uero opinionem reliquerit: haſce ubi poſt exordiũ propoſuerimus diſſoluemus. Teſteſq; & quæſtiones & iuramenta refellemus: quẽadmodũ antea audiſti. Et ſiquidẽ res credibiles fuẽ rint: poterim⁹ ipſaꝝ reſpõſionẽ in ei⁹ qđ relictum ſit locũ trãſferre. Quod ſi teſtes per quæſtiões fidem fecerint: aut in orationẽ: aut in negocium: aut in quodcũq; aliud fuerit: in aduerſarijs maxime ue riſimile: ipſoꝝ eſt reſpõſio transferenda. Si uero aut cõtra utilitatẽ publicam: aut cõtra cõſuetudinem accuſator te feciſſe criminetᷣ: de bes defendere: Id maxime eſſe utile quod ab eo crimini daṫ. Vel ſi id minus potueris: dices ut neq; abs te ab ijs q̃ tibi ſint ſimiles: aut quod nõ hoc modo huiuſmodi res geri cõſueuerit. Probabile igiť ita ſolues: Exemplũ uero debes primũ ſi poteſ demõſtrare: id haud quaq; eſſe criminatiõi ſimile: Vel aliud tibi ex cõtrarijs præter ue riſimilitudinẽ exemplum ferẽdum eſſe. Cõiecturam aũt potes con futare: ſi dicas q̃bus cauſis cõtraria ſignificare cõtigerit: Sentẽtias uero atq; cõmentatiões aut improbabilis aut ambiguas oſtendas oportet. Signa aũt nõ eius ſolum cuius ipſe ſis accuſatus: ſed rerũ plurimaꝝ ſigna eſſe oſtende. Et ea quidẽ quæ ab aduerſarijs dicta fuerint: in cõtrarium aut ambiguũ cõuertentes poterimus hoc mo do improbare. Si uero quoꝝ nos accuſator criminatur ea feciſſe fa teamur: Idq; ex iuſti & legitimi partibus defendere pergamus: ma gis legitimas res noſtras iuſtioreſq; demonſtrare elaborabimus. Quod ſi minus cõmode fieri potuerit ad imprudentiã caſumq; de fugiemus: Iacturaſq; paruas eſſe oſtendemus. Et ignoſcendum no bis eſſe argumẽtabimur: demõſtrantes q̃ omniũ quidem hominũ ꝓ imprudentiã derelinquere cõmune ſit; ſed afficere iniuria impro

boꝝ eſſe ꝓpriū. Dices etiā & æquū & bonū eſſe & iuſtū & cōduci-
bile iis ignoſcere q̄ ꝑ imprudētiā deliquerit. Neminē em̄ hoīm ſcire
ſi qd aliqn̄ ſibi huiuſmodi euentuꝝ ſit. Oſtēdendū eſt etiā ſi qd ad-
uerſari⁹ ipſe aberrauerit: & ueniā tn̄ cōſecut⁹ ſit. Poſt hæc eæ præoc
cupationes ſequuntur: quæ ab aduerſariis dictæ ſunt: Harum igiť
alias ſatis ſuperq; a rebus ipſis ſoluere poterimus. Sed ſi calumniē
tur ſcriptas nos orationes recitare: aut quo eas recitemus meditari
aut mercede cōductos patronos fieri: ad hæc talia cōtraueniam⁹:
oportet: diſſimulandoq; dicamus minime omniū lege prohiberi:
aut ſe ſcripta aut illum nō ſcripta loqui: lege nāq; talia patrare nō
permitti: loqui uero ut quiſq; uelit facile ſim. Dicēdum quoq; erit
uſq; adeo aduerſarii delicta uel ipſius eius ſententia permagna eſſe
ut exiſtimet me nunquā digne in ſe accuſando ſatiſfacere poſſe: niſi
quæ dicturus eſſem & antea ſcriberem: ac multum temporis medi-
tatus ſim. Ad ſcripturaꝝ igiť orationū calumnias ſic occurrere po-
terimus. Si uero dixerint nos diſcere meditariq; dicendi facultatē:
confitebimur id quidem: dicemuſq; nos quidē quos animis diſce-
re neq; calumniatores neq; cōtentioſi certe ſum⁹. Tu uero qui ora-
toriam tenes: cum hoc tempore: tum ſæpe alias nos calumniis cir-
cumuenire deprehenſus es: quare cōducere ciuibus uidetur ut & il-
le oratoriam diſcat: Non enim ſic malum neq; inſimulatorē eū fo-
re. Eodem quoq; modo ſi quis nos mercede conductos cauſarum
patronos dicat & fatebimur & cauillabimur: huiuſq; rei auctorem
accuſatorem noſtrum ac reliquos oīs demonſtrabimus. Merce-
dum autem ſpecies diuidemus: dicemuſq; alios pecuniis alios gra
tiis: alios ſuppliciis: alios honoribus aduocatos aſſiſtere. Te igitur
gratiis id obire muneris oſtende. Aduerſarium uero dicito ne par-
uo quidem precio aduocatum aſſiſtere. Eum nāq; ut aliquid argē-
ti iniuſte capiat: nō autem ne perſoluat in iudiciū ire. Idem quoq;
modus ſeruandus eſt: ſi quis nos aut aliquos edocere dixerit: qui
controuerſiis apud iudices utantur: aut iudicialis orationes cōſcri
bere. Nam & alios & oīs oſtēdes pro uirib⁹ adiumēto amicis eſſe:
& docendo quidem & cōſulendo: Et artificioſiſſime in huiuſmodi
rebus occurres. Oportet autem & circa interrogatiōes atq; reſpon
ſiones: quotquot in huiuſmodi ſpeciebus inciderint: ne nos negli-
gentia ulla capiat. Sed quæ reſpondeo cōcedantur quæq; negenť
ſunt cōſideranda. Conceſſiōes igitur ſunt huiuſmodi. Mihi filium
enecaſti. Enecaui equidē. Nam ille in me prius diſtrinxit gladium:
Filiū mihi pulſaſti. Pulſaui equidē. Iniuria em̄ in me prius man⁹
iniecit. Mihi caput confregiſti. Confregi equidē. Nam noctu impe

# DE CAVSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

tum in meã feciſti domũ. Talis igitur conceſſiones legibus freti nõ/
nunq̃ facimus: huiuſmodi uero negationes legẽ declinant. Mihi fi/
liũ occidiſti: Non ego quidem: ſed lex occidit: Hæc autem om̃ia ita
oportet reſpondere. Cum duarũ legum altera iubet hoc faciundũ:
altera nõ uetet: Quæ igitur in aduerſarios dicẽda ſunt: ex his om̃i/
bus colliges. Poſt hæc autem eorum quæ antedixerimus: iteratiõe
breuis eſt admonitio adhibẽda. Ea uero eſt utilis om̃i tempore: q̃
obrem & ſingulis in ſpeciebus ea iteratione utendum eſt. Verum in
accuſationibus maxime & defenſionibus ea congruit. Itidẽ quoq;
in ſuaſionibus atq; diſſuaſionibus. Neq; ſolum ea hic cõmemora/
re: quæ ante dixerimus: quẽadmodum in laudãdo & uituperãdo:
uerũ etiam animos iudicum in beniuolentiã noſtram conciliare: &
in aduerſarios cõcitare debemus. Hanc uero iterationẽ in oratiõis
partibus poſtremã cõſtituimus. Hæc em̃ facit ut reminiſcaris ſum/
matim: quæ dicta ſunt enumerando: aut ratiocinando: aut interro
gando: tua quidem quæ optima ſunt. Aduerſariorũ autẽ quæ ne/
quiſſima ſiquidem interrogatiõis figura uti uolueris. Cuiuſmodi
aũt unumquodq; horum ſit: ex ijs cognoſcere poſſumus: quæ ſu/
perius dicta ſunt. In beniolentiam uero noſtram iudices conciliabi
mus: & in aduerſarios cõcitabimus: ex ijs beneficijs ut etiam in de/
liberatiuo genere ſummatim oſtendimus: quibꝰ nos aut amici no/
ſtri ipſos a quibus iniuriã ſuſcipimus: ipſoꝝue neceſſarios ſeu iudi/
ces ipſos uel eos qui eis curæ ſunt: ſiue affecerimus: ſiue afficimus:
ſiue ſumus affecturi. Et ſi ipſis dixerimus nũc tempus eſſe referen/
darum pro ſuſceptis beneficijs gratiaꝝ. Et ſi eos in commiſeratio/
nem ſi opus fuerit adduxerimus. Hoc autem eo faciemus: quo no/
ſtram in auditores beniuolentiam demonſtremus. Et q̃ indigne
ob ea quæ male paſſi fuerimus: aut patimur: paſſuriue ſumus: mi/
ſeria præmimur: niſi hi nobis adiumento fuerint. Si uero nihil no/
bis abſit: huiuſmodi cõmemorabimus: quibus bonis priuati fueri
mus: aut priuamur: aut priuabimur: ubi iudices nos negligerint:
Seu ut nunq̃ boni quippiã nacti fuerimus: aut nãciſcimur: aut na
cturi ſumus: niſi ab his auxiliũ meruerimus. Ex his nãq; cõmiſera/
tionẽ nos dignos cõſtituemus: & auditores nobis conciliabimus.
Aduerſarios uero calũnijs circũuentos in inuidiã & odiũ apud au/
ditores ex hoꝝ cõtrarijs adducemꝰ cũ oſtenderimꝰ ab his aut hoꝝ
amiciſ auditores ipſos ipſoꝝue neceſſarios mali q̃ppiã indigne paſ
ſos aut pati aut paſſuros. Ex huiuſmodi em̃ rebus ad odiũ & irã in
aduerſarios rapient. Sin aũt hæc fieri cõmode nequerint: ea ĩ unũ
redigemus: quibꝰ auditores in aduerſarios ad inuidiã concitemꝰ.

Inuidia nanq̄ propinqua eſt odio. His autē ſummatim inuidebit. Si eos indigne fortunatos & ab auditorib⁹ aīo alienos oſtēderim⁹ percurrentes q̄ multa bona iniuſte paſſi fuerint: aut patiunt̄ paſſuri ue ſunt: aut q̄ nunq̄ nulli⁹ boni indiguerint: uel indigēt uel indigebunt: aut q̄ in nihil unquā mali inciderint ſeu incidunt: ſed incident: niſi nūc a iudicibus puniant̄. Ex his igit̄ rebuſ auditoꝝ nobis animos ad beniuolentiam in concluſionibus conſtituere & in aduerſarios contra commouere poterimus. Ex omnibus uero ſupradictis accuſationes defenſioneſq̄ q̄ aptiſſime ordinabimus.

De quæſtionis ſpecieb⁹

Q Værendi autē ſpecies ſeparatim quidē ipſa raro cōſtituit̄: ſed alijs ſpeciebus cōmiſcetur: & aduerſus cōtradictiones maxime eſt utilis. Verumtamē ne huius nos ordo lateat ſi qn̄ uel oratio uel uita hominū actio aut ciuitatis adminiſtratio quærenda cōtingeret. Item etiam hac de parte ſummatim percurram. Eſt igit̄ quærentib⁹ eodem quaſi modo exordiendū ſicuti etiā calumnia circūuentos: oportet: docuimus. Quare cum idoneas in principijs cauſas attulerimus: quibus id recte facere uideamur: Ita ad quærendū ueniemus. Cauſæ aūt congruent in ciuilibus quidem cōuentibus: quod aut cōtentiōe quadā quinpotius ne auditores lateat id facimus. Demū quod nobis hi prius moleſti fuerint: In priuatis uero uel inimicitias uel paruas eoꝝ q quærunt̄ cōſuetudines: uel in eos ipſos beniuolentiā: uel ut quæ agūt remittentes nō amplius hæc faciant proferre oportebit. In publicis aūt ſi legitimū & iuſtum & publicam utilitatē proferemus. Ex his aūt & his ſimilibus exordio cōſtituto: ac ſingulis deinceps propoſitis: aut dictis: aut geſtis: aut cogitatis quæremus: Eaq̄ demōſtrabimus & iuſtis & legitimis & priuatis & publicis utilitatibus aduerſari. Et oīa demum cōſiderabimus ſi quo in loco ipſa ſibi uel moribus proborum hominū officijſue diſſentiūt. Sed ne ī ſingulis enarrādis longiore utamur oratione: quo pluribus illuſtrium ſtudiorum: aut rerum: aut uerboꝝ: aut conſuetudinum res eorum quos quærimus aduerſari oſtenderimus: eo ipſos obſcuriores apud auditoreſ cōſtituemus. Opus eſt autem non triſti & acerbo quodam ſed miti māſuetoq̄ uultu quæramus. Hoc enim modo ueriſimiliores reddentur apud auditores habitæ orationes. Et oratores ipſi nullum de ſe relinquent inſimulationi locum. Vbi uero diligenter oīa quæſieris atq̄ amplificaueris: oratiōis exitum breui iteratione terminabis. Et ut eoꝝ quæ dicta fuerint auditores reminiſcātur efficies. Has igitur ſpecies ubi hoc pacto cōſtituerimus: pulcherrime ipſis uti poterimus.

# DE CAVSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

## Peroratio antedictorum omniũ per enumerationem & amplificationem.

O Pus eſt præterea orando & ſcribẽdo in id ꝙ maxime enita/
mur elaboremuſq; ut pro rerum natura uerba accommo/
demus: & ita noſmetipſos trita conſuetudine his cũctis ex/
erceam⁹: ut eorum uſus nobis in promptu ſit: Atq; ut ex arte qui/
dem dicere poſſim⁹: tum in priuatis publiciſq; diſceptatiõibus: tũ
ijs etiam in ſermonib⁹ quos aduerſus alios habuerimus: plurima
hinc & artificioſiſſima adiumenta ſuſcipiemus. Elaborandum eſt
etiam ut non circa uerba orator dumtaxat: uerũetiam circa uitam
quam antedictis ſpeciebus exornet atq; magnificet ſuam diligen/
tiam omnem ſtudiũq; accommodet. Nam uitæ compoſitio & ad
ſuadendum & ad boni & æqui uiri exiſtimationem adipiſcendum
conducit plurimũ. Primũ igitur diuidendæ ſunt ſcd'm omnem di/
ſciplinæ diſtributionem: quid primũ: quid ſecundum: quid tertiũ:
quid quartum tractandum ſit: Demum ea tibi ſunt præparanda:
quæ circa auditores attendunt: de quibus in exordijs docuimus.
Enimuero beniuolẽtiam a perſona tua captare poteris ſi promiſſis Beniuolẽtia
inſiſtas: & eoſdem amicos in oẽm uitam tueare: neq; in alijs actio/
nibus inconſtans eſſe: ſed ijſdem ſemper uti uideare. Attẽti autem Attenti
fient auditores ſi ijs in negocijs uerſeris: quæ & magna & honeſta
ſunt multiſq; conducant. Cum uero beniuolos auditores reddi/ Beuiuoli
deris: ubi ad negociorum expoſitionem abs te deuentum eſt: quæ/
cunq; propulſationem malorum: bonorum autem continent exhi/
bitionem: facile apud illos admittuntur: quæcũq; uero ſecus ſunt
reijciuntur. Sed pro celeri & apta & ueriſimili narratione: hæc ſunt
tibi faciunda. Celeriter autem abſolues ſi non omnia uolueris ſi/
mul agere: ſed prius primo & quod reliqui eſt deinceps. Diluci/
de uero ſi non ſtatim relicta actione in alias res prius tranſieris: ꝙ
illam abſolueris. Veriſimiliter autem ſi nihil a tuo more alienum
agas. Item ſi nõ eoſdem finxeris & inimicos tibi & amicos eſſe. Ex
his autem probatiõibus eas aſſumem⁹: de quibus ita ſcientiam ad
præficienda negocia tenemus: ut eam alijs interpretari & explicare
poſſimus. De quibus autem ſcientiam nõ habemus: eas prout ſæ/
pius accidere ſolẽt aſſumemus. Tutiſſime nãq; in huiuſcemodi re/
bus egeris: ſi cõſuetudinẽ ſeq uolueris. In certamine uero cõtra ad/
uerſarios ſiqdẽ orõne cõtẽdit: ex ijs quæ dicta ſunt noſtrã cõfirma
tionẽ faciem⁹. Sin ṽo cõtractib⁹ hoc faciem⁹ ſi ſcd'm leges & nõ ſcri
ptas & ſcriptas cum teſtib⁹ ꝙ optimis ac tpe præfinito eos cõfece/

rimus.Ex concluſione uero eorum(quæ dicta fuerint)reminiſci au-
ditores faciemꝰ:ſi(quæ geſta ſunt)ſummatim rurſum dicimus, Ex
ijs autem(quæ agimus)ita commonebimus:quandocunq; eadẽ ne-
Beniuoli gocia uel ſimilia prioribus tractemus:Beniuoli autem nobis erunt
auditores:ſi ea geſſerimus:quibꝰ aliquid beneficij ſuſcepiſſe aut ſuſ-
cipere aut ſuſcepturi uidebũtur,Magnas autem res geremus:ſi ea
negocia tractauerimus:quæ multorum ſint bonorum cauſa. Hoc
igitur modo(quæ ad uitam pertinent)præparanda ſunt, Ex priore
autem inſtituto circa orationem eſt exercitatio adhibenda. Sacri-
ficia uero(uti præmiſſum eſt)faciemus ad deos quidem pie:ad ſum-
ptus autem moderate:ad ſpectacula uero ſplendide: ad ciues autẽ
utiliter.Et aduerſus immortalis quidem deos ea habebũt pie:ſi pa-
trio more ſacrificemus. Ad ſumptus autem moderate:ſi non quæ-
cunq; miſſa fuerint: ab ijs(qui ſumptibus præſunt)conſumantur.
Ad ſpectacula uero ſplendide:ſi magnifico ſint apparatu conſtitu-
ta. Ad ciues autẽ utiliter: ſi & equites & grauiores armaturæ pedi-
tes belle inſtructi pompam celebrent. Quæ igitur hoc modo mor-
tales in deos fecerint: pie certe fecerint. Eos autẽ amicos compara-
bimus:qui ſint nobis moribus non diſſimiles:& quibus eadẽ(quæ
etiam nobis)conducant:& quibus magnis in rebus communis no-
biſcum fortuna ſit:Talis enim amicitia prædurat maxime. Socios
autem eos facere debemus:qui & iuſtiſſimi ſint & nõ mediocri ua-
leant potentia: & in proximo habitent. Hoſtis autem eos facie-
mus:qui horum ſint cõtrarij. Suſcipiendum autem bellum in eos
eſt:qui rempublicam:aut eius ſiue amicos ſiue ſocios iniuria uiola-
re moliuntur. Præſidia autẽ habeamus oportet: aut noſtra: aut ſo-
ciorum aut hoſpitum cauſa. Et primo quidem noſtra: demum ſo-
ciorum:tertio uero hoſpitum. De tributis autẽ id quidem eſt opti-
·1· mum:quod a priuatis prouẽtibus ac poſſeſſionibus proficiſcitur:
·2· Secundũ uero a cenſibus: Tertium autẽ a pauperibus:qui ſua cor-
·3· pora miniſterijs præbent. Ab opificibus autẽ arma: a locupletibus
uero pecuniæ, De adminiſtratione autẽ reipublicæ popularis qui-
dem principatus eſt optimus:in quo leges optimatibꝰ honores di-
Plæbs ſtribuit, Plæbs uero neq; dandis priuatur ſuffragijs: neq; ferendis
quidẽ ſententijs. Proxima uero illa eſt:in qua leges a ditioribus af-
fici contumelia plæbẽ non ſinunt. Principatus aũt paucorum duo
ſunt genera: Aut enim eſt ex amicitia & ſocietate quadã: aut a cen-
ſibus. Neceſſe autẽ eſt ſocios faciamus cum ciues minus ex ſeſe po-
tentes ſunt: qui tum ſolum: tum oppida tueantur: aut hoſtibus re-
pugnẽt. Eſt autem ſocietas omittenda: cum aut eam facere non ſit

opus: aut ſocij longe a nobis diſtent: neq; potentes ſint qui oportune adſint. Ciuis aũt bonus eſt qui amicos ciuitati utiliſſimos comparat: Inimicos uero & pauciſſimos & infirmiſſimos quiq; ſine ulla priuatorum bonorum publicatione prouentus comparat q̃ plurimos: & qui ſeſe iuſtiſſimum præbẽs eos in quæſtionem agit: qui rerũpublicarum aliquid per iniuſticiam uiolãt. Largitionibus uero utuntur om̃es: aut quoniam aliquid inde ſperant commodorũ: aut quo ſuſceptorum beneficiorum gratiam referant. Obſequuntur autem omnes aut lucri: aũt honoris: aũt uoluptatis: aũt timoris gratia. Commutationibus uero utuntur omnes aut ſponte aut inuite. Omnes enim actiones aut ui: aut ſuaſione: aut fraude: aut occaſione perficiuntur. In bello autem uincitur: aũt fortuna: aũt corporum multitudine robuſtitateue: aũt pecuniarum copia: aut oportunitate locorum: aut uirtute ſociorũ: aũt conſilio & calliditate impatoris. Socios uero derelinquẽdos putant: aut maiore utilitate: aut belli ſolutione. Iuſte autem agere eſt communis ſequi utilitatis cõſuetudines: parere legibus priuataq; pacta ſeruare. Conducit autem corpori quidẽ bona habitudo & formæ dignitas: aut uires & bona ualitudo. Animo uero ſapientia: prudentia: fortitudo: temperantia: iuſticia. His autẽ utriſq;: pecuniæ & amici. Inutilia uero ſunt horum contraria. Plurimum uero utilitatis affert bonorum ciuium multitudo.

Sapiẽtia
Prudẽtia
Fortitudo
Temperãtia
Iuſticia

¶ Franciſci Philelfi Præceptorum Rhetorices Ariſtotelis de Cauſis ciuilibus ad Alexandrũ regẽ Macedonũ e græco in latinũ traductio: Fœliciter explicit.

Deo gras
Semp X

# FRANCISCI PHILELFI

## Ad magnanimū & illuſtriſſimū principem Philippum Mariā Anglum inclytum Mediolanenſiū ducem: Franciſci Philelfi in traductionē Apophthegmatū Plutarchi Cheronenſis ad Traianum Cæſarem Præfatio.

Ectitanti mihi nuper Græca quædam princeps optime nōnulla Plutarchi Cheronēſis uolumina perdocti & imprimis ſapiētis uiri: cum de moribus lucubrata grauiſſime: tum de aliis plæriſq; permagnis ac præclaris rebus ornatiſſime elegantiſſimeq; perſcripta ad manus incidūt: Quæ dum ſingula incredibili quadam cupiditate ꝑcurro: ille haud quaq; intēpeſtiue ſe liber offert: q de Apophthegmatis ad Traianū cæſarē inſcriptꝰ eſt. Hūc accuratiꝰ etiā atq; etiā cum mecū ipſe cōſidero: res ſane digna uiſa eſt: quæ & a Plutarcho illuſtri eruditiſſimoq; philoſopho emanaret: & Traiano ipſi dedicaretur. Fuit em̄ Traianus eiuſmodi profecto & uir & imperator: qui cū omi antiquitate ita de uniuerſæ uirtutis laude cōtenderet: ut nihil ad decꝰ ei: nihil ad gloriā defuerit. Nam ſapiētia quæ una: tum animi magnitudinē: tum iuſticiā ipſam complexa eſt: quæq; humanos caſus oīs infra ſe habet: ita diuinꝰ ille princeps uiguit: ita excelluit: ita mortales reliquos longiſſime anteiuit: ut quicquid ageret cōtinuo ex omi parte perfecte ageret. Quare cū intelligeret uim dicendi eā rē eſſe: q̄ cæteris animātibus maxime præſtaremus: hāc uæhemēter ſectatus eſt & coluit plurimū. Viros prudētia & oratione inſignis quoſcūq; uel apud noſtros uel apud Græcos offendiſſet: & honoribus proſecutus eſt oēs: & familiaritate ſibi cōſuetudineq; deuinxit. Non em̄ erat ignarus: & ꝙ eſſet uirtutis primū: & optimoꝝ principū nomē per eloquētiſſimos uiros ſempiternū fieri. Cum ergo apud Traianū cōiunctiſſime Plutarchus uiueret: munus pergratum illi & perutile cæteris ſe factuꝝ exiſtimauit: ſi quæ magna cura & induſtria collegiſſet Apophthegmata eiꝰ nomini dedicaſſet. Apophthegmata uero ipſa quæ plæriq; noſtri dicteria: nōnulli dicta nominarūt: ſunt breues orationes argutiorē ſenſum aliquē facetioremq; continētes. Sum his quidē mirifice delectatꝰ: non mō ꝙ dicacitates libeꝝ dignas hoīe ſuauiſſimoſq; ſales præ ſe ferrent: ueꝝ etiā qm̄ mirabilē quandā & uberē ac uariā grauitatē ſententiaꝝ ad oēm orationē augendā atq; exornandā adhibitura porrecturaq; uidebanť. Nihil eſt em̄: ut ita dixerim: humanis in actionibꝰ uafre: callide: pudice: continēter: generoſe: cōſtanter: benigne: liberaliter: innocēter: integre: amice: nihil deniq; magnifice: nihil ſa

Plutarchus

Traianꝰ cæſar

Apophthegmata

Dicteria

picter: nihil cũ uirtute & laude dictũ factũue qđ nõ inde exemplũ uenari queat. Quantũ uero & decoris & dignitatis ad oẽm & orationẽ & uitæ cultũ afferre ſoleat exemplorꝫ uis: nõ eſt dicẽdi locus: præſertim cũ patet id quidẽ & in promptu ẽ oĩbus. Placuit igiť præſtãtiſſime princeps: cũ ocioſus eſſem: huiuſmodi Apophthegmata in latinũ uertere: idq; nõ modo ut prodeſſem noſtris: ſed eo etiã libẽtius q̃ te tibi oſtẽderẽ: id eſt ut mea lucubratiõe intelligeres: quæ pſæpe ipſe dicẽdo amplecterĩ: iſta apud ꝓbatiſſimos & clariſſimos uiros quoſq; probatiſſima ſemp laudatiſſimaq; extitiſſe. Affirmãt eñ qb⁹ frui licuit aditu ac ſermõe tuo: ea te ſingulis ꝓpe dictis ſentẽtiarꝫ & crebritate & põdere & comitate uti: q̃ præ cæteris hoĩb⁹ Lycurgus ille Lacedæmoniiq; oẽs aptiſſime uſi perhibenť. Tu uero regib⁹ ipſis plane munificẽtior imitaberis hoc loci ſi uidebiť Perſarũ reges. Mos eñ fuerat: q uel in hãc uſq; ſeruať ætatẽ: ut q adire ꝓ re q̃piã reges ĩſtituiſſent: ea deferrẽt ad illos dona quæ offerẽtiũ obſeruãtiã atq; pietatẽ declaratura iudicaſſent. At illi eo pacto q̃ offerebãť ſuſcipiebãt: ut nõ auari: nõ cupidi odryſiorꝫ more prĩcipũ: ſed humani: ſed bñfici: ſed iure optimo regia & maieſtate & ſplendore præditi cenſerenť. Nã longe maiora q̃ accepiſſent munera illuſtrioraq; referebãt. Itaq; cũ hoc ſiť q̃cq̃d ẽ munuſculi: obtuli animũ tibi meũ. Si quid mihi fuiſſet maius: id etiã q̃ libentiſſime obtuliſſem. Tu aũt nolim argentũ mihi: nolim auri quicq̃ referas. Nã ut es excelſo atq; inuicto aĩo: q̃ hæc oĩa deſpicias: & pro nihilo putes: cum antea ſæpenumero: tũ nuperrime his maximis & potẽtiſſimis regibus ac ducib⁹ liberãdis uel amplificãdis poti⁹ nõ obſcure declaraſti: quos memorabili illa inauditaq; uictoria maritimi unius ac terreſtris prælii Caietani captiuos habueras. Quid igiť pro mea erga te fide a me poſciť? Maius quiddã medius fidius multoq; præclarius: ut æquo aĩo feras: teipſum amẽ: te colã: te admittet. Id ſi feceris: nihil prorſus mea ſentẽtia ad ſplẽdidiſſimæ tuæ ĩ me munificẽtiæ cumulũ acceſſerit. Interim Apophthegmata ipſa cũ per ingẽtis ac fere infinitas occupationes tuas moleſq; licuerit cognoſces: ubi proſpicue inuenies: cũ apud Græcos & Barbaros: tũ etiã apud noſtros: quicq̃d in oĩi probitatis ac præſtãtiæ genere aut fieri aut dici aut cogitari memoria dignũ quiuerit. Ego ſi te his delectari aĩad uertero: propediẽ alia ſubnectã.

Lycurgus

Odriſii

Præliũ caietanum

Finit Præfatio.

Franciſci Philelſi Apophthegmatũ Plutarchi Cheronẽſis: ad Traianũ Cæſarẽ e græco in latinũ traductio: Fœliciter Incipit.

## Plutarchi Cheronenſis in Apophthegmata ad Traianũ Cæſarem Præfatio.

Artaxerxes rex perſaꝝ Traianꝰ cæſar

C Vm Artaxerxi Perſarũ regi O maxime imꝑator Cæſar Traiane obequitãti olim obuiã factꝰ oparius quiſpiã ac rudiſ hõ: cui aliud nihil eſſet: aquã utraqꝫ manu e ꝓximo hauſtã fluĩe obtuliſſet: iucũdꝰ ille ſurridẽſqꝫ ſuſcepit: qꝓpe q̃ nõ rei quæ dabat̃ uel ĩopia uł uſu: ſed alacri dãtis uolũtate gratiã metiret̃. Exiſtimabat etiã eũ q benigne parua prompteqꝫ acciperet: nõ regali minꝰ humanoqꝫ fungi munere q̃ ſi magna elargiret̃.

Lycurgus At Lycurgꝰ tenuiſſima Spartæ ſacrificia ſtatuit: q̊ ex præſẽtibꝰ rebꝰ uenerari deos ĩmortał expedite facileqꝫ poſſent. Qua ipſe q̃ꝫ ductꝰ ſentẽtia: tenuia tibi dona hoſpitaliaqꝫ munuſcula cpeſqꝫ philoſophiæ primitias offero hiſce cõmẽtarijs. Quæ ſi quã ad moꝝ diſciplinã aut ad cognitionẽ imperitãtis ꝓ rõne electiõis: quæ dicendo magis q̃ agẽdo patet: ſi quã inqꝫ affinitatẽ hñt una cũ offerẽtis affectiõe: ſuſcipe atqꝫ utere. Cũq̃ uitæ q̃ꝫ illoꝝ facta ſił ac dicta hiſtoria hæc cõplectit̃: q ſiue duces ſiue legũlatores ſiue imꝑatoreſ: cũ apud Romanos: tũ apud Græcos maxime claruert̃. Atq res geſtæ fortunã plæꝝqꝫ admixtã hñt: ſed quæ int̃ obeũda negocia: quæ ĩ aduerſis: quæ ſecũdis ĩ rebꝰ dicta: rñſa: negata affirmataqꝫ ſt̃: ueluti qbuſdã in ſpeculis ꝑſpicue cuiuſqꝫ oñdũt mentẽ.

Syrannes Proinde Syrãnes ille Perſes admirãtibꝰ qbuſdã cur fieret: ut prudẽtibꝰ eiꝰ uerbis res neq̃qꝫ rñderẽt: Verboꝝ inqt in ſeſe ius eſſe: at reꝝ ĩ fortuna & rege. Nempe illic reſ quæ dictis uiroꝝ cõſonãt: ut libẽter ediſcant̃: facile præſtãt. Hic aũt uel ſola ipſa uerba quæ ueluti quædã uitæ moꝝqꝫ indicia atqꝫ ſeminaria collegimꝰ: haud intẽpeſtiua tibi moleſtaqꝫ fore cenſeo: ſiquidẽ ꝑ multos uiros q memoratu digni extitiſſent: breui inſpexeris.

Finit Præfatio.

## Plutarchi Cheronenſis Apophthegmata ad Traianum Cæſarem Fœliciter incipiunt.

## De Apophthegmatibus eorum qui apud Græcos maxime claruerunt.

Perſæ Cyrus rex

P Erſæ amãt hoĩes adunco naſo: qm̃ Cyrꝰ hac potiſſimũ forma reges eſſe delectaret̃. Aiebat em̃ Cyrus eos qui ſibi bona nollẽt: cogi ut alijſ parerẽt atqꝫ expedirẽt. Q̃dqꝫ neminẽ deceret imperare: q ſubditis nõ eſſet melior. Cũ

uero & mõtuoſa Perſarꝝ regio aſperaq; eſſet: uellẽtq; ꝓpt̃ea campe
ſtrẽ ac mollẽ capere: ne id qdẽ eſt paſſus: inquiẽs & plantarꝝ ſemina
& hoĩm mores atq; ingenia regionũ quoq; ſimilitudinẽ trahere.

Arius Xerxis pater: cũ de ſuis laudib⁹ prædicaret: aiebat & in Darius rex
d præliis ſeſe & piculoſis aduerſiſq; in reb⁹ prudẽtiorẽ fieri. Idẽ Xerxes rex
cũ tributa ſubditis impaſſet: ꝓuinciarꝝ præfectos accerſiuit: & an
tributa grauia eſſent interrogauit. Quib⁹ rñdẽtib⁹ ea mediocrit̃ ha
bere: iuſſit dimidiũ qſq; ſolueret. Cũ aũt punicũ malũ qdã & id q̃/
dẽ magnũ aperuiſſet: quærẽti cuidã quid nã tm̃ habere uellet: q̃ta
eſſet granorꝝ multitudo. Zopyros ſeſe uelle rñdit. Erat aũt Zopy/ Zopyrus
rus uir: tum probuſ: tũ amicus. Qui ubi ſeſe ipſe cecidiſſet nareſq; &
aures obtruncaſſet: & ita creditus Babylonius fefelliſſet ac Dario
tradidiſſet urbẽ: ſæpe dicebat Darius: lõge Zopyrũ malle integrũ
q̃ centũ capere Babylonas. Babylon

Emiramis qđ ſibi ſepulchrũ conſtruxerat: inſcripſit litteris: Semiramis
f Quicũq; rex pecuniiſ indiguerit: patefacto monumẽto q̃tuo Darius rex
luerit accipito. Itaq; Dari⁹ ſublato lapide pecuniarꝝ nihil inuenit:
ſed alias reperit litteras: quæ hæc dicerẽt: Ni malus uir eſſes ac nũ/
mis inſatiabilis: cadauerꝝ loculos nõ moueres.

Erxes Darii fili⁹ Arimeni fratri q ex agro Bactriano de regni Xerxes rex
x ſucceſſiõe ſecũ decertatur⁹ deſcẽderat: dona miſit iuſſitq; defe/
rẽtib⁹: illi dicerẽt: hiſce te ĩ præſẽtia honorat Xerxes frater. At ſi rex
deſignat⁹ fuerit: eris oĩm apud ſe maxim⁹. Cũ uero declaratus rex
eſſet: & eũ Arimeneſ cõtinuo adorauit ac diadema impoſuit: & Ari Arimenes
meni Xerxes ſecũdũ dignitatis gradũ poſt ſe dedit. Babyloniis aũt Babylonij
qm̃ defeciſſent: iratus potituſq; uictoria imperauit: arma ne ferrẽt:
ſed pſallerẽt: tibia uterent̃: ſcorta alerẽt: cauponice indulgerẽt: ac ſi/
nuoſis tunicis induerent̃. Vænalib⁹ aũt caric̃ quæ portarent̃ ex At
tica aiebat futurꝝ: ne pri⁹ ueſcerẽt: q̃ q; illas ferret ſolo potit⁹ foret.
Idẽ, q̃s ĩ caſtris ſpeculatores græcos deprehẽdiſſet: nullo ſupplicio Speculatores
affecit: qn ubi iuſſiſſet ut audacter induerẽt exercitũ libere dimiſit.

Rtaxerxes Xerxis fili⁹: cognomẽto Lõgimanus: qm̃ manũ al Artaxerxes
a terã haberet longiorẽ: aiebat bñficiũ addere lõge magis rega/
le eſſe q̃ auferre. Prim⁹ aũt iuſſit q & poſſent & uellẽt uenatores ia/
ctu initio uterent̃. Primuſ etiã iis ſuppliciũ ſtatuit: qui circa imperii
diſciplinã deliquiſſent: ut ꝓ cædẽdo corpe exuti ueſtibus cæderent̃
depoſitaq; tiara uellerentur. Satibarçane autem cubiculario iniu/ Satibarçanes
ſti quiddã ab eo petente: ubi non obſcure didiciſſet triginta milib⁹
daricis ab illo id fieri quæſtori impauit: totidẽ daricos ad ſe porta/
ret: q̃s illi tradẽs: Accipe inq̃t Satibarçane. Hos eñ cũ tibi dedero

pauperior certe futur⁹ nō ſū: at ſi tibi quæ petieras fecero: iniuſtior.

Cyrus — c Yrus iunior cū Lacedæmonios ut ſecū ſocietatē facerēt hortarēt: dicebat cor ſibi lōge graui⁹ eſſe ꝙ̄ fratri quodq̄ & plus meri ꝙ̄ ille biberet: & meli⁹ ferret: & ut ille uix in uenatiōib⁹ equis inſiſteret: at difficiliorib⁹ in reb⁹ ne in ſolio quidē. Hortabaē aūt uiros ad ſe mitterēt: monēs ac pollicēs peditib⁹ equos ſe datuꝝ: equitib⁹ uero bigas: uicos aūt quib⁹ prædia eſſent: at eos q uicos poſſiderēt factuꝝ ſe urbiū dn̄os: argēti ṽo & auri nō numeꝝ ſed pōd⁹ iis fore.

Artaxerxes — a Rtaxerxes hui⁹ frater cognomēto memor: nō adeūtibus mō ſed obſequentē benignūq̄ præſtabat: ueꝝ etiā legitimæ uxori iuſſerat: regii curr⁹ aulea undiq̄ tolleret: q̄ indigētib⁹ in itinere aditus pateret. Paupere aūt hoīe malū ingētis magnitudinis ei offerēte iucūde ſuſcepit: ꝑ ſolē inquiēs hic is mihi uideē: quē urbē q̄ʒ ex ꝑua magnā reddere poſſe exiſtimē. Cum uero aliqn̄ fugiēs cōmeatu impedimētiſq̄ direptis: ſiccis ficis ueſcereē ac pane ordeaceo: cuiuſmodi inquit uoluptatis rudis eram.

Paryſatis, Cyrus rex, Artaxerxes rex — p Aryſatis filia Cyri & Artaxerxis mater: iubebat: qui rex aparate quippiā & imperio ſe dicturus eſſet: ucrbiſ grauiſſimis atq̄ ornatiſſimis uteretur.

Orontes — o Rontes regis Artaxerxis gener: cū ob irā in ignominiā excidiſſet: cōtemptuiq̄ eſſet: inq̄t: quēadmodū cōputatoꝝ digiti nūc decies millenarios numeros: nūc unarios queūt ponere: eodem q̄ʒ modo regū amicos poſſe qn̄q̄ totū qn̄q̄ minimū.

Memnon, Darius, Alexāder rex — m Emnon qui cōtra Alexandrū pro rege Dario bellum gereret: quendā qui ſub ſe merens multa de Alexandro maledice petulanterq̄ loquereē: ubi lancea percuſſiſſet: Ego te inquit alo ut pugnes: nō ut maledicas Alexandro.

Reges ægyptiorum — a Egyptioꝝ reges ꝓ ſui ipſoq̄ lege adiurabāt iudices: ne q̄d per iniuriā aliqn̄ iudicarēt: ſi reges id etiā ipſi imperaſſent.

Poltys rex, Helena — p Oltys rex Thracū cū in Troiano bello: & a Troianis eū & ab Acheis legati ſimul adiiſſent: iuſſit ut Helenā redderēt duaſq̄ a ſe pulchras muleres Alexander acciperet.

Teres, Sitalcus — t Eres Sitalci pater dicere cōſueuit cū ocioſus eſſet neq̄ rei militari operā daret: nihilo ſe ſua ſentētia agaſonib⁹ præſtare.

Cotys — c Otys pardā largiēti: leonē ipſe cōtra largituſ eſt. Cūq̄ natura excādeſceret & in eos q in miniſteriiſ deliquiſſent aīaduerteret graui⁹: ubi ab ꝑegrino uaſa fictilia deportata forēt: & cū & fragilia & tenuia: tū etiā apte atq̄ magnifice laborata: cælata: tornataq̄ politiſſime: peregrino q̄dē illi dedit dona: at uaſa cōfregit oīa: ne ꝑ irā ut ait: amarius illos plecteret qui ea cōfregiſſent.

# APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

i Dathyrſus rex Scytharũ aduerſus quem traieciſſet Darius: ſuaſit Ionum tyrannis: ut ſoluto Iſtri iugo effugerẽt: ac ſeſe in libertatem uendicarẽt. Quod cum ob ſuam in Dariũ fidem facere noluiſſent: mancipia frugi mãſueta minimeqꝫ fugitiua appellabat.

Idathyrſus rex
Darius

a Teas ad Philippum ſcribens ait: Tu quidẽ Macedonibus imperitas hominibus ijs qui bellandi peritiã didicerũt: ego autẽ Scythis qui aduerſus famẽ & ſitim pugnare poſſunt. Idem cum equũ pecteret Philippi legatos interrogauit: num hoc Philippꝰ faceret? Iſmeniã uero quem captiuũ egerat tibicinẽ optimũ tibia uti iuſſit: admirãtibus aũt reliquis: iurauit equeſtrem hinnitũ auditu ſibi iucundiorem eſſe.

Ateas rex
Philippꝰ rex
Scythæ

ſ Cylurus cũ relictis maribus filijs octoginta diem eſſet obiturus: haſtiliũ faſcem cuiqꝫ obtendens ut illum cõfringerẽt iubebat. Id aũt ſingulis ſe poſſe negãtibus: ipſe ſingillatim educta haſtilia omĩa facile cõfregit: Ita docẽs illos ubi una eſſe perſeuerarẽt: firmos ac potẽtis fore: imbecillos aũt ſi ſepararent ac diſſiderẽt.

Scylurus

ſ Elo tyrannus quo tempore Carthaginẽſes ad Imerã debellauit: pacem cum ijs acturus coegit: fœderibus inſcriberẽt fore: ut etiam filij a præſtandis Saturno ſacrificijs quieſcerẽt. Educebat præterea Syracuſanos perſæpe: perinde atqꝫ ad militiæ plantationiſqꝫ munus: quo & ager melior cultu redderet: & ne ipſi per ociũ deteriores fierẽt: idem cum ob petitas pecunias ciues tumultuarẽtur: eo ſe pacto petere pecunias dixit ut eas reſtitueret: quas etiam poſt bellum reſtituit. Cum uero in cõuiuio lyra circumferret: temperãtibus deinceps & cõtinentibꝰ reliquis: ipſe equũ adduci iuſſit quem leuiter facileqꝫ inſiluit.

Selo
Carthaginenſes
Imera
Saturnus
Syracuſani
Lyra

h Iero poſt Gelonẽ tyrannus eorꝫ neminẽ qui liberius eum licẽtiuſqꝫ adirẽt intempeſtiuũ dicebat eſſe. Qui autẽ ſecretum uerbum occultũqꝫ efferrent: iniuria afficere etiam illos exiſtimabat ad quos efferret. Odimus em̃ nõ efferẽtis modo: uerũ etiam audiẽtis quæ noluimus. Obiurgatus autẽ a quodam q̃ ſibi os fœteret: ſuæ id uxori crimini dabat: utpote quæ nihil unq̃ꝫ hac de re dixiſſet. At illa ait: Exiſtimabã em̃ uiros om̃is ita olere. Xenophani uero Colophonio dictitãti uix ſe alere duos ſeruos reſpõdit: At Homerus cui tu detrahis: pluris q̃ꝫ decẽ milia uel mortuus alit. Epicharmũ autẽ Comicũ quoniã uxore eius præſente laſciue aliquid locutus eſſet: affecit mulcta.

Hiero tyrãnꝰ
Gelon
Xenophanes
Homerus
Epicharmus

d Ionyſius ſenior cum forte concionatores pro litterarũ ordine traherentur: ubi. d. littera ſorti ipſi obueniſſet: ad eum qui dixiſſet: delyras Dionyſi: dominabimur ergo rñdit. Atqꝫ ubi cõcionẽ

Dionyſius ſenior

Syracuſani habuiſſet: cõtinuo a Syracuſanis prætor deſignatus eſt. Sed poſtea ꝙ in tyrannidis initio obſideref: inſurgentib⁹ aduerſus eũ ciuibus amici cõſulebant: ni uellet ſuperat⁹ captuſꝗ mortẽ dare: magiſtratũ imperiũꝗ deponeret. At ille bouẽ a coquo iugulatũ cõfeſtimꝗ prolapſum intuens: deinde nõ iniucundum ac triſte eſt inquit nos metu mortis quæ adeo breuis eſt: tantũ ac tale imperiũ deſerere? Idem cũ filiũ cui principatũ erat relictur⁹: accepiſſet ingenui uiri cõiugẽ uitiaſſe: illũ iracũde interrogauit: ſi quid huiuſmodi a ſe perpetratũ noſſet. Adoleſcente aũt reſpondẽte: Tu eñ nõ habuiſti patrẽ tyrannũ: Nec tu inquit habebis filiũ: ni hæc perpetrare deſieris. Itẽ cum ad eũ ingreſſus uidiſſet ingentẽ poculoꝝ aureoꝝ argẽteoꝝꝗ multitudinẽ: exclamãs inquit: tyrann⁹ in te nõ eſt qui a tanta poculoꝝ quæ a me accipis copia amicũ tibi neminẽ compararis. Pecunias aũt a Syracuſanis exigẽs atꝗ illos deinde intuẽs queri precari ac dicere pecuniaꝝ ſibi adeſſe nihil ut alias ſoluerẽt iuſſit: & id biſ terue effecit. Sed ubi pluris imperaſſet: & eos ridere ac in foro circũ uentis cauillari audiſſet ut quieſcerẽt iuſſit: nũc eñ nihil habẽt qñ quidẽ nos deſpiciũt. Matri uero quæ ætate cõfecta eſſet uelletꝗ tũ nubere: ait ciuitatiſ legib⁹ uim poſſe afferri: naturæ aũt haud poſſe. Atꝗ cũ reliqs ſontes atꝗ malefactores grauiſſimis ſupplicijs plecteret: ueſtiũ furib⁹ cognoſcebat quo Syracuſani cœnis atꝗ ebrietatib⁹ quib⁹ inuicẽ utebanf abſtinerẽt. Item cũ peregrin⁹ quidã diceret ſe illi priuatim elocutuꝝ: quo pacto inſidiãtis prænoſceret ut

Dionyſius eloquereſ iuſſit. Cũ uero is Dionyſiũ adiſſet dixiſſetꝗ: Da mihi talentũ ꝙ inſidiantiũ ſigna audiſſe uideare: dedit id quidẽ ea audiſſe ſimulãs: & ita hoĩs doctrina admirabaſ. Item interroganti an eſſet ocioſus: nunꝗ mihi hoc inquit accidat. At cũ accepiſſet duos adoleſcentes multa de ſe ſuaꝗ tyrãnide petulãter malediceꝗ locutos: inſ potãdũ utrũꝗ ad cœnã inuitauit. Quoꝝ cũ alteꝝ ebrioſe mĺta cõtumelioſeꝗ delyrãtẽ: alteꝝ raro moderate aſſeruãterꝗ bibentẽ intuereſ: illũ quidẽ dimiſit: utpote qui natura eſſet contumelioſus & ob ebrietatẽ maledixiſſet: hunc aũt e medio ſuſtulit: quippe q dedita opa ut & maliuolus & hoſtis idẽ ppetraſſet. Accuſantib⁹ uero qbuſdã hoĩem a ſe honorari & ad dignitatẽ ꝓuehi: q & improb⁹ foret & moleſt⁹ ciuib⁹. At uolo inqt eũ eſſe quẽ magis ꝙ me oderint.

Corinthioꝝ legati Atꝗ ubi Corinthioꝝ legati munera quæ ijs dederat nõ acciperẽt ꝓpter legẽ quæ legatos nõ ſineret a principe munera capere: grauẽ eos rẽ facere inqt qui ꝙ nõ ſolũ boni tyrãnides haberẽt tollerẽt doceretꝗ etiam beneficiũ tyranni formidandũ eſſe. Cum etiã apud ſe increbruiſſet cuidã ex ciuib⁹ auꝝ domi defoſſum eſſe: iuſſit ad ſe de

ferret. Sed ubi uir ille parua quadam ſurrepta particula in aſiã urbem tranſmigraſſet atq; prædiũ emiſſet: eo accerſito ut om̃e id auri reciperet: iuſſit: quo in opera uteret̃ neq; amplius quod utile eſſet inutile faceret.

a T iunior Dionyſius dicebat multos alere ſophiſtas: non q̃ illos admiraretur: ſed quoniã per illos admirationi eſſe uellet. Polyxeno aũt dialectico affirmante eum ſe uerbis reprobatuꝝ: At ego inqt reb⁹ te reprobo: q̃ppe q̃ tuis relictis me meaq; obſeruas. Eiectus aũt ex tyrannide cũ interrogaret̃: quid tibi Plato ac philoſophia profuit: reſpondit: ut æquo animo facileq; ferrẽ huiuſmodi fortunæ mutabilitatẽ. Interrogatus quoq; quo nã modo factũ ſit ut cũ eius pater & pauper & priuat⁹ Syracuſanos in ſuã ditionem uendicaſſet: ipſe & tyrann⁹ & tyranni fili⁹ amiſerit. At pater inquit cum popularis dominatus odio eſſet: res inuaſit: ego uero cum tyrannis in inuidia eſſet. Verũ cum ab alio idem rogaret̃: Pater inq̃t ſuam mihi tyrannida reliquit: nõ fortunã.

Dionyſi⁹ iunior — Sophiſtæ — Polyxenus — Plato — Syracuſani

a Gathocles figuli fuit fili⁹: q̃ Siciliæ dominatũ adeptus rexq; appellat⁹: fictilia pocula cõſueuit inter aurea ponere: eaq; iunioribus oſtendẽs dicere: Ego cũ huiuſmodi aurea pocula cõſueſſem in præſentia q̃d diligẽtiæ ac fortitudini ſtuduerim hæc facio. Inſup̃ cũ urbẽ obſideret: & quidã e mœnib⁹ per conuitiũ diceret: O figule quo pacto ſtipendiũ ſolues: mãſuete is atq; ſurridẽs ait: cũ hanc urbẽ cœpero. Cum aũt uirib⁹ in ſuã egiſſet ditionẽ: captiuos uenũdabat inquiẽs: Si cõuitio me rurſus affeceritis querar apud dños ueſtros. Ithaceſijs uero ei⁹ nautas accuſantib⁹ q̃ inſulã adorti pecora aliqua abſtuliſſent. At ueſter rex inquit cũ ad nos iſſet: nõ modo pecore ablato ueꝝ excæcato paſtore abijt.

Agathocles rex — Sicilia — Conuitiũ — Ithaceſij

d Ion q̃ Dionyſiũ exegit ex tyrãnide: cũ Calippũ cui oĩm uni & hoſpitũ & amicoꝝ maxime fideret: inſidias ſibi tendere acceſpiſſet: eũ arguere paſſus nõ eſt: Mori inquiẽs lõge præſtare q̃ uiuere: ubi nõ hoſtes ſolũ ſed etiã amicos cauere oportuerit.

Dion

a Rchelaus cum in potu familiaris petulantior quidam aureũ ſcyphum ab eo peteret: illum ut Euripidi traderet: iuſſit puero. Admirante aũt homine: Tu em̃ inquit qui petas: at hic qui accipiat dignus eſt uel non petens. Cum autem a loquaciore tonſore interrogaretur: quonam modo te tondeo: tacens inquit. Item cum Euripides pulchrũ Agathonem iam pubeſcentem in conuiuio cõplecteret̃ atq; ſuauiaret: ad amicos conuerſus ait: Nulla uos admiratio capiat: pulchroꝝ em̃ etiam autumn⁹ pulcher eſt. Præterea cũ Timothæus citharedus q̃m pauciora accepiſſet q̃ ſperarat: palã eũ

Archelaus — Scyphus — Euripides — Agathon — Timothe⁹

accuſaret: & hanc aliquãdo particulam cõcinnens: At tu terræ filiũ argentũ laudas: in illum ſententiã detorqueret: cõcinne in eum re/
Archelaus torſit Archelaus: Tu aũt flagitas. Et cum quidã aqua eum inſper/ ſiſſet: irritatus aduerſus hominẽ ab amicis: At nõ me inſperſit inqt ſed illũ quẽ eſſe exiſtimauit.

Philipp⁹ rex Alexander Theophraſt⁹ Atheniẽſes — Philippum Alexandri patrẽ Theophraſtus tradit: nõ ſolũ genere & dignitate regia: ſed etiam forma & moribus maiorem cæteris regibus moderationeq́ꝫ extitiſſe. Is Atheniẽſes beatos eſſe prædicabat: quippe qui ſingulis annis decem cum imperio prætores quos deligerẽt inuenirẽt: cum ipſe in multis annis unũ ſolũ imperatorem inuenerit Parmenionẽ. Inſuper cum multæ res ex ſententia clariſſimeq́ꝫ geſtæ uno die ei nunciarent̃. O fortuna inquit: par<sub></sub>

Fortuna

aliquid mihi mali pro tantis talibuſq́ꝫ bonis facito. Idem cum poſt
Græci deuictos Græcos nõnulli cõſulerent: præſidijs urbes continere: reſpõdit malle frugi ſe longũ tempus q̃ herum breue appellari. Atq́ꝫ amicis iubentibus ut maledicum & cõuitiatorẽ quendã expelleret:
Smicythus id factu ſe negauit: ne inter pluris circũiens malediceret. Et Smi/
Nicanor cytho Nicanora inſimulante q́ꝫ aſſidue Philippũ maledictis lacera
Philippus ret: amiciſq́ꝫ ſuadẽtibus accerſendũ illum ac plectendũ eſſe: uerum Nicanor inquit: nõ eſt Macedonum nequiſſimus: Itaq́ꝫ cõſiderandũ eſt ne quid aduerſus nos agat̃. Atq́ꝫ ubi nouit Nicanora inopia uæhemẽter affligi: & a ſe neglectum: imperauit largitionis quiddã ei dari. Rurſuſq́ꝫ cũ Smicythus diceret mirificas de eo apud oĩs laudes Nicanora indefeſſe prædicare: Videtiſne inquit: in nobis eſſe &
Atheniẽſes uituperari & laudari? Athenienſiũ uero factionũ ducibus gratias
Conuitiũ habere ſe dicebat: q ſuis cõuitijs meliorẽ ipſũ facerẽt: cũ uerbis: tũ etiã morib⁹: Enitor eñ eos & uerbis ſil & rebus mendacij arguere.
Macedones At cum Athenienſes quotquot ad Chæroniã captos gratis dimi/
Philipp⁹ rex ſiſſet ſuos amictus ſtrataq́ꝫ repoſcerẽt: ob idq́ꝫ Macedonas accuſa/
Clauícula rent: ſurridens Philippus inquit: Nõne ueſtra ſentẽtia Athenienſes
Medicus putant in taloꝝ ſe ludo a nobis uictos? Cum autẽ ei bellanti claui/
Amphoterus cula fracta eſſet: & medicus qui eum curabat: quotidie prorſus ali-
Craterus quid peteret: Et ſume inquit quot uolueris nõ clauem habes. Præterea cum duos fratres Amphoterũ & Craterũ intueret̃: & Crateꝝ quidẽ tum acutũ: tum ſtrenuũ: Amphoterũ uero hebetẽ ac ſtultũ: dicere ſolitus ẽ: Craterũ Amphoterũ eſſe. Amphoterus aũt utrũq́ꝫ ſignificat: ad Amphoterũ eſſe neutrũ. Eos aũt qui cõſulebãt amarius eſſe utendũ Atheniẽſib⁹: inſanire dicebat: qui hominẽ qui ad gloriã oĩa agẽdo patiẽdoq́ꝫ referret: gloriæ theatrũ iuberẽt abijcere. Cunq́ꝫ duos improbos flagitioſoſq́ꝫ iudicaret: ſententiã tulit

ut alter e Macedonia fugeret: alter ut illũ inſequeret̃. Et cum in bo- Macedonia
no agro caſtra foret poſiturus: audiretq; illic pabulũ iumentis nõ
eſſe: Cuiuſmodi inquit noſtra eſt uita: ſi ad aſinorũ cõmodum no-
bis uiuẽdũ eſt? At cum munitiſſimũ caſtellum quoddã capere uel-
let: ubi exploratores retuliſſent ꝙ difficillimũ eſſe & nullo modo ca Exploratores
pi poſſe: rogauit: an ita eſſet difficile quo ne aſinus quidẽ auro onu- Aſinus
ſtus quireret accedere? Atqui cũ Laſchenis Olynthij milites que-
rerentur moleſtiſſimeq; ferrent: quod a Philippi militibus prodito Philippꝰ rex
res per cõtumeliam uocarent̃: Ineptos inquit Macedonas natura Proditores
eſſe & agreſtis: qui ſcapham etiã ſcapham dicerẽt. Filium uero ad- Scapha
monebat Macedonibꝰ blande atq; gratioſe utendum ſe præſtaret: Macedones
quo ſibi multitudinis uires compararet: donec alio rege humanũ
eſſe licebat. Conſulebat quoq; ut qui in ciuitatibus uiribꝰ præſta-
ret: & bonos uiros amicos ſibi cõparet & malos: deinde alteris ute
retur: alteris abuteret̃. Idem Philoni Thebano & benefico & hoſpi Philo
ti per id temporis quo Thebis degebat obſes: cũ nullũ a ſe poſtea Thebæ
munus uellet accipere ait: Noli me quæſo hac priuare præſtantia
uincendi ſiquidẽ beneficio gratiaq; ſuperas. Multos aũt quos bel-
lo cœperat: eos uenundans ſublata impeditaq; tunica ſedebat ne-
quaq; decore. Itaq; unus ex ijs qui uenundabant̃ clamauit: Igno-
ſce mihi Philippe: Nam a patre amicitia mihi tecũ eſt. Interrogãte
aũt Philippo: unde homo amicꝰ es & quomodo: ait propius acce-
dens tibi eloquar. Vt aũt propius factus eſt: parũper inferius chla-
myda demitte: ita eñ ineptus ſedes. At Philippus: iſtum ait dimit- Philippus
te: nam qui uero beniuolus atq; amicus eſſet latebat me. Præterea
cum ab hoſpite quodam ad cœnã inuitatus: multos quos obuios
habuiſſet adduceret: uideretq; hoſpitẽ turbatũ: non eñ ſufficiebãt
quæ parata erãt: ſingulis amicis cõmonefactis: ut placẽtæ locũ re-
linquerẽt: iubebat. Ii uero ita eſſe putãtes expectãteſq; comedebãt
haud multũ: atq; oĩbus hoc pacto ſatis fuit. Hipparchi autẽ Eu- Hipparchus
boici mortẽ nõ obſcure moleſte tulit. Dicẽte aũt quodam: attamẽ
tempeſtiue ille ac mature mortuꝰ ẽ: Sibi quidẽ: reſpõdit: mihi qui-
dem celeriter: Prius eñ diem obijt ꝙ a me dignam amicitia noſtra
gratiam receperit. Rurſus cum accepiſſet Alexandrum queri: ac ei Alexander
crimini dare ꝙ filios ex pluribus ſuſciperet mulieribus: proinde in-
quit quandoquidẽ multos habes regni æmulos: dato operam ut
& honeſtus & probus fias: quo non mea ſed tua gratia regnũ adi-
piſcaris. Eundemq; iubebat ut & Ariſtotelem obſeruaret philiſo- Ariſtoteles
phiæq; ſtuderet: ne qd multa huiuſmodi agas quæ egiſſet me pœ- Philoſophia
nitet. Cum item ex Antipatri amicis quẽdam iudicũ numero aſcri- Antipater

pſiſſet: poſteaq; & barbam ſibi & capillū inficere certo ſenſiſſet: ho-
minē remouit: inquiēs qui in pilis fidus nō foret: eū non eſſe dignū
Machetas existimandū qui fidē in rebus ſeruaret. Machetæ uero cuiuſdã cau-
ſam iudicans q̄m eſſet ſomnolētus: minus accurate ꝙ iuris foret at
tendebat: proinde aduerſus eum ſententiã tulit. Illo aūt reclamãte
prouocare ſe iudiciū: iratus Philipp⁹: ad quē inquit: & Machetas:
ad teipſum rex ſubdidit: ſi uigilãs quidē attendenſq; audieris. Sur-
rexit tunc Philippus: ubi uero magis ad ſe rediſſet noſſetq; iniuria
Machetã affectum: iudicium quidē nō reſcidit ac æſtimationē litis
Harpalus ipſe perſoluit. Item cū Harpalus rogaret: ut Crateta gentilē ac fami
liarē ſuū qui eſſet iniuriaꝝ accuſatus iudicio liberaret: ne in conui-
tio foret: ac nihilo tñ minus mulctã ſolueret: melius eſt inquit hūc
ipſum ꝙ nos hui⁹ cauſa in infamia eſſe. Ad hæc grauiter amicis &
Peloponneſes inique ferentibus: Peloponneſes bñficiis affectos in Olympiis ad-
uerſus eum inſuſurrare atq; obſtrepere turpiter: Quid igit̃ inquit
ſi male afficiant̃? At cū pluſculū temporis militiæ ſomno indulſiſ-
Antipater ſet: deinde ubi ſurrexit: tuto inquit dormiebã: Antipater em̄ uigila-
Græci bat. Rurſus cum interdiu is dormiret: & græci qui ad fores cōuene-
Parmenio rant grauiter id ferrent atq; incuſarēt: Parmenio ne admiremini ait
Philippus ſi nunc Philippus dormit: nam cum uos dormiretis hic uigilabat.
Pſaltes Cum uero Pſalten quendã uellet inter cœnandū emendare: ac de
pulſãdis chordis diſſerere: ait Pſaltes: Supi id abs te mali rex auer-
Olympias tant: ut hæc ꝙ ego melius ipſe teneas. At cum per id temporis quo
Demarathus in Olympiada uxorē & in Alexandrū filiū erat iratus: Demarath⁹
Corinthius ad ſe ueniſſet: quæſiuit quo pacto inuicē Græci habe-
rent. Demarathus aūt ualde profecto inquit: Græcoꝝ concordia
tibi curæ eſt: qñquidē neceſſarii atq; propinquiſſimi affecti adeo in
te ſunt. Quod cū ille conſideraſſet: depoſuit irã & eis reconciliatus
Anus eſt. Anus uero paupercula cum rogaret: ut ſuam cauſam iudicaret:
Philipp⁹ rex eſſetq; ſæpe importunior. Philippus ait ocioſum ſe non eſſe. Tunc
anus uociferans inquit: ac regē te noli. Ille aūt uerbum admiratus:
nō illã modo ſed alias quoq; cōtinuo audiuit.

Alexander A Lexãder adhuc puer: iis quæ proſpere Philipp⁹ multa ac præ-
clare gereret: minime lætabat̃: ſed ad ſodales cōuerſus pueros
dicebat: ac mihi pater nihil relinquet. Rñdētibus aūt pueris: Ille ti-
bi hæc comparat. Verū quid prodeſt inquit: ſi multa ſint nobis cū
Olympiaci agamus nihil. Idem cum & leuitate corporis & pedum uelocitate
ludi plurimū ualeret: hortat⁹ a prē ut in olympiacis ludis ſtadiū curre-
Stadium ret: ait: facerē id quidē ſi cum regib⁹ certamē mihi futuꝝ. In multã
Puella uero noctem cum ad eum puella quo quieſceret: adducta foret: in-

terrogauit quid tam ſero. Illa autem reſpondente: expectaui enim quoad uir cubaret: grauiter in ſeruos animaduertit: quoniā quan/ *Serui* tum in illis fuerat adulterium fere perpetraſſet. Atqui cum dijs im *Adulterium* mortalibus largius odores ſacrificaret: Leonides pædagogus quo *Leonides* præſente perſæpe thus arripet: ſic ait: Heus tu puer large odores of *Epiſtola* feres cum regionis thurifere potiere. Eius igitur potius ad illū epi/ *Thus* ſtolam dedit: Miſi ad te thuris & caſiæ talēta: ne quæ minima ſunt *Caſia* maximi facias in diuinis rebus: utpote qui non ſis neſcius non pig/ *Talenta* mentiferi potitos ſoli. Item cum Granici prælium pugnaturꝰ eſſet: *Macedones* Macedonas hortabatur: affatim cœnarent: ac omnia in mediū fer/ *Perillus* rent: perinde ut ex hoſtium rebus poſtridie cœnaturi. Inſuper cum *Talēta.l.* ex amicorum numero Perillus quidam dotem filiarum gratia pe/ teret: talēta ut quinquaginta acciperet iuſſit. Eo autem dicente: de/ cem ſatis eſſe: tibi dixit accipere quidē ſatis ē: at mihi dare nequaꝗ̄ ſatis. Quæſtori autē cum iuſſiſſet ut Anaxarcho philoſopho quan *Quæſtor* tum peteret daret: quæſtorqꝫ dixiſſet: talenta centū eum petere: pul *Anaxarchus* chre inquit facit. Nouit enim & amicum ſe habere: & eum quidem *Philoſophus* amicum: qui talia elargiri & poſſit & uelit. At cum Mileti multas *Miletum* athletarum ſtatuas qui in Olympiacis Phythijſqꝫ ludis uictoriæ co *Athletæ* rona donati eſſent: intuereť: forſitan huiuſcemodi corpora tunc ait extiterūt quando Barbari urbē ueſtrā obſidebant. Et cum Ada re/ *Barbari* gina Carum obſonia atqꝫ cruſtulas per artifices & coquos paratas *Ada regina* magnifice ad eum ſemper mittere delectaretur: inquit: melioris ſi/ bi eſſe obſonatores ad prandium quidem nocturnum iter: ad cœ/ nam uero prandij paucitatem. Omnibus autē ad pugnam inſtru/ ctis cum prætores militum interrogaſſent: num ad hæc aliud quic/ quā iubes? Nihil reſpondit: niſi ut barbæ Macedonum radantur. Parmonione uero admirante: an ignoras inquit captum in prælio nullū eſſe ꝗ̄ barbæ meliorem? Atqꝫ cum a Dario ei talentum per/ *Parmenio* multa milia dareť: & ut Aſiam ex æquo diuideret: diceretqꝫ Par/ *Darius* menio: equidem acciperē ſi Alexander eſſem. Et ego quoqꝫ per Io/ *Aſia* uem inquit ſi Parmenio eſſem. Dario autem reſpōdit: neqꝫ terram *Alexander* duos ſoles: neqꝫ Aſiam reges duos tolerare. Et cum ad Arbelas ad *Iupiter* uerſus decies centena hominum milia de ſumma rerum acie dimi *Aſia* caturus foret: eum amici adiere qui milites accuſarent: quod intra tabernacula ſermones haberent ac paciſcerentur: ut nihil omnino ſpoliorum in regiam relaturi forent: ſed ſibijpſis comparaturi. At ille ſubridens: bona inquit nunciatis omnia: Audio enim ijs uiris uincendi non fugiendi couſultationes eſſe: ac permulti milites eum adeuntes: Rex aiebant: fide: neqꝫ hoſtium multitudinem pertime/

Pedor ſce: ipſum enim pedorem noſtrum non perferrent. Inſtructo autẽ exercitu cum militem quendam intueretur qui iaculum amentaret ex acie: ut inutilem expulit: quippe qui tunc inſtrueretur cum iam armis utendum eſſet.

Epiſtola — Antipater: Epiſtolam uero quæ a matre ad eum data: ſecretas accuſatiões in Antipatrũ atq; calumnias cõtineret: dũ una cũ Eueſtione uti conſueuerat: lectitaret: illũ non amouit: ſed cũ legiſſet: ſui quem eduxerat anuli illius ori gemmã appoſuit.

Hamnon: Idem in Hamnonis templo cum Iouis filius a propheta eſſet appellatus: Haud inquit mirũ: omniũ eñ Iupiter natura pater eſt: ſuos aũt eos efficit qui optimi ſunt. Sagittæ aũt ictu in crure uulneratus: ut eorũ multi cõcurriſſent qui eum appellare deũ conſueſſent: læta hilariq; facie: hic quidẽ ſanguis ẽ ait ut uidetis & cruor: Cælicolæ qualẽ diui miſere flentẽ.

Cælicolæ — Antipater — Parſimonia: Quibuſdã uero Antipatri parſimoniã tenuitatẽq; laudãtibus: utpote qui dure auſtereq; degeret: Extrinſecus inquit Antipater albis eſt uulgaribuſq; ueſtibus: intrinſecus uero purpureis prorſus. Per hyemẽ uero ac frigus cum apud amicũ epularet: eſſetq; & focus paruus & parũ ignis allatum: ut uel ligna uel thus ingereret iuſſit.

Antipatrides — Pſaltria: Atq; cum Antipatrides formoſam pſaltriam duxiſſet ad cœnã: facie in eius amorẽ Alexander cõmotus: Antipatriden rogauit: nũquid mulieris amore teneret? Id aũt illo cõfitente: O ſceleſte ait: nõ abduces cõtinuo e conuiuio mulierẽ. Item Pythona: quem Euius tibicẽ amabat: cum ui Caſſander ſuauitare uellet: idq; ægre ferentẽ Euium intueret Alexander: iracunde in Caſſandrũ exiliuit uociferãs: Ergo nec quẽq̃ p uos amari licet.

Caſſander: Cũ eos aũt Macedonas q aduerſa ualitudine laborarẽt: qq; manci debiles inutileſq; eſſent ad mare dimitteret: qdã oſtẽſus ẽ q ſeſe int ægrotos ſcripſerat: cũ is tñ nequaq; ægrotaret. Is igit ubi corã adduct⁹ ac diligenter examinatus: cõfeſſus eſt eo ſe id cauſæ inueniſſe: quoniã amore Teleſippæ: quæ ad mare abiret: uæhemẽter cruciaret: quæſiuit Alexander: qui cũ de Teleſippa ſermo habẽdus eſſet: Verũ ubi didicit eam eſſe liberã: proinde ait: O Antigenes ſuadeamus Teleſippæ nobiſcũ ut maneat: nã liberæ mulieri uim afferre noſtrũ nõ eſt.

Teleſippa — Alexander — Antigenes

Theſſali: Quos aũt Græcos apud hoſtes merentes captiuoſ egerat: Athenienſes quidẽ in pedicis cuſtodiri iuſſit: qm̃ qui alimentũ ex publico haberẽt ſtipendijs militarẽt. Theſſalos uero q agrũ quem optimũ poſſiderẽt haud colerent. At Thebanos dimiſit inquiẽs: qm̃ ſolis hiſce neq; urbs neq; ager per nos reliquus eſt.

Ludi: Qui aũt inter ludos optime arcu uti uideret: diceret q; p anulũ ſagittã emittere: eũ cũ haberet captiuũ: ut id oſtẽderet iuſſit. Quod cũ ille nollet: iratus Alexander hominẽ imperauit interemi. Ille uero cum ageretur: ubi

ad eos a quibus agebat̃ conuerſus diceret: multos ſe dies ei rei non
ſtuduiſſe: proptereaq; ne aberraret timuiſſet: id poſteaꝙ Alexāder
audiſſet & miratum eſſe: & muneribus donatum hominē liberaſſe
quoniam occiſum iri ſe ꝙ indignum gloria uideri maluiſſet. Inſu-
per cum Taxilles quidam rex unus Indoꝝ obuiam factus inuita- | Taxilles
ret Alexandrum: ne prælium ſecum uellet neq; bellum: quinpotiꝰ
ſiquidē minor eſſet ut ſibi bñfieri pateret̃: ſin ipſe præſtaret ut bñfa-
ceret: reſpondit: At ob hoc ipſum pugnandum eſt: uter bñficus ui-
ctor euaſerit. At qui cū de ſaxo Indoꝝ illo accepiſſet: quod perinde | Indi
quaſi auibus inacceſſibile ſit aornum appellat̃: ut locus quidē diffi
cillimus captu eſſet: at qui illū teneret meticuloſus: nunc inquit lo-
cus iſte facillimꝰ captu ē. Præterea ubi alius cui ſaxū eſſet: quod mi
nime capi poſſe uideret̃: ſe cum ſaxo ſimul ac uiribꝰ Alexandro de- | Alexander
didit: eum regnare iuſſit ac ſolum addidit: inquiēs: Sapere mihi ui-
det̃ homo hic qui probo uiro ſe potius ꝙ tuto loco munitoq; credi
derit. Poſt illius uero ſaxi captiuitatē cum amici dicerēt Herculē ab | Hercules
eo rebus geſtis ſuperatū: at ego inquit meas res geſtas ſimul cū im-
perio ne uno quidem uerbo cum Herculis rebus conferēdas puto.
Quoſdam uero ex amicis quos in aleaꝝ ludo haud uti ioco didice-
rat mulctauit. Inter primarios aūt optimoſq; amicos Crateꝝ unū | Craterus
omniū maxime honorabat: Amabat aūt Epheſtionē. Nam Crate | Epheſtio
rus ait regis amator eſt: Epheſtio uero Alexandri ſtudioſus. Zeno- | Alexāder rex
crati uero philoſopho quinquaginta talēta cum miſiſſet: atq; is ea | Zenocrates
nō accepiſſet: quod ſibi iiſce opus nō eſſe diceret: rogauit an ne ami | philoſophus
cum quidē Xenocrates haberet? Nam mihi inquit uix Darij diui- | Darius rex
tiæ in amicos ſuffecerūt. At cū Porus ab eo poſt pugnā interroga- | Porus
tus: quo te pacto utar? Regaliter reſpondiſſet. Interrogatuſq; iteꝝ:
nunquid præterea aliud: oīa in ipſo regaliter ineſſe dixiſſet? Admi-
ratus Alexāder eiꝰ uiri: tū grauitatē: tum etiā probitatē plus ſoli ad
id quod antea habuiſſet addidit. Certior aūt factus ſe a quodā cō-
uitio affici: Regale inquit ē eū qui bñficus ſit uituperari. Ad poſtre
mum cum diē obiret: ad amicos aſpiciēs ait: Magnam mei funeris
laudationē fore intueor.

Emades orator poſteaꝙ ex hac luce Alexāder emigraſſet: aie- | Demades
d bat ſe uidere Macedonum exercitum: quoniā principe eſſet or- | Alexander
barus: excæcato Cyclopi perſimilē. | Cyclopx

Tolemæus Lagi filius frequentiſſime apud amicos & cœna- | Ptolemæus
p bat & dormiebat. Qꝫ ſi aliquando cœnam præberet rebus il- | Lagus
loꝝ utebat̃. Accerſebat eñ ſcyphos: ſtrata ac mēſas: præter neceſſa-
ria poſſidebat nihil: quin alios locupletes efficere regale magis eſſe

dicebat ꝙ̄ locupletari.

Antigonus A Ntigonus exigendis pecunijs erat acriter intentus. Quodam
Alexander uero dicēte: At Alexander talis nō erat. Probe inquit. Ille em̄
Aſia metebat Aſiam: ego aūt culmos lego. At cum milites quoſdā eſſet
intutus q thoracib⁹ & galeis pilā luderēt: gauiſus eſt: eorūq; duces
accerſiuit q̄s laudaret. Vt aūt audiuit eos bibere: illoꝝ ducatus mi
litib⁹ dedit. Idē admirātib⁹ cunctis ꝙ poſteaq̄ ſenectutē attigiſſet:
humaniter atq; manſuete rebus uteretur: Antea em̄ inquit potētia
Philippus mihi opus erat: ſed nunc & gloria & beniuolētia. Philippo aūt filio
multis præſentibus percunctanti: q̄n caſtra mouebim⁹? Quid inq̄t
times: nunquid ne ſolus tubā audias? Feſtināte uero adoleſcēte ca
pere domū apud uiduā mulierē: quæ tris uenuſtas haberet filias:
cū quendā hoſpitalibus muneribus inuitaſſet: inquit: Non educes
filiū meū ab anguſtijs. Atq; poſteaq̄ longā ægrotationē euaſiſſet:
conualeſceretq;: nihil ait deteri⁹ accidat. Hæc em̄ aduerſa ualitudo
nos monuit uæhemēti⁹ nobis efferēdū nō eſſe: q̄m mortales ſum⁹.
Hermodotus Cūq; ab Hermodoto ſolis fili⁹ in poematis eſſet ſcript⁹: in his me-
cum ait: ollifer iſte mihi nequaq̄ ſentit. Dicente autē quodam: om
Iupiter nia regibus & honeſta & iuſta eſſe: Ita per Iouē inquit: regibus Bar
barorum: nobis aūt ea dumtaxat honeſta ſunt quæ honeſta: & ea
Marſia ſolum iuſta quæ iuſta ſunt. Marſiæ uero fratri cum aliquando eſſet
cōtrouerſia: rogaretq; ut eiuſce rei iudicium domi fieret. At fiet in-
quit in foro uel cunctis audiētibus: ſi nihil per iniuſticiam agimus.
Idem cum per hyemē aliquando coegiſſet caſtra in illos mouere lo
Penuria cos: ubi rerum neceſſariaꝝ penuria erat: & aliqui e militum nume-
ro in eum maledicerēt: ij quidē neſcij ꝙ prope eſſet: tabernaculo uir
ga patefacto: flæbitis inquit: ni longi⁹ remoti maledictis in nos ute
Ariſtodemus mini. Item cum Ariſtodemus amicus quidam qui patre coquo na
tus eſſet: ei conſuleret ut & ſumptuſ & largitiōes tolleret: uerba tua
Athenieſes Ariſtodeme: reſpondit: ius olent. Inſuper cum Athenieſes eius ſer-
uum honoris gratia ciuitati perinde ac liberum aſcripſiſſent: nolle
Anaximenes ait: unum Athenieſem a me cædi. Et adoleſcēs quidam Anaxime-
nis rhetoris diſcipulus: cum orationē quam apparate meditat⁹ fue
rat recitaſſet: atq; is ea in re q̄d diſcere uellet tuti⁹ aliquid interro-
gaſſet: conticuiſſetq; adoleſcēs: quid ais inquit hic: ne illa ſunt quæ
in tabulis ſcripta ſunt? Rhetora uero alterum audiens: qui diceret:
ubi anni tempus niuē iacere occepiſſet: efficit: ut pabulo careret ſo-
Thraſyllus lum: nō inquit deſines me obtundere. Thraſillo aūt Cynico mini-
mum ab eo petēte: at hoc inquit dare regis non eſt: Subdente autē
Demetrius illo: ergo da mihi talentū: at nō eſt inquit hoc accipere Cynici. De-

metrium uero filium: cum ad liberādos Græcos magna cum claſſe uiribuſqꝫ mitteret: aiebat gloriam tanq̄ a græciæ ſpecula in uniuerſum orbem ſuam lucem emittere. Item cum Antagoras poeta congrum elyxaret: ideoqꝫ patellam quateret: Antigonus qui poſt eum ſtaret: Homerum ne ait putas Antagora: cum Agamemnonis res geſtas ſcriberet: cōgrum elyxaſſe? Et Antagoras: tu aūt rex ait: exiſtimas Agamēnona cum illas res gereret: curioſum adeo extitiſſe: ſi quis in caſtris congrū elyxaret? Cum aūt per ſomnū uidiſſet auream meſſem Mithrydaten emetere: eius interimēdi conſilium cœpit: idqꝫ Demetrio filio elocutus ut taceret iureiurādo aſtrinxit. Demetrius uero Mithrydate aſſumpto unaqꝫ deambulans iuxta mare haſtæ calcaneo deſcripſit in littore: Fuge Mithrydate. Quod cū ille intellexiſſet: in pontū fugit ibiqꝫ regnauit.

Græci / Antagoras / Antigonus / Agamemnon / Mithridates / Demetrius

Emetrius cum Rhodios obſideret: cœpit quodam in ſuburbio Protogenis pictoris tabulam qui Laſylon pinxerat: id eſt imaginem Liberi patris. Poſtulantibus autem per caduceatorem Rhodijs: & ut tabulæ parceret precantibus: reſpondit paternas ſe imagines potius q̄ picturam illam abſumpturum. Idem ubi fœdera cum Rhodijs percuſſiſſet: tormētum apud eos reliquit: rem profecto quæ cum eius magnificentiæ: tum illorum fortitudinis indicium atqꝫ monumentum allatura foret. Poſt Athenienſium uero defectionem cum urbem cœpiſſet: quæ rei frumētariæ inopia iam male præmeretur: cōtinuo concione conuocata frumētum eis elargitus eſt. Qui cum hiſce de rebus in concione loqueretur: barbaræ quiddam pronunciauit: Quare cum unus e conſeſſu ut uerbum dicendum foret interclamaſſet: Ergo huius quoqꝫ emēdationis cauſa: alia uobis præterea quinqꝫ milia medimnū elargior.

Demetrius / Rhodij / Protogenes / Caduceatores / Atheniēſes

Ntigonus ſecundus: cum Demetrius pater captus eſſet miſiſſetqꝫ ex amicis quendam: per quem iuberet ne obtemperaret ſi quid litterarum coactus a Seleuco ad eum daret: neqꝫ urbes cederet: ipſe per litteras Seleuco obtulit: & omne ſe illi regnum ceſſurū uademqꝫ futurum: ſi patrem Demetrium liberaret. Et cum bello nauali aduerſus Ptolemæi prætores pugnaturus eſſet: gubernatorqꝫ dixiſſet hoſtium nauis multo pluris eſſe: at me inquit præſentem aduerſus quot nauis opponis? Inuadentibus uero hoſtibus cum aliquando cederet: ait nequaq̄ fugere: ſed ipſum utile quod retro potitum eſſet perſequi. Præterea cum adoleſcens qui fortiſſimo patre natus: nō tamē ipſe miles eſſet admodū prob9: paternos redditus peteret. At ego ait adoleſcens ob ipſius uiri non ob patris probitatē mercedes largitiōeſqꝫ exhibeo. Zenone aūt Citieo mor-

Antigonus / Demetrius / Seleucus / Ptolemæus / Zeno

Theatrum tuo quē unū maxime philoſophoꝝ oĩm admiraretur: dicebat theatrum ſuaꝝ actionum interiſſe.

Lyſimachus l Yſimachus in Thracia ſuperatus a Dromachæta: cum & ſeſe & exercitũ præ ſiti dediſſet: ubi bibiſſet: ĩ captiuitate poſitꝰ: O dij inquit ut paruæ uoluptatiſ gratia memet ſeruum ex rege feci. Philippidi aũt poetæ comico quo & amico & familiari uteret: quæ tecũ dixit ex meis cõmunico? Quæ ipſe uis rñdit præter ſecreta.

Antipater, Parmenio, Alexander, Demades a Ntipater cũ Parmenionē ab Alexãdro enecatũ accepiſſet ait: Siquidē Parmenio Alexãdro tetẽdit inſidias: cui fidendũ? Si minus tetendit qd agendũ? Demadis aũt oratoris iam ætate cõfecti: ait: ueluti ex ĩmolata uictima: reliquũ eſſe ſolũ uentrē & linguã.

Antiochus a Ntiochus tertius ad ciuitates ſcripſit: Si quid præter leges faciũdũ iuberet ꝗ litteras ne ſibi obtemperarēt ut eiꝰ rei ignaro.

Diana Dianæ autē ſacerdotē quæ miradũ forma præſtare uidereť: cũ eſſet intutus continuo deceſſit Epheſo: ueritus ne quid præter animi ſententiã: quod nefas eſſet agere cogereť.

Antiochus, Seleucus, Gallogræci a Ntiochus cognomẽto accipiter: aduerſus Seleucũ fratrē de regno bellũ gerebat. Sed ubi Seleucꝰ a Gallogræcis uictꝰ nuſq̃ appareret quin trucidatus uidereť: poſita purpura Antiochus ſuffuſco amictu indutus eſt. Non multo aũt poſt certior factus de ſalute fratris ſecundo nuncio: dijs ĩmortalibus ſacrificium egit: ſuaſq; ciuitates coronis ornari fecit.

Eumenes e Vmenes inſidijs Perſeij circumuẽtus animã efflaſſe uiſus eſt. Cuius rei cum Pergamũ rumor perlatus eſſet: Attalus eiꝰ frater impoſito diademate & illius accepta uxore regnũ cœpit. Cum uero accedere fratrē uiuum audiſſet: obuiã ſimul cum ſtipatoribus uti conſuerat profectus eſt haſtile habens. At Eumenes eum benigne hilariq; uultu amplexus eſt: dixitq; ad aurem: Ne feſtines ante uxorē capere q̃ me mortuum uideris. Nec aliud ſuſpecti quicq̃ in omnē uitã neq; dixit neq; fecit: quinetiã cum ex uita decederet: uxorem illi regnũq; reliquit: pro quibus ille filium nullum aluit: cum multos ſuſcepiſſet. Sed Eumenis filio cum in adultam ætatem perueniſſet: regnũ uiuus adhuc tradidit.

Pyrrhus p Yrrhus cum a filijs adhuc pueris interrogareť: cui eſſet regnũ relicturus: quicunq; e uobis inquit acutiorē habuerit gladiũ.

Python, Caphiſius, Polyperches, Romani Interrogatuſq; uter Python ne an Caphiſius tibicen melior eſſet. Polyperches reſpondit prætor. Cum uero congreſſus cum Romanis bis eos uiciſſet: multis & amicis & ducibꝰ interfectis: Si uno itē prælio Romanos ait: uicerimꝰ: actum de uobis fuerit. At poſteaq̃

potiundæ Siciliæ ſpe fruſtrat⁹ enauigaret: retro ad amicos uerſus: qualē inquit Romanis atq̧ Carthaginēſibus palæſtram relinquimus? Militibus aūt Aquilam eum appellantibus: Quid enim ait: ueſtris armis ut præpete penna ſublimis non tollar? Dein cum audiſſet a quibuſdam ſe adoleſcentibus multis inter bibendum conuitijs maledictiſq̧ oneratum: iuſſit eos omnis interdiu coram agi. Quod ubi factum eſt: eorū primū rogauit: an ea de ſe dixiſſent: Ac iuuenis reſpondit: Hæc nempe rex dixim⁹: dixiſſemuſq̧ longe plura ſi plus uini habuiſſemus. *Sicilia*

a Ntiochus is qui ſecūdū aduerſus Parthos expeditiōes duxit: cum in ueneratione quadam feriſq̧ inſequēdis ab amicis ſeruiſq̧ aberraſſet: hominū quorundā pauperꝝ caulam ignoratus ingredit̄. Et cum inter cœnandum ſermonē de rege inieciſſet: audiuit eum alias bonū eſſe: ſed flagitioſis amicis obſequentē plæraq̧ minus attēdere: quodq̧ adeo uenationis ſtudioſus foret: ut res neceſſarias plæraq̧ negligeret. Atqui tunc locutus eſt nihil: ſed cum primū illuxiſſet: ſtipatorꝝ ad caulā aduētu ubi qs eſſet allata purpura atq̧ diademate patuiſſet. Cæterꝝ a q̄ inq̄t die uos accepi: heri ꝑmū uera de me uerba audiui. Præterea cum Hieroſolyma obſideret: iudæis ad maxima illa feſtalia petētibus: dieꝝ ſeptē inducias: nō modo eas dedit: ſed etiā tauris auratis cornibus odoribuſq̧ & pigmētis affatim præparatis ad portas uſq̧ pompā egit. Atq̧ ſacrificio illorꝝ ſacerdotib⁹ tradito: ipſe ī caſtra redijt. Iudæi uero admirati: cōtinuo ſeſe poſt ſolēnitatē dedidere. *Antiochus* *Parthi* *Iudæi*

t Hemiſtocles cum adhuc eſſet adoleſcens: inter potus ac mulieres uolutabat̄. At poſteaq̧ Miltiadis ductu Barbari ad Marathona uicti ſunt: nihil amplius per intemperātiam Themiſtocles perpetrare compertus eſt. Ad illos aūt qui eius uitæ ac morū mutationē admirarent̄: dicebat: Miltiadis trophæum neq̧ ſinere ſe dormire neq̧ ocioſum aut deſidem eſſe. Interrogatus etiam utrū Achilles mallet an Homerus eſſe? Tu aūt inquit: utrum uictor in Olympia eſſe malles an uictorꝝ præco? Item cum Xerxes aduerſus Græciam magna illa claſſe deſcenderet: Epicyden Themiſtocles ueritus hominē popularē atq̧ factioſum quæſtuſ auidum ac meticuloſum ne prætor creat⁹ rēpublicā ꝑderet: ut prætura abſtineret ſuaſit argēto. Cūq̧ Adimāt⁹ q nauale præliū formidaret diceret ad Themiſtoclen: q̄ ad id Græcos hortaret̄ ſuadendoq̧ incitaret: O Themiſtocles eos qui ī certaminib⁹ primi irruperint: cedūt ſemper: ita eſt inquit Adimante: Verum eos qui manſerint haud coronāt. Atq̧ cū *Themiſtocles* *Miltiades* *Barbari* *Marathon* *Trophæum* *Achilles* *Homerus* *Xerxes*

Eurybiades uirgã tolleret ut obſtreperet: Obſtrepe inquit ut libet:
Eurybiades Iterum audi. Cum autem Eurybiadi perſuadere non poſſet in an-
guſtioribus locis naualiprælio certandum eſſe: clam ad Barbarum
mittit: monens ne Græcos pertimeſceret: quippe qui fugerent. Ac
ubi ille cõſilium ſecutus iunctus eſt: quoniam in his locis claſſe pu-
gnaſſet ubi Græcis conduxerat: rurſus ad eum mittit hortaturq́:
Helleſpontus ut correpto itinere in Helleſpontum fugiat: quoniam Græci de ſol-
Græci uendo ponte conſultarent: is quidem eo ductus conſilio quo in ſer-
Seriphius uandis Græcis illum ſeruare diceretur. At cum Seriphius diceret
eum non ſua ſed urbis gloria ſplendorẽ aſſecutũ: Vera inquit nar-
ras: Cæterum neq́ ipſe ſi Seriphius forem clarus eſſem: neq́ tu ſi
Antiphates Athenieñſis. Cunq́ formoſus Antiphates: cuius amore Themiſto-
Themiſtocles cles tenebatur fugeret atq́ contemneret eum prius. At ubi magnã
adeptus eſt & gloriam & potentiam: adiret atq́ blandiretur: heus
inquit adoleſcens ſero quidem ambo: uerumtamen ſapimus. Ad
Simonides Simonidem uero qui iudicium quoddam iniuſtum ab eo conten-
deret: dixit neq́ illum bonum poetam eſſe poſſe: ſi præter modulũ
numerumq́ concineret: neq́ ſe bonum principem ſi præter legem
iudicaret. Idem filiũ qui in delitijs matri eſſet: aiebat uiribus Græ-
cis præſtare plurimum. Namq́ principes Græcorum eſſe Atheniẽ-
Atheniẽſes ſes: ſeſe uero Athenienſium: uxorẽ autem ipſius ſuam at illum ma-
tris. Et cum duo filiam eius procarentur: prætuliſſetq́ frugi ac pro-
bum locupleti alteri: ait ſe malle uirum qui pecunijs q̃ pecunias
quæ uiro indigerẽt. Prædium quoq́ cum uẽderet: proclamare iuſ-
ſit: ut etiam uicinum bonum haberet. Præterea cum ignominia ab
Atheniẽſibus afficeret: quid in eos ait eſtis moleſti: qui uobis uſui
ſæpenumero fuere? Seq́ platanis aſſimilabat: ſub quarum tegmi-
na tempore imbrium refugiunt: dein uero in ſerenitate illas auellũt
prætereuntes atq́ maledicunt. In Eretrieñſes uero cauillatus aiebat
eos ſicut gladiolos piſcis habere gladium: cor autem non habere.
Athenæ Cum uero Athenis primũ eiectus eſt: poſtea e Græcia quoq́: aſcẽ-
Græcia dit ad regem apud quem dicere iuſſus inquit orationem uarijs ſtra
tis ſimilem eſſe: nam quemadmodum illa ſolent: eodemq́ modo
orationem ſi quid extendatur ſpeciem figuraſq́ demonſtrare: ſin
colligatur eaſdem tegere atq́ corrumpere. Itaq́ temp⁹ petijt: quo
Perſica lingua percepta ꝓ uolũtate poſſet ac ſine interprete cũ eo lo
qui. Multis aũt honeſtatus muneribus ac breui locupletatus dixit
filijs: Perdemur o filij ni perdiderimus.

Mironides Ironides aduerſus Boetios exercitus ducẽs: egredi Atheniẽ-
m ſibus iuſſis: cum iam hora inſtaret ac primipili nondum om̃is

adeſſe diceret: adſunt inquit qui pugnaturi ſunt: eorūq; promptitu
dine atq; alacritate uſus hoſtes ſuperauit.

Riſtides cognomento iuſtus: ſolus ſemper uerſabatur: ſocieta Ariſtides
a teſq; fugiebat: tanq; amicorum potētia ad iniuriam hortare/ Atheniēſes
tur. Cunq; Athenienſes teſtalibus relegationis tabulis ſtuderent:
& illiterat⁹ ac rudis homo qui teſtam haberet eū adijſſet: iuſſiſſetq;
Ariſtidis nomen inſcriberet: ait ille: Noſti ne Ariſtiden? Quod ubi
is quidem negaſſet: ſed iuſti cognomentum moleſte ferre diceret: ta
cens Ariſtides nomē id teſtæ inſcripſit: & homini reddidit. At cum
ei eſſent inimicitiæ cum Themiſtocle: legat⁹ una miſſus: uis ait The Themiſtocles
miſtocle: in confinijs inimicitias relinquam⁹? Nam ſi uiſum fuerit
eas rurſum cum reuerterimus: recipiemus. Tributa uero cum Græ
cis ſtatuiſſet: tanto pauperior redijt: quantum ad iter ipſum eroga/
uit. Cum uero hi uerſus quos in Amphiaraum Eſchylus cōdidiſ/ Amphiaraus
ſet recitarentur. Nam uult uir eſſe non uideri hic optimus: Qui mē Eſchylus
tis altæ fructifer ſulcans ſegetē. Conſulta callēs germinat grauiſſi/
ma: cuncti oculos in Ariſtidē conuertere.

Ericles cum prætorem geſturus eſſet: aſſumpta chlamyde ad Pericles
p ſeſe loquebatur: Caue Pericle in liberos homines magiſtratū
geres: & eos quidem Græcos atq; Athenienſes. Iuſſerat autē Athe
nienſes æginam quaſi pirei portum exiſtimarent ac tuerētur. Atq; Aegina
ad amicum quendam qui falſum illum teſtimonium rogaret: ubi
etiam iuſiurandum interueniebat: reſpondit ſe ad aram uſq; ami/
cum eſſe. Cunq; ex hac luce foret deceſſurus: ſeſe ipſe beatitudinis
efferebat: quod Athenienſium nemo ſua cauſa nigro amictu indu/
tus eſſet.

Lcibiades adhuc puer: cum eo captu in Palæſtra comprehen/ Alcibiades
a ſus eſſet: quem nequiret euadere: mordebat luctantis manū. Palæſtra
Atq; illo dicēte: mordes ut fœminæ: minime inquit: ſed ut leones.
Canem quoq; cum optimum haberet: quē nummū ſeptē milibus
emerat: ei caudam abſcidit: hoc ideo feci inquiēs: q̃ Atheniēſes hac
de re loquētes: de me aliud nihil quæritēt curioſius. Cum uero ad
ludum acceſſiſſet: Iliados carmē petijt: magiſtro aūt reſpōdēte Ho/ Ilias
mericum ſibi eſſe nihil: illi inflixit pugnum ac præterijt. Et cū ad Pe Pericles
riclis fores ueniſſet audiſſetq; nō eſſe ocioſum: q̄m quo pacto Athe
niēſibus rationē eſſet redditur⁹ cōſideraret: nōne melius eſt: inquit:
cogitare: qui non reddat? Atq; arcerſitus ab Atheniēſibus ex Sici/ Sicilia
lia ad capitis cauſa: ſeipſum abſcondit: inquiens eum ſtultum eſſe
qui cum habet controuerſiam quærit effugere dum licet fugere.

Cunq; dixiſſet quis: Nō credis patriæ iudicio teipſum? Ego ne ma
tris quidem reſpondit: ne fortaſſis ignorans pro albo calculo nigrū
immittat. Vbi uero audiſſet ſeſe ac ſuos morti adiudicatos: at iis
oſtendemus inquit nos uiuere: & ad Lacedæmonios uerſus deceli/
Lacedæmonij cū bellū ī Athenieſes excitauit.

Lamachus Amachus primipilū quendā cum reprehēderet: qm̄ deliquiſ/
l ſet: iſq; diceret nunq̄ fore ut idem amplius faceret: belli inquit
bis errare non licet.

Iphicrates Phicratres qm̄ cerdonis eſſet fili⁹: cōtemptui erat: is gloriā tū
i primū adept⁹ eſt: cū ſautius hoſtē armatū ac uiuū & corripuit
& in ſuā triremē tranſtulit. Itē cū in amico ſocioq; ſolo caſtra mœta
tus uallū iaceret: foſſem foderet: quē diligētiſſime ꝓpt̄eaq; dixiſſet
quidā: quid em̄ metuim⁹? Peſſimā imperatoris uocē eſſe rn̄dit: nō
putaſſem. Inſup inſtructus aduerſus barbaros uereri inqt: ne Iphi/
cratē neſciāt: q̊ quidē noīe hoſtes alios cōſternatos redderēt. Præ/
Calumniator terea cū capitis iudiciū ſubiret: ait calūniatori: cuiuſmodi hō rē tu
facis qui bello inſtante ciuitati de me potius q̄ mecū conſultandū
Armodius eſſe ſuadeas? Ad Armodiū q̊ꝫ qui Armodij illius priſci gētilis ſibi
ignobilitatē exprobraret: meū quidē gen⁹ rn̄dit a meipſo initiū ſu/
mit: tuū aūt in te finit. Idē cū ab oratore quodā in concione interro
garet̄: qs es q ita efferris aīo: utꝝ eques an ſagittari⁹? Nū pedes an
ſcutatus? Nullus ſum inquit horum: ſed qui hiſce omnibus impe/
rare didicerim.

Timothæus Imothæ⁹ putabat̄ fortunatior imperator: atq; qui ei inuide/
t bāt pingebāt urbes: quæ illo dormiēte ad ræte ultro ſe īplica/
rēt. Itaq; dicebat Timothæ⁹: ſi huiuſcemodi urbes capio dormiēs:
qd me factuꝝ arbitramini cū uigilaro? Ad hæc cū ex audacib⁹ præ/
torib⁹ quidā Athenieſib⁹ uulnus oſtenderet: at me inqt puduit qđ
me prætore ueſtro in Samo catapulta prope cōcidit. Oratores aūt
cum Chareta præferrent talemq; dignū eſſe prædicarēt: qui Athe/
nienſium prætor eſſet: inquit Timothæus: immo qui prætori ſtra/
ta portaret.

Chabrias Habrias: eos dicebat pulcherrime officio imperatoris fungi:
c qui res hoſtium maxime noſſent. Et cum proditionis accuſa/
Iphicrates retur ſimul cum Iphicrate: increparetq; Iphicrates illum experiēdi
Gymnaſium gratia in gymnaſiū proficiſci & ad ſolitam prandere horam. Quid
Athenieſes nam inquit ſi aliud quiddam utriuſq; noſtrū Athenieſes norint: te
quidē ſqualidum & expertem cibi: me uero & pranſum & unctum
enecabunt? Dicere etiā conſueuit: formidabilius eſſe ceruoꝝ agmē
ductu leonis: q̄ leonū ceruo duce.

# APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

Egeſippus cognomẽto Crobylus: cum Atheniẽſes in Philip/ Hegeſippus
h pũm irritaret: ſucclamauit quidam e concione: bellum ne ſua/ Philippus
des? Ita per Ionem inquit nigroſqꝫ amictus: & cum publicis funeꝝ
elationibus funebris orationes: ſi ad libertatẽ niti ꝙ quæ Macedo Macedones
nes imperarint factũ ire maluerimus.

Ytheas adhuc adoleſcẽs: decretis hiſce quæ de Alexandro ſcri Pytheas
p bebanť contradicturuſ uenit: atqꝫ dicẽte quodam: Tu cũ iuue Ahexander
nis es de huiuſmodi audes loqui rebꝰ? At Alexãder inqt: Quẽ ſuf/
fragijs decernitis deũ: eſt me iunior.

Hocion Atheniẽſis neqꝫ ridere neqꝫ lachrymare ab ullo unꝙ Phocion
p eſt uiſus. Et in cõcione cũ quis dixiſſet: Cogitabũdus uideris
O Phocion: Recte coniectas inquit: cogito em̃ ſi q̄ ualeo in his bre/
uitate uti quæ apud Atheniẽſes dicturus ſum. Idem cũ oraculum
Atheniẽſibus redditũ eſſet: unũ eſſe in urbe uirũ: qui omniũ uolun/
tati opinioniqꝫ aduerſareť: & hunc uociferãtes Atheniẽſes quæri/
tandũ iuberẽt: Phocion ſeſe ait hũc eſſe: Soli em̃ ſibi eoꝝ placet ni/
hil quæ multitudo ipſa & agit & dicit. Atqꝫ cũ aliquãdo apud po/
pulũ ſententiã dicẽs auditoribus gratus eſſet: intuereťqꝫ om̃es qui
cõmuni eodẽqꝫ conſenſu quod dixiſſet admitterẽt: ad amicos con/
uerſus ait: Num fortaſſe mali quippiã locutus ſum neſcius? Athe/ Athenienſes
nienſes uero cũ ad ſacrificiũ quoddam acceſſiões peterẽt: ac reliqui
ea concederẽt: rogatus ſæpius ſententiã diceret. Puderet me inquit
ſi uobis acceſſiones cederẽ: huic aũt ſua non redderẽ ſimulqꝫ fœne/
ratorẽ oſtendebat. Rurſus cũ Demoſthenes orator dixiſſet: Eneca/ Demoſthenes
bunt te Phocion Atheniẽſes ſi inſania eos cœperit: Ita inqt me ene/
cabunt ſi inſania: te uero ſi ſanitas eos cœperit. Itẽ cũ Ariſtogiton Ariſtogiton
calumniator in carcere foret animã efflaturus: erat em̃ damnatus:
Phocionaqꝫ rogaret ad ſeſe ut iret: neqꝫ amici ſinerent ad improbũ
hominẽ proficiſcereť. Et ubi nam loci quiſꝙ Ariſtogitona iucundꝰ
reſpõdit alloquať. Atqꝫ cũ Byçantijs Atheniẽſes irati eſſent: quo/
niã Chareta quẽ illis auxilio aduerſus Philippũ cum copijs miſe/ Philippus
rãt recipere urbẽ noluiſſent: dixiſſetqꝫ Phocion haud oportere ira/ Phocion
ſci ſocijs qui nõ crederẽt: ſed ijs prætoribꝰ magis qui nõ crederenť:
prætor ipſe deſignatus eſt: qui a Byçantijs creditus ut Philippꝰ in/
fecta re abiret: effecit. Alexãder aũt rex cum talenta centũ illi miſiſ/
ſet: nũcios qui illa portabant interrogauit: Cur nam factũ eſſet ut
in tanto Athenienſiũ numero ad ſe ſolũ hæc Alexander daret? Re/ Alexander
ſpondẽtibuſqꝫ illis: quoniã eum ſolũ honeſtũqꝫ & probum puta/
ret. Proinde inquit: ſinat me & eſſe & uideri talẽ. Ad hæc cũ Alexã/
der triremis peteret: noĩatimqꝫ iuberet populus Phociona intereſſe

ac ſententiã dicere: ubi ſurrexiſſet: inquit: Conſulo igiť uobis ut uel armis uincatis: aut dominantiũ amici ſitis. Præterea cum de Alexã-

Rumor

dri obitu rumor ſine auctore exortus eſſet: oratoreſꝗ tribunal con-tinuo inſilirent: neꝗ differendum ſed ꝙprimũ bellandũ eſſe iube-rẽt: rogabat Phocion ut expectarent indubitatoꝗ rem noſſent. Si enim inquit hodie obijt: at cras aderit uel diu mortuus. Inſuper cũ

Leoſthenes

Leoſthenes ciuitatẽ impuliſſet in bellum: præclara libertatis nominis atꝗ imperij elatã ſpe illi⁹ uerba cupreſſib⁹ ſimulabat. Nam cũ pulchra ſublimiaꝗ eſſent: fructũ tamẽ non haberẽt. Initijs aũt ſuc-cedentibus proſpere ac ciuitate ſecundo nuncio diſcurrente interrogatus: an hæc ita geſta uellet: geſta hæc quidẽ: conſulta uero illa re-

Attica

ſpondit. Atticam uero adortis Macedonibus oraꝗ maritimã ua-ſtantibus iuuentutẽ eduxit: permultiſꝗ ad eum concurrentibus: & ut collẽ caperet ibiꝗ copias inſtrueret hortantib⁹: O Hercules in-quit: ut multos imꝑatores intueor: milites uero paucos: ueꝝ tamẽ congreſſus & uicit: ac Macedonũ principem Niciona interemit. At

Atheniẽſes

Antipater

Menillus

paulopoſt Atheniẽſes bello ſuperati ab Antipatro præſidiũ admi-ſere. Menilluſꝗ præſidij princeps cũ Phocioni pecunias daret: tur-batus inquit neꝗ illũ Alexãdro eſſe meliorẽ: & cauſam quapropť nunc eas acciperet cũ tunc noluiſſet eſſe plane deteriorem. Atꝗ ait Antipater cũ duo ſibi Athenis amici eſſent: neꝗ Phocioni ut a ſe

Demades

munera caperet perſuaſit: neꝗ Demaden his ipſis expleuit. Idem cũ ab Antipatro rogareť: ut iniuſti qddã faceret: Nõ poteſ inqt Antipať & amico & aſſentatore Phociõe uti. Atꝗ ubi poſt Antipatri obitũ Atheniẽſib⁹ ſeſe in popularẽ principatũ uindicãtib⁹: Phociõ morti eſſet adiudicatus in concione: amici uero flentes ſequerenť: Phocioni aũt qui ſilentio incedebat quidã ex inimicis obuiã fact⁹ in faciẽ inſpuiſſet: Is ad magiſtratũ ubi oculos cõuertiſſet: nõne qs inquit dedecori inſeruientẽ hunc repreſſerit? Cumꝗ eoꝝ unus qui

Thudippus

Phocion

una morituri erant: lamẽtareť affligereťꝗ: nõ amas ait Thudippe cum Phocione mori? Iam uero allata ad eum cũ ligna interrogat⁹ num qd ad filiũ diceret? Ego inqt iubeo & rogo te: ne qd rerũ haꝝ memoria Atheniẽſibus iraſcare.

Piſiſtratus

PIſiſtratus Athenienſiũ tyrãnus: cũ ex amicoꝝ numero quidã ab eo defeciſſent eiuſꝗ cœpiſſent Phylã: ad eos uenit collectũ ſtratũ ſecũ ipſe portans. At illis qd uellet interrogantibus: Si uobiſ inquit perſuaſero abibo: ſin minus perſuaſero: uobiſcũ manſurus ſum: ꝓinde parat⁹ ueni. Atꝗ cũ ad eũ delatũ eſſet ei⁹ matrẽ cuiuſ-dam adoleſcẽtis amore detineri: & illius quidẽ formidantis depre cantiſꝗ plurimũ clam congreſſu uti: adoleſcentẽ ad cœnã inuitauit

acrogauit inter cœnandū quo pacto res acta eſſet. Illo aūt iucunde oīa ſuauiſſimeq̧ diſſerēte: hæc inquit tibi interdiu futura ſūt ſi matri placueris. Item cum Thraſybolus eius amare filiā obuiāq̧ fact⁹ ſuauiſſet: proptereaq̧ in illum ab uxore exaſperaret: ait ſi qui nos amant oderimus: quid ijs faciemus qui oderunt? Vxorēq̧ Thraſybolo uirginē dedit. Cantores laſciuiores quidā cum in eius uxorē incidiſſent multaq̧ petulanter egiſſent dixiſſentq̧: interdiu uero Piſiſtratū ut ſibi ignoſceret lachrymātes precarent: uos inquit enitimini poſthac ſaniores eſſe: At mea uxor nuſq̄ heri ꝓrſus profecta eſt. Interrogantibus autē filijs cum is alterā uxorē ducturus foret: nunquid eos accuſaret? Minime inquit: quin laudo poti⁹ ac uolo alteros mihi huiuſmodi natos fieri. — Thraſybolus; Piſiſtratus

Demetrius phalæreus; Ptolemæ⁹ rex

Emetrius Phalæreus monebat Ptolemæū regē: ut de regno d imperioq̧ libros ſibi cōpararet atq̧ perlegeret. Quæ eñ amici nō audēt monere reges: hæc in libris ſcripta ſunt.

Lycurgus

Ycurgus Lacedæmoni⁹ aſſuefecit ciues nutrire comā: inquiēs l formoſos coma uenuſtioris effici: deformis uero formidabilioris. At illū quoq̧ qui populi principatū in urbe faciūdū hortaretur: tu primus reſpondit in ædibus tuis populare principatum efficito. Ad hæc iubebat ædes ſerra ſecuriq̧ dumtaxat laborandas. Sic eñ puderet in humilis ac plæbeias ædis pocula & ſtrata ſumptuoſioriſq̧ menſas importare. Præterea pugilis ac Pancratij certamen inhibuit: quo ne ludendo quidem abnuere conſueſcerent. Expeditiones inſuper aduerſus eoſdem hoſtes ſæpius educere prohibuit: ne ij bellicoſiores redderentur. Itaq̧ cum poſteriore tempore Ageſilaus eſſet uulneratus: ait Antalcidas præclaram eū a Thebanis diſciplinæ mercedem capere: qui uel inuitos aſſuefeciſſet docuiſſetq̧ bellare. — Ageſilaus

Charilaus

Harilaus rex: rogatus cur leges adeo paucas Lycurgus tuliſc ſet: reſpondit: Qui uerborum paucitate uterent: legib⁹ haud multis indigere. Atq̧ cum mancipium quoddam audacius ſeſe illi inculcaret: per geminoſ ait: enecarē te niſi iraſcerer. At illum uero q interrogaret quid nutriret comā: reſpondit quoniā ex oñi ornatu hic q̄ minimus ſumptus eſt.

Telechus rex

Elechus rex: fratri qui ciues criminaret quod ſibi magis q̄ illi t aduerſarent: Tu eñ inquit iniurias pati neſcis.

Theopompus

Heopompus: cum quadam in urbe murū ſibi quidam oſtent deret: & an ſibi pulcher altuſq̧ uideret: interrogaret: minime ſi mulierum eſt inquit.

Archidamus Rchidamꝰ cū in Peloponneſiaco bello ſocij rogarent ut tribu/
a tis modū eis ſtatueret: rn̄dit bellū nō cōſtitutis paciſci.
Braſidas Raſidas cū in caricis murē comprehēdiſſet: merſus eū dimiſit:
b deinde ad aſtantis ait: nihil eſt ita paruū: qđ ſi auſit inuadēti/
bꝰ repugnare nō ſe icolumē ſeruet. Ad hæc cū in prælio eſſet clypeo
tranſuerberato ictu percuſſus: eadē ipſa quā e uulnere haſtā eduxiſ
ſet hoſtē interemit. Rogatus aūt qui ſaucius factus eſſet: quoniam
me clypeus inquit prodidit.
Braſidas Bi Braſidas occidit: liberatis iјs Græcis qui Thraciam incole/
Thracia u rēt: ac legati qui Lacedæmonia miſſi ſunt: eiꝰ matrē adiſſent:
Lacedæmōia primū illa interrogauit: an pulcherrime Braſidas obiſſet. Thracibꝰ
aūt efferētibus eū laudibus aliūq; tale dictitantibus fore neminē:
ignoratio uos hoſpites inquit tenet. Nam Braſidas quidē uir pro/
bus fuit: uerum Lacedæmon permultos habet illo meliores.
Agis rex Gis rex dicere cōſueuit: nō eſſe Lacædomonios interrogādos
Elij a q̄t nā eſſent: ſed ubi eſſent hoſtes. Idē ad Mantineā cū hoſtes
Olympiadi qm̄ plures eſſent expugnare nequiſſent: ait: Qui multis uellet do/
ludi minari: opuſ eſſe ut cū multis quoq; pugnaret. Cū uero Elij lauda/
Iuſticia renť ꝙ olympiacos ludoſ præclare agerēt: at qđ inquit admiratiōe
dignū faciunt: ſi quattuor annorum curriculo diē unū iuſticia utunť?
Cūq; laudibus inſiſteret: ait: Quid mrandū ſi pulchra in re iuſticia
utunť pulchre? Item cū flagitioſus homo ſæpius rogaret: quis ſpar
tiatarum optimꝰ foret: qui tui diſſimillimus eſt: reſpondit. Rurſus cū
ab altero quæreretur: quot eſſent Lacedæmonij: qđ inq̄t ſatis ſunt
qui malos arceant. Et cum idem ab alio quæreret: permulti ait tibi
uidebunť ſi eos pugnantis inſpexeris.
Lyſander Yſander: amictus quos Dionyſius tyrannꝰ ad eius filias prē/
Dionyſius ſ cioſiſſimas miſiſſet: nequaq; accepit: uereri inquiēs ne hiſce de
formiores uiderēť. Atq; a quibꝰ caperet perinde atq; degeneraſſet
ab Hercule: quod dolo plæraq; gereret reſpōdebat: quo leonis nō
Argiui attingeret uulpis pellē aſſuendā eſſe. Inſuper cum Argiui iuſtius ꝙ
Lacedæmonij Lacedæmonij de quo ambigebāt ſolo uiderenť dicere: diſtricto gla
dio qui huius inquit ius habet optime de ſoli terminis differit. La/
cedæmonios uero cum ad expugnandos Corinthiorum muros timi/
dioris aſpiceret: ut leporē uidit exilientē e foſſa: huiuſmodi inquit
hoſtes metuitis: intra quorum muros præ inertia lepores dormitāt?
Et cum Megarenſis uir quidā in publico cœtu audacter ad eum ac
licentius loqueret: Tua inquit uerba ciuitatis indigent.
Ageſilaus Geſilaus: eos qui Aſiam incolerent dicebat liberos quidē ma
a los eſſe: ſuos aūt bonos. Cūq; iј conſueſſent Perſarum regem

magnum appellare. At qua nam inquit re ille me maior eſt: niſi iuſtior temperãtiorq; ſit? Ad hæc cum de fortitudine iuſticiaq; rogaretur: utra eſſet melior? Nihil ait fortitudine indigemus ſi iuſti omnes ſimus. Item cum noctu repẽte ex hoſtili ſolo caſtra moturus fore: & eum cuius amore teneret ob infirmitatẽ relinqui atq; lachrymare intueret: Durũ eſt inqt miſereſcere ſimul ac ſapere. Rurſum cum Menecrates medicus cognomẽto Iupiter: epiſtolam ad eũ ſcripſiſſet: Menecrates Iupit: regi Ageſilao ſalutẽ. Reſcripſit: Rex Ageſilaus Menecrati ſanitatem. At cum Lacedæmonij Athenieſes ad Corinthum ac ſocios ſuperaſſent: audita hoſtilium cadauerũ multitudine: heu inquit Græciæ: quæ tot ex ſeſe perdidit: qui ſat eſſent quibus Barbaros om̃is uinceret. Atq; cũ oraculũ a Ioue in Olympia ex ſentẽtia accepiſſet: deinde Ephoris iubentib9 ut etiam iiſdem de rebus Phytium cõſuleret: ubi Delphos petiſſet: deum rogauit: an quæ patri eadẽ ſibi quoq; uiderẽtur. Præterea cũ amicũ quẽdã a Care Icarico peteret ac rogaret: ad eũ ſcripſit: Si Nicias iiuſt9 in tẽ nõ eſt dimittito: ſin ẽ iniuſtus: nobis dimittito: oĩno aũt dimittito. Ad hæc ut eum qui Luſciniæ uocẽ imitabat: audiret hortatus: ac ipſam inquit ſæpenumero audiui. Cum uero poſt Leuctrẽſem pugnam Ephori qui urbẽ exhauſtam uiris intuerẽtur propter legem: quæ perterritos om̃is notandos eſſe iuberet: uellẽt infamiæ notam ſoluere ac legiſlatorẽ Ageſilaũ declaraſſent: is ut in mediũ proceſſiſſet: ius legibus poſtridie inciperet. Idem ad regẽ Aegyptiorum ſocius miſſus cum una cum illo obſideret: eſſentq; hoſtes & multo plures ac foſſa caſtra circumdarẽt: egrediundũ rex dimicandũq; iubebat de ſumma rerum. At Ageſilaus inquit: nõ eſſe hoſtes impediẽdos quos ſibiipſis pares uellet. Præterea cum parum deeſſet quin foſſa coniungeretur: aduerſus id quod reliquum erat inſtructa acie ac pari uſi certamine: uictoria potiti ſunt. Ad poſtremũ cum moreret amicis iuſſit nullam ſibi neq; fictam neq; pictam facerẽt: ita enim imagines appellabat. Nam ſi qd mihi opus illuſtre factum eſt: hoc mihi monumentum eſt: Sin uero nullum: neq; ſi omnis quidem ſtatuas feceritis.

Menecrates
Epiſtola
Delphos
Nicias
Ageſilaus

Rchidamus ubi Ageſilai catapultã eſſet intutus: cũ primũ ex Sicilia aduecta eſſet: exclamauit: O Hercules periit uiri uirt9. — Archidamus

Gis iunior cum Demades diceret enſes Laconicos ob breuitatẽ a circulatoribus abſorberi: attamẽ Lacedæmonij: reſpõdit: huiuſmodi enſibus hoſtes uæhemẽtiſſime aſſequunt. Item cũ Ephori cuidã proditori tradẽdos milites iuberẽt: haud illi ſe inquit alienos credere qui proprios prodidiſſet. — Agis iunior, Demades

Clæomenes c Læomenes cũ quis ſe gallos ei datuꝝ polliceret: qui pugnan-do interirẽt: iſtos mihi des inquit nolim: ſed illos poti⁹ qui pu-gnando interimant.

Pedaretus p Edaretus nõ electus in numeꝝ trecẽtoꝝ: qui quidẽ honos in urbe cæteriſ dignitate præſtabat: hilarĩ ſurridẽſq; abibat: gau-dere ſe inquiẽs ſi quidẽ trecentos urbs haberet ciues ſeſe melioris.

Damonidas d Amonidas ĩ ultimũ chori ordĩnẽ locat⁹ a chori magiſtro: pul-chre tu quidẽ inueniſti inqt qui etiã ipſe honorabilis fias.

Nicoſtratus n Icoſtratus Argiuoꝝ prætor cũ ad cuiuſdã caſtelli proditionẽ grãdi pecunia atq; matrimonio Lacænæ mulierĩ quã ipſe uo-luerit præter regias ab Archidamo hortaret: reſpõdit Archidamũ

Hercules Archidamus ex Herculis genere nequaq; eſſe. Herculem eñ luſtrato orbe malos ſupplicio affeciſſe: at bonos Archidamũ facere malos.

Eudæmõidas Xenocrates e Vdæmonidas cum in Academia Xenocraten uidiſſet: qui iã ſenex cum diſcipulis diſputaret. Cunq; audiſſet ab eo uirtutẽ quæri: At quãdo ea utetur inquit? Rurſum cum philoſophum au-diſſet: qui ſolũ ſapientẽ eſſe bonũ imperatorẽ diceret: dictio inqt ad-miratiõe digna: ueꝝ qui loquit tubæ ſtrepitũ nunq; audiuit.

Antilochus a Ntilochus cũ Ephoꝝ gereret: audiẽs Meſſenijs agrũ a Philip-po datũ: interrogauit: Num etiã dediditſſet Philipp⁹ ut poſſide-rẽt: cũ ꝓ illo pugnandũ foret?

Antalcidas a Ntalcidas cũ Athenięſis quidã Lacedæmonijs imperitiã obij-ceret: ſoli certe nos inquit mali nihil a uobis didicim⁹. Præte-rea cum alius Athenięſis ad eum dixiſſet: Atqui nos a Cephiſo ſæ-piſſime uos fugauimus. At nunq; nos inquit fugauim⁹ uos ab Eu-

Sophiſta rota? Ad hæc cum Sophiſta quidam Herculis laudationẽ lectur⁹ eſſet: ait: Quis eñ eum uituperat?

Epaminõdas e Paminonda Thebano imperiũ gerente: nunq; in caſtris repẽ-tin⁹ tumult⁹ exort⁹ eſt. Dicebat aũt belli pulcherrimũ eſſe mo-ri. Grauiori uero armatura peditum corpus aſſeuerabat exercita-tum eſſe oportere: non athletarum ſolum: ſed etiam militũ more. Itaq; carnoſioribus ſe infeſtum præbebat: ac talem quendam amo-uit ab exercitu: inquiẽs uix tribus quattuorue clypeis tegi eius uen-trem: cuius magnitudine ſuã ipſe mentulam ne uidere quidem poſ-ſet. Sic etiam tenui uictu ac uili erat: ut cum a uicino ad cœnam in-uitatus: inueniſſet liborum obſoniorũq; & unguentoꝝ apparatũ: abierit ilico: inquiẽs: ego te ſacrificare non cõtumelia uti opinabar.

Collegæ Et cum coquus dierum aliquorũ ſumptus rationẽ collegis redde-ret: olei ſolum multitudinẽ moleſte tulit. Admirãtibuſq; collegis: non ſumptũ inquit ægre ſe ferre; ſed quod tantũ olei intra corpus

excepiſſet. Item cũ feſtum diem urbs ageret: ac potui om̃es coituiq; ſtuderẽt: occurrit familiari cuidam ſobrius atq; mẽtis compos incedens. Illo aũt admirante quærenteq; quid ita ſolus ambularet: quo liceat inquit om̃ib⁹ uobis ebrietati & deſidiæ indulgere. Atq; nequã hominẽ qui flagitioſe qđ deliquerat: rogante Pelopida nõ admiſit: at amicæ precibus dimiſit: dicens amicas decere talia munera capere non prætores. Ad hæc cum Lacedæmonij copias educerent oraculaq; Thebanis referrẽtur: quæ quidem alia uictum iri alia uictores eos fore dicerẽt: iuſſit hæc ad tribunalis dexteram: illa uero ad leuã poni. Quibus om̃ibus poſitis: ſurrexit inquiẽs: ſi parere imperantibus: & cum hoſtibus congredi aduerſi uolueritis: hæc uobis oracula ſunt melioraq; oſtendit: Quod ſi formido uos cœperit: illa ſunt: & in deteriora orationẽ uertit. Itẽq; cũ in hoſtes agmẽ oportune duceret: at tonitru facto ſui quærerẽt: quid deum portendere arbitrarẽt: ut hoſtes attonitos eſſe reſpõdit. Quod cũ huiuſmodi agri in proximo eſſent in talibus ipſi caſtra mœtarent: Atq; ornatiſſimaꝝ omniũ quas geſſiſſet & optimaꝝ rerum iucundiſſimum eam ſibi dicebat q; ſuis adhuc uiuis parentibus ad Leuctra Lacedæmonios ſuperaſſet. Cunq; alio tempore unguẽtato corpore ac hilari facie apparere conſueſſet: poſt illud prælium poſtridie ſqualidus ac demiſſa fronte proceſſit in mediũ. Percunctantibuſq; amicis an ægri quicq; ei accidiſſet: nihil ei accidiſſe reſpondit: uerũ ſentiebam me elatiore animo heri fuiſſe q; par eſſet: Itaq; immoderatam lætitiã hodie plecto. At cum Spartiatas ſciret operam dare: ut huiuſmodi caſus abſconderẽt: uolenſq; illorum calamitatis magnitudinem liquido patefacere: non eſt paſſus ut omnes ſimul: ſed ut ſingulæ potius ciuitates cadauera tollerent. Quare Lacedæmoniorum cadauerum mille & amplius uiſum eſt. Item cum Iaſon Theſſalorum princeps ſocius ueniſſet Thebas: & Epaminondæ q plurimũ inopia præmeretur: aureum duo milia miſiſſet: aurũ quidem non accepit: Iaſona uero aſpiciẽs: iniuriam inquit incipis. At ipſe denarijs quinquaginta mutuo acceptis ac ciue quodam ad exercitus commeatum in Peloponneſum irrupit. Rurſum cum rex Perſarum Daricum triginta milia ei miſiſſet: grauiter Diomedonta reprehendit: quod nauigationis tantum ad Epaminondam corrumpendum enauigaſſet: Iuſſitq; regi diceret: ſi quæ Thebanis cõducerent: ſentiret Epaminondam gratis amicum habiturus fore: ſin autem quæ non conducerent: hoſtem. Et cum Argiui Thebanorum ſocietatem iniſſent: ac Athenienſium legati in Arcadiam profecti i utroſq; inuæherent: a Caliſtratoq; oratore; tum Oreſtes: tũ

Lacedæmonij
Thebani
Leuctra
Iaſon
Pelopõneſus
Argiui
Caliſtratus
Oreſtres

Oedippus Oedippus exprobraret urbibus: ubi Epaminondas ſurrexiſſet: fa-
Epaminōdas temur ait: & apud nos patricidam extitiſſe & apud Argiuos matri-
Atheniēſes cidam: uerū qui hæc perpetrauit: nos quidē eiecimus: Athenienſes
uero excepere. Spartiatis uero qui multis magniſqꝫ in rebus The-
banos criminarent: his reſpōdit: uoſ breui oratione gaudētis ocio-
ſos reddiderit. Atqꝫ poſteaqꝫ Alexandrū Phereorꝫ tyrannū q The-
banis erat hoſtis ī amicitiā Atheniēſes ſocietatēqꝫ recepiſſent: eiſqꝫ
ille polliceret carnes: quæ mina uenundabant: ſemiobolo ſe præbi
turū. At nos inquit Epaminōdas ligna ad haſce carnes Atheniēſi-
bus gratis præbebim⁹. Iſtorꝫ enim agrū excidemus: ſi moleſtiores
Boetij eſſe perrexerint. Inſuper cum Boetios uellet ī armis perpetuo eſſe:
erāt enim per ocium diſſolutiores: quo tempore ipſorum princeps
electus eſſet: eos monebat inquiēs: etiam conſultate uiri: nam ſi im
peratorē geſſero: imperio parendum eſt uobis. Itaqꝫ campeſtrē pa-
tentēqꝫ regionē belli Orcheſtrā appellabat: perinde ut illā poſſide-
re nequeant: niſi manum pro clypei loco habuerint. Et cum Cha-
Chabrias brias paucos Thebanos quoſdam qui ad Corinthium ſub muros
Trophæū auidius præliarentur interemiſſet trophæūqꝫ ſtatuiſſet: Epaminon
das deridēs ait: Hic non trophæum ſed Hecathenſium: hoc eſt He-
cathes ſimulachrū ſtatuendum eſt. Hecathē enim ante portas in tri
uijs non abſurde erigebant. Ad hæc cum quidam nunciaſſet exerci
tum ab Atheniēſibus nouis ornatū armis: in Peloponneſum miſ-
Antigenidas ſum: quid ergo Antigenidas ſuſpirat inquit: ſi nouas tibias Telles
Telles habet? Erat enim tibicē Telles peſſimus: at Antigenidas optimus.
Item cum didiciſſet armigerū permultas ab homine captiuo pecu-
nias accepiſſe: mihi ait clypeū redde: tibi uero faciundo quæſtui ta-
bernam emitto. Non em̄ amplius æque diſcrimen ſubire uelis: qui
unus e diuitibus beatiſqꝫ factus ſis. Interrogatus quoqꝫ utrum ſeſe
meliorē impatorē duceret: an Chabrian: an Iphicratē: difficillimū
eſt inquit iudicatu quoad uiuimus. Præterea cum ex Laconica re-
uerſus ad capitis cauſam: una cū prætoribuſ collegis arceſſeret: qđ
Boetia mēſes quattuor Boetiæ impio præter legē adieciſſet: collegas hor-
tatus eſt in ſe crimē referrēt tanqꝫ ui coacti: at ipſe non habere inqt
uerba quæ rebus præſtarēt. Quod ſi omnino aliquid apud iudices
dicendū eſſet: orare ſi ſe occiderint ut ſtatuæ condemnationē inſcri-
bant: quo Græci norint Thebanos uel inuitos ab Epaminonda co-
Laconica actos eſſe: qui Laconicam quæ annos quingētos neqꝫ prædā neqꝫ
Meſſena bellū paſſa eſſet: & Meſſenam triginta ac ducētos annos incoluiſſet
concremarint: compoſuiſſe etiā atqꝫ redegiſſe in unū Arcadas: præ
terea Græcis libertatē reſtituiſſe. Hæc em̄ ea prætura atqꝫ imperio-

geſta ſunt: quare iudices multo cũ riſu egreſſi ſunt: nẽ ſuffragia qui/
dem in eum admittẽtes. Ad poſtremũ cum in ultimo prælio uulnꝰ
excepiſſet: delatus in tabernaculũ uocauit Daiphantum: poſt hunc Daiphantus
deinceps Hyollidan: quos quidem uiros ubi efflaſſe animã accepiſ Hyollidas
ſet: iuſſit cũ hoſtibꝰ bellũ ſoluerẽt tanq̃ eis imperator nõ eſſet. Req̃
uerbo teſtatus eſt: utpote qui optime ciues ſuos noſſet.

Elopidas Epaminondæ collega in prætura cum ab amicis di/ Pelopidas
p ceretur neceſſarium negociũ cogendæ neceſſariæ pecuniæ ne/ Epaminõdas
gligere: Pecuniæ per Iouem ait: neceſſariæ huic ſunt Nicomedi: ho Nicomedes
minẽ is quidem oſtendẽs & claudũ prorſus & debilem. Vxore aũt
cum ad pugnam egrederetur eum precante: ut ſe ſaluũ faceret: hoc
alios ait monendos eſſe: at principẽ & prætorẽ ut ciues faceret ſal/
uos. Item cum quidã dixiſſet: In hoſtes incidimꝰ: Quid in illos nos
magis: inquit: incidimus q̃ in nos illi? Atq̃ cum fractis fœderibus
ab Alexãdro Pheræoꝝ tyrãno & captꝰ & uinctꝰ eſſet: proindeq̃ illi Alexander
malediceret tyrãnuſq̃ dixiſſet: properas mori? Maxime inqt: quo
Thebani magis excandeſcant actu citius pœnam des. Ad hæc cum Theba
Theba tyranni uxor ad eum ueniſſet ſeq̃ mirari diceret quod uin/
ctus ita eſſet hilaris: is magis illam ſe mirari reſpondit: ꝙ non uin/
ctum expectaret Alexandrum. Item cum ab Epaminonda uæhere/
tur: gratias inquit habere Alexãdro: quoniam in præſentia potiſſi/
mum experiretur: nõ modo ad bellum ſeſe: uerumetiam ad necem
uti audentia.

## De Apophthegmatibus eorũ qui apud Romanos ma/xime claruerunt.

Arcus Curius a quibuſdam cum accuſaret̃ quod agri bel/ M. curius
m lo patri minimam partem uiritim diſtribuiſſet: plurimam
uero publicam effeciſſet: optauit neminẽ Romanorum fo/
re qui quod agri ad alendũ ſatis eſſet parũ duceret. Samnites autẽ Samnites
cum poſt aduerſum conflictum ad eum profecti aurum darent: ra/
pa elyxabat in fictilibus: Samnintibus aũt reſpondit minime ſe au
ro indigere qui tali cœna uteretur: atq̃ malle habẽtibus imperare
q̃ habere aurum.

Aius Fabricius: cũ Romanos a Pyrrho uictos accepiſſet: La/ G. Fabricius
g bieno dixit: Pyrrhus Romanos uicit nõ Epirotæ. Et cum mul Romani
tũ ei auri daret̃ a Pyrrho: ad quẽ ꝓ redimẽdis captiuis uenerat: ne/ Pyrrhus
quaq̃ accepit. Poſtridie uero qui maximus elephantus eſſet inſtru
ctu Pyrrhi: poſt terga ignoranti Fabricio clamorẽ emittẽs: repente

apparuit: quo facto cōuerſus Fabricius ac ſubridēs: me ait: nec aurum heri: nec hodie bællua permouit. Rogātecp eū Pyrrho: ut ſecū eſſet ac proximū poſt ſe imperiū haberet: necp tibi hoc inquit conducit: nā Epirotæ ſi ambos nos norint: a me regi ꝙ abs te malint. Rurſum Fabricio conſuli Pyrrhi medicus epiſtolā miſit qua polliceretur ſi is iuberet ſe Pyrrhum uenenis interfectuꝝ. At Fabricius eam epiſtolam ad Pyrrhum dedit: ſaniore ut mente utereť monēs: quoniam & amicoꝝ & hoſtium peſſimus iudex eſſet. Sed poſteaꝙ inſidijs compertis Pyrrhus medicum ſuſpendio affeciſſet: reddidiſſetcp Fabricio captiuos ſine redemptiōis precio: eos nō accepit gratis: ſed ne mercedem cœpiſſe uideretur: totidē ei captiuos reſtituit.

Romani — Nā necp Pyrrhi gr̄a inſidias ſignificaſſe affirmauit: ſed ne Romani dolo uidereňť uti ad necē: perinde atcp palā uincere min⁹ poſſent.

Fabi⁹ maxim⁹ — Annibal — F Abius maximus cum nollet cum Annibale acie cōfligere: ſed cunctando exercitum ei⁹ terere: qui tum pecuniæ: tum annonæ premereť inopia: per aſpera ac montuoſa loca inſequebatur: & ſeſe a latere egreſſus opponebat. Cūcp a multitudine rideret: & Annibalis uocareť pædagogus: id minimi pendēs cogitatib⁹ ſuis atcp conſilijs utebatur. Et ad amicos cōuerſus dicebat eum ſibi timidiorem uideri qui cauilla cōuitiacp metueret ꝙ qui hoſtes fugeret.

Minutius — Inſuper cum de collega Minutio: quoniā hoſtes aliquos proſtraſſet: magnus rumor eſſet quaſi uir foret nomine Romano digniſſimus: magis ſe inquit ſecundū Minutij fortunā ꝙ aduerſam pertimiſcere. Paulocp poſt cum inſidias incidiſſet Minucius: & ſimul cū exercitu perire uidereť: ubi ipſe auxiliū tulit: cū magnū hoſtiū numeꝝ prodidit: tum illum ſeruauit. Itacp Annibal ad amicos dixit: nō ſæpe prædixi uobis fore aliquando ut montana nubes in nos imbris reſolueret? Atcp poſt Cannēſem cladem creatus imperator una cū

Claudi⁹ marcellus — Claudio Marcello uiro & intrepido: & qui cum Annibale ꝙ libentiſſime ſemper dimicaret: ſperabat ipſe ſi nemo pugnaret breui futurum: ut Annibalis miles attritus feſſuſcp deficeret. Quobrem di-

Annibal — Fabius — Marcellus — cebat Annibal maiori ſibi metui eſſe Fabium pugna uacuū ꝙ pugnantē Marcellum. Et cum miles Lucanus apud eum eſſet accuſatus quod mulieris amore noctu ſæpe in caſtris uagaretur: cæterum mirabili armorum uirtute uir eſſe narraretur: mulierem quam deperibat comprehendi eo clam iuſſit & ad ſe duci. Vt autem adducta ē: accerſito homine quod præter legē inquit pernoctares: haud nos latuit: at ne prius quidē latuerat quod probitati ſtuderes: quare fortiter tuis ac recte factis errata condonētur. Reliquum nobiſ-

cum eris: habeo enim ſponſorē: & adductam mulierculam ei com/ mēdauit ac tradidit. Item cum Tarentinos Annibal præter arcem præſidio teneret: Fabius ubi ꝙ longiſſime dolo abſceſſiſſet: & cœ/ pit urbem & in prædam uertit. Scriba uero interrogante quid de ſa cris ſimulacris ſtatueret: relinquamus ait Tarentinis deos iratos. Tarentini Et cum. M. Liuiꝰ qui arcem præſidio teneret urbem per ſe captam Annibal diceret: aliꝭ hominem ridebāt. At Fabius ait: uera narras: nam niſi Fabius tu urbem amiſiſſes: nequaquam ego recuperaſſem. Atꝗ cum iam M. liuius ſenior eſſet: ac filius conſul de rebus gerendis in publico loquere/ tur præſentibus pluribus: aſcendit equum atꝗ procedebat. Cũꝗ lictorem iuuenis miſiſſet: iuſſiſſetꝗ equo deſcēdere: aliꝭs ſeſe auer/ tentibus: Fabius ipſe equo exiliēs præter ætatē accurrit natũꝗ con plexꝰ: belle inquit ſapis o fili qui plane intelligas quibus imperas: & cuiuſmodi imperiꝭ magnitudinē ſuſciperis.

Scipio maior Cipio maior cum a re militari atꝗ urbana ſtudium ad litte/ ras conuerteret: dicebat cum ocioſus eſſet: plura tunc negocia a ſe geri. Idem ubi Carthaginem ui cœpiſſet ac milites quidã: quã cœpiſſent captiuam præſtanti forma ac uirginem aduæherent atꝗ illi darent: libenter inquit acciperem ſi priuatus non imperator eſ/ ſem. Rurſum cum in alto poſitam urbem obſideret: ubi templum Veneris eminentius apparebat: iuſſit illic uadimonia conſentirēt: Veneris tem/ perinde ut ad tertium diem in Veneris phano diſceptantium cau/ plum ſas auditurus: id quod ſicuti prædixerat factum dedit urbe capta. Atꝗ in Sicilia cum quis percunctaret: cuius rei fiducia ad Cartha Sicilia ginem claſſe foret traiecturus: oſtenſis ei armatis exercitatiſꝗ uiris Carthago trecētis & alta turri quæ e mari eminebat: nemo eſt horum inquit qui ſi ſuper hanc turrim aſcenderit: non ſe ſi iuſſero præcipitem ia/ ciat. Cum uero & agro potitus eſt: poſteaꝗ traieciſſet atꝗ hoſtium caſtra concremaſſet: miſſaꝗ legatione Carthaginenſes pepigiſſent ictis fœderibus: tum bælluas: tum nauis: tum etiam pecunias da/ tum ire: & quoniam ex Italia adnauigaſſet Annibal ea fiducia du/ ctos conuentorum pœniteret: his auditis Scipio ait: ne illis qui/ dem uolentibus fœdera ſeruaturum ſeſe: ni talentum etiam quin/ ꝗ milia ad ea priora ſoluerint: propterea quod Annibalem ac/ cerſiſſent. At ubi omnino uicti Carthaginenſes pro fœderibus ac pace legatos ad eum miſiſſent: qui uenerant ilico abire iuſſit: per/ inde ac non eos auditurus ꝙ L. Terentium adduxiſſent. Erat au/ tem Romanus Terentius: uir frugi & bonus: quem Carthaginēſes L. Terentius captiuum egerant. Qui ubi adductus eſt: eum iuxta ſe in prætorio

ſedere pro tribunali uoluit: & ita Carthaginẽſibus reſponſum de/
dit ac bellum ſoluit. Terentius autem eum triumphantem ſecutus
eſt pilleatus tanq̃ donatus libertate. Atq; poſt eius mortẽ iis qui
uenerant ad efferendun funus mulſum miniſtrauit: quæq; alia ad
ſepulturã attinebant q̃ diligentiſſime curauit. Sed hæc poſtea. Rur
Antiochus ſum cum Antiochus poſteaq̃ Romani aduerſus eum traieciſſent
Scipio in Aſiam pro ſoluendo bello ad Scipionem miſiſſet: prius inquit
oportuit non nunc cum & frenum & ſeſſorem ſuſceperis. Præterea
Quæſtores cũ ei pecuniæ a ſenatu ex ærario decretæ eſſent: neq; eo die quæſto/
res ærarium uellent aperire: ſe aperturũ ait. Etenim per ſe clauſum
eſſe qui tam ingenti pecunia illud impleſſet. At cum multa in eum
Petilius crimina a Petilio & Quinto coniicerentur: apud populum ait hoc
Quintus ipſo die Carthaginenſes cum Annibale a ſe uictos: quare coronatũ
Capitoliũ ſeſe aſcenſurũ capitoliũ. Qui aũt uellet ſuffragia: ferret aduerſus ſe
iuſſit: quæ locutus capitoliũ aſcendit: populus uero ſecut⁹ eſt accu/
ſatorib⁹ adhuc dicẽtibus relictis.

Titus q̃ntius Itus Quinti⁹ ita ſtatim ab initio fuit illuſtri fama ut ante tri/
t bunatum: ante præturam: ante ædilitatem conſul deſignatus
Philippus ſit. Is cum aduerſus Philippum cum imperio miſſus eſſet: cum illo
in colloquium uenire auſus eſt. Philippo autem obſides petente: il/
lum enim eſſe cum multis Romanis: ſe uero ſolum eſſe Macedoni/
bus. Tu enim reſpondit Quintius: ſolum te feciſti: quoniam & ami
cos & cognatos occidiſti. Atq; ubi Philippum acie uiciſſet: iuſſit in
Iſthmiis proclamari liberos ſe Græcos dimitti ac ſui iuris. Atqui
quotquot Romani Annibalis temporib⁹ in captiuitatẽ acti apud
Græcos ſeruiebant: hos ſingulos redemptos denariis quingentis
Quintio Græci dedere dono: & illi in urbẽ triumphantẽ ſecuti ſunt
pilleos capite gerẽtes: ut iis mos ẽ: q liberi facti fuerint. Atq; Achæ/
os quibus in Zacynthiorũ inſulam exercitũ ducere mens erat: mo/
— nuit: cauerẽt: ne queadmodũ teſtudines protenſo capite extra Pelo
Antioch⁹ rex ponneſum diſcrimẽ adirent. Inſuper cum Antiochus rex ingenti cũ
Græcia exercitu Græciã peteret: cunctis perterritis: cum ob militũ multitu/
dinẽ: tum ob armorũ uarietatẽ: huiuſmodi ad Achæos dictione eſt
Chalcis uſus. Ait enim cum Chalcide apud hoſpitẽ cœnaret: admiratũ ſe
multitudinẽ carniũ: at hoſpitẽ reſpondiſſe: eas om̃is porcinas eſſe:
ſed condimẽtis modo apparatibuſq; differre. Proinde nec uos ait:
admiremini regiaſ copias: cũ haſtatos Cataphractos & Pæçeteros
hoc eſt pedeſtris ſocios: cũq; equeſtris ſagittarios auditis. Nam hi
oẽs Syri ſunt armis inuicẽ differẽtes. Philopœmeni quoq; prætori

Achæoꝝ: q̃ mĺto eq̃te & grauiorĩ armaturæ pedite abũdaret: pecuniis ꝟo ĩdigeret: illudẽs aiebat: Philopœmeni & manꝰ & crura eſſe: — uentrẽ aũt non eſſe. Etenĩ forma corporis Philopœmeni talis erat.

Aius Domitius quem Scipio maior in bello aduerſus Antio g chum apud Luciũ fratrẽ ſuis legationis uicibus fungi uoluit: cum hoſtium aciem eſſet conſpicatus: præfectis hortantibus ut ſtatim hoſtem adoriretur: horam nequaq̃ ſatis eſſe reſpondit: ut tot hominum milibus trucidandis impedimentiſq; rapiendis repetentes caſtra ſeipſos curarent. Verum hoc in tempore cras factum ire congreſſuſq; poſtridie hoſtium quinquaginta milia ad internitionem redegit. G.domitius Scipio maior Antiochus .l.milia hoſtium deſiderata

Vblius Licinius conſul imꝑator: uictus equeſtri prælio a Per p ſe Macedonum rege: milites duo milia octingẽtos amiſit: partim cæſos: partim captos. Poſt præliũ uero cum Perſes & pro fœderibꝰ & pro pace oratores miſiſſet: uictus uictori iuſſit: ut & regnũ & res oĩs Romanis cederet. P.licinius Perſes

Aulus Aemylius: ſecundũ conſulatũ petẽs repulſam habuit. p' Sed ubi imperitia & mollicia imperatoꝝ bellũ aduerſus Perſen ac Macedonas prolixitatẽ accepit: & ob id conſulem illum declararunt: ait eis ſe gratias non habere: quoniã non eo eſſet imperator deſignatus q̈ tam imperio ſibi q̃ illis imperatore opus foret. Cunq; domũ e foro petiſſet: ac tertiam filiolam quam lachrymantem offenderat: quid ploraret interrogaſſet: atq; illa reſpondiſſet: quoniã Perſes nobis mortuus eſt: erat aũt catellus ita nominatus: in bonam fortunam ait o filia omenq; arripio. Atq; cum multa in caſtris audaciã garrulitatẽq; offendiſſet: q̃ imperatores ac reꝝ minime neceſſariaꝝ ſtudioſi induxiſſent: ut quieſcerẽt: ac ſolũ gladios acuerẽt iuſſit: ſibi enim reliqua curæ fore. Nocturnas aũt excubias iuſſit ſine haſta & ſine enſe aſſeruarẽt: quo deſperantes qui hoſtibꝰ repugnarẽt: magis ſomno reſiſterent. Et cum Macedonia per locos ſaltuoſos inuaſiſſet ac inſtructos hoſtes aſpexiſſet. Naſica enĩ eum hortante ut confeſtim illos adorirerẽ: facerẽ iſtud quidẽ ſi tua mihi ait ætas eſſet. Veꝝ multa mihi experiẽtia impedimẽto eſt: ut itinere fatigatus aduerſus inſtructam aciem dimicem. At ſuperato Perſe cum pro uictoria epulũ præberet: dicebat expertum peritũq; exercitum maiori hoſtibus terrori eſſe ſuauiſſimũq; amicis conuiuiũ præbere. Ad hæc cum Perſes captus eſſet: ac in triumphũ duci deprecarẽ: hoc inquit in te ẽ. Ita enĩ poteſtatẽ ei dedit: ut ſe ipſe interimeret. Grandi aũt ac propemodum infinita inuenta pecunia nihil ipſe accepit: At genero Tuberoni phialã argenteã ponderis libraꝝ Paulus æmilius Macedonia Naſica

trium militiæ præmiũ dedit. Et hanc aiunt primam Aemiliorum domum argenteam ſupellectilem ingreſſam. Præterea cum quattuor ei maſculinæ prolis filij eſſent: duos adoptioni alijs antea dederat: reliqui duo qui domi erat: alter qui annos quattuordecim natus quinto ante triumphũ die: alter quinto itidem die poſt triũphum agens annum duodecimum: diem obiere. Cũq; procedenti ipſi populus eius uicem condoleret collugeretq;: nunc ait patriæ ſe metu atq; periculo eſſe liberatũ: qñ ſucceſſuũ ſuorũ inuidiã quã in familiã ſuã fortuna euomiſſet pro omnibus tulerit.

Cato ſenior

C Ato ſenior cum apud populum in prodigalitatẽ & ĩ modicos ſumptus inuæheret: inqt: q̄ difficile eſt habere ad uentrẽ orationem qui aures non habet. Mirari autẽ qui urbs illa ſeruaretur: ubi pluris ueniret piſcis q̄ bos. Item cum uxorum effrenatius petulantiuſq; imperium aliquando reprehenderet: omnes inquit hómines uxoribus dominantur: nos uero cunctis hominibus: nobis autem uxores. Aiebat etiam male pro collato bñficio gratiam non recipere q̄ pro illata iniuria ſuppliciũ non ſubire: & ijs ſemper omnibus qui delinquerẽt præterq̃ ſibi ueniam dare. Et cum magiſtratus ad delinquentis plectendos hortaretur: dicebat qui & poſſent & non propulſarent iniuriam: eos lapidibus eſſe obruendos. Rurſus ijs ſe iuuenibus magis dicebat delectari qui erubeſcerẽt q̄ qui palleſcerent. Dicebat etiam eum ſibi militem odio eſſe qui ambulando manus: pugnando autem pedes moueret: ac ſterteret magis q̄ inclamitaret. Atq; peſſimũ eum aiebat imperatorẽ qui ſibijpſi imperare nõ poſſet. Ad hæc maxime oportere exiſtimabat: ut q̄ſq; ſuijpſius pudore teneretur: neminẽ enim unq̄ ab ſeſe abeſſe. Inſuper cum plurimorum hominũ erectas uideret ſtatuas: at malo de me inquit homines queritent: cur Catonis ſtatua poſita non eſt: q̄ cur eſt poſita. Item quibus poteſtas eſſet ut ea parce uterent̃: hortabatur: quo ſemper poteſtate liceret uti. Et q̃ uirtuti honorẽ auferrent: eos dicebat iuuentuti honorem auferre. Idem neq; pro iuſtis rebus magiſtratum aut iudicem orandum eſſe dicebat: neq; pro rebus iniuſtis exorandum. Iniuriam quoq; dicere ſolitus eſt etiam ſi inferẽtib⁹ minus ſit oĩbus eſſe periculo. At ſenectuti multa cũ adſunt turpia ne uitij turpitudo adderet̃ hortabat̃. Atq; iratũ ab inſano arbitrabat̃ tempore differre. Item illis minime inuideri qui fortuna manſuete modeſteq; uterentur. Non enim nobis ſed quæ nobis bona ſunt inuident. Præterea qui eſſet in ridiculis ſtudioſi: aiebat in ſerijs ridẽdos fore. Et pulchras actiões pulcherrimis quoq;

Fortuna

actionibus dicebat eſſe occupandas:ne illarum gloria paulatim deflueret. Corripiebat autem ciues qui eoſdem ſemper ad magiſtratum deſignaſſent. Videbimini enim dicebat:exiſtimare aut nõ multi magiſtratum faciundum:aut non multos dignos eſſe qui magiſtratũ gerant. Rurſum quia agros maritimos emiſſet:eum ſibi admirationi eſſe ſimulabat tanquã mari ualentiorem. Nam quæ illic uix inundet: hic facile abſorbeat. Et cum cenſuram petens uideret alios qui & rogarent blandirẽturq; multitudini:clamabat ipſe indigere populum & ſeuero medico ac magna purgatiõe: proinde non eum deſignandum eſſe qui gratificaretur: ſed qui inexorabilẽ ſe præſtaret. Quæ cũ diceret cunctis in electione prælatus eſt. Item cum iuuentutem doceret: audenter pugnandum eſſe dicebat & uerbo magis q̃ enſe: & uoce magis q̃ manu plærumq; uerti & cõſternari hoſtes. Atqui cum bellum aduerſus eos gereret:qui ad Betim flumen habitarent:magnoq; in diſcrimine propter hoſtium multitudinem poſitus eſſet:uellentq; celtiberi ducentorum ſtipendio talentorum auxilium ferre:Romani uero non ſinerent mercedẽ barbaris hominibus decerni: eos ait errare. Cum enim uicerint: non ab ipſis mercedem:ſed ab hoſtibus exactam ſoluturos. Q. ſi uicti fuerint: neq; a quib⁹ illa peteretur:nec qui peterent futuros. Et cũ plures cœpiſſet urbes:ut ipſe ait diebus quibus inter hoſtes commoratus eſt:nihil ipſe plus cœpit q̃ quæ ex hoſtiũ agro comedit ac bibit. Idem cum argenti libram uiritim diſtribuiſſet in milites: ait melius eſſe ut multi cum argento: q̃ pauci cum auro ab militia reuerterentur:magiſtratibus enim aliud nullum in prouincijs q̃ gloriæ additamentum faciundum eſſe. Atq; ſeruos quinq; militiæ habebat: horum unus cum tria captiua emiſſet corpora:neq; prius lacuiſſet Catonem q̃ in conſpectum iſſet:hominem ſtrangulauit. Et rogatus a Scipione Africano:ut Achæorum exulibus auxilio eſſet quo redirent in patrias:ſimulabat eam ſibi rem nulli curæ eſſe. At cũ in ſenatu uerba plurima fierent:ſurgẽs:tanq̃ nihil habeam⁹ inquit quod nobis agendum ſit: ſedemus de Græcis ſeniculis diſſerentes: utrum a noſtris an ab Achæorum pollinctoribus efferantur. At cum Poſthumius Labienus hiſtorias Græce ſcripſiſſet: ac ueniam ab auditoribus peteret: ait illudẽs Cato: ueniam dandam eſſe:ſi coactus amphictionum decreto ſcripſit.

Censura — Betis flumẽ — Celtiberi — Romani — Scipio africanus — Polinctores — Poſthumi⁹ la. — Cato

Cipionẽ iuniorẽ ferunt annis quattuor & quinquaginta: q̃bus uixit nihil emiſſe: nihil uendidiſſe: nihil ædificaſſe: libras

Scipio iunior

aũt argẽti tris ac triginta dũtaxat in magna ſubſtantia & auri duas
Carthago reliquiſſe: cum tñ Carthago in ipſius poteſtate fuiſſet: & unus oĩm
Polybius imperatorꝝ milites locupletaſſet. Præterea Polybij præceptũ obſer
uans ſtudebat nõ prius e foro abire q̃ aliquẽ ex adeuntibus fami/
liarẽ ſibi atq; amicũ quouis pacto effeciſſet. Et cum iuuenis adhuc
eſſet: tantã & fortitudinis & prudẽtiæ expectationẽ de ſe præſtitit:
Cato ſenior ut Cato ſenior de ijs interrogatus qui ad Carthaginem militarẽt:
inter quos etiã erat Scipio: diceret: ſolus is quidẽ ſapit ac uiget: ad
Roma hunc aũt umbra concedunt. Item cum Romã ueniſſet ab exercitu:
eum inuitabant: non quo illi gratificarent: ſed quod per illũ prope
diẽ ac facile Carthaginẽ capturi eſſent. Atq; cũ murũ ſuperaſſet: &
Carthaginẽſes ex arce repugnarẽt: ne tu mare iſtud munies: id autẽ
iacebat inter utroſq;: nec admodũ erat profundũ: dicente Polybio
atq; cõſulente ut tribulos ſpargeret ferreos: aut tabulas ſtimilis p/
foratas inijceret: ne tranſeũtes hoſtes aduerſus aggeres pugnarẽt:
ridiculũ eſſe ait qui muros cœpiſſent & intra urbẽ eſſent: inde ita ſe
gerere: quo aduerſus hoſtes nõ pugnarẽt. Et cum urbẽ Græcis ſta/
Sicilia tuis oblatiõibuſq; ex Sicilia aduectis refertam inueniſſet: iuſſit per
præconẽ ut quæ præſentes urbium ciues ſua cognoſcerẽt: reporta/
rẽt in patriam. Atqui rerum illarum neq; ſeruum: nec libertum ul/
lũ accepit. At ne emit quidẽ cum & diriperẽt: & deprædarentur ta/
G. lællius men omnes. Rurſum cum G. Lælio quo & amiciſſimo & ſocio ute/
batur: conſulatum petenti ſuffragarẽt: Pompium interrogauit: an
Pompius etiam ipſe peteret cõſulatũ. Erat aũt Pompius Tibicinis filiꝰ: quo
Lællius reſpondente nequanq̃ petere: quin potius cum Lællius peteret il/
liũs deſignandi gratia ſe quoq; comitia ambiturum crediderũt: &
ita expectantes ab illo decepti ſunt. Nunciabatur enim eum circui/
re forum ac ciues dextera blandiendo apprehendere. Quare alijs
Scipio turbatis ſubridens Scipio: ſtulti inquit ſumus qui quaſi non homi
nes ſed deos immortales precaturi ſimus: tantũ terentes temporis
Appiꝰ claudiꝰ tibicinẽ expectamus. Rurſum cum Appius claudius eius competi/
tor in cẽſura eſſet: ac diceret Romanos oĩs ab ſe nominatim ſalu/
tari: Scipio qui oẽs fere ignoraret: uera inquit narras: nam maiori
curæ mihi fuit: ut a nemine ignorarer q̃ ut multos noſſem. Horta/
bat̃ aũt ciues q̃nq̃dẽ aduerſũ Celtiberos bellũ gerebant: ut utroq;
militatũ miſſo aut legato aut tribuno militũ ſumerẽt utriuſq; uir/
tutis teſtes ac iudices bellatores ipſos. Inſuper cenſor declaratꝰ ado
leſcentẽ priuauit equo: quoniã ſumptuoſiore in cœna quo tempo/
Placenta re Carthago oppugnabat̃: placentã melle compoſitã quã in urbis
ſimilitudinẽ figuraq; formarat: & hanc Carthaginem appellarat:

conuiuijs propoſuit rapinæ: percunctantiq; adoleſcēti: quā ob cauſam equū ſibi abſtuliſſet: prior enim ꝙ ego Carthaginē inquit diripuiſti. Et cum. G. Liciniū prætereuntē intuereť: ſcio hūc ait uirum peieraſſe: At nequeo nemine accuſāte: & accuſator eſſe & iudex. Ad hæc cū a ſenatu tertiū miſſus eſſet: cū urbiū: nationū regūq; inſpector intueretur: ut ait Clytomachus: Quis urbes hoīesq; animis ꝙ lege tueñť: Alexandriā uenit: Cūq; egreſſus nauim incederet: capite toga operto: Alexandrini qui undiq; ad eū uiſendum accurrerēt rogabant ut & caput detegeret: atq; cupientibus ſibi faciē oſtenderet. Quod cum is feciſſet: ſtrepitū omnes ſunt ac plauſu proſecuti. Et cū rex ꝑpť corporis tarditatē atq; molliciā uix ſequereť: incedētis illos Scipio ſubmiſſa uoce īmurmurans ad Panætiū dixit: iam alicui Alexandrinis noſter aduentus fructui & uoluptati eſt: propť nos enim ambulantē regē conſpiciunt. Comitabať aūt eum amic⁹ unus Panætius philoſophus & famuli quinq;: quoꝝ unus cum in ea peregrinatione uita defunctus eſſet: aliam quoniā emere nollet: ex urbe accerſiuit. Rurſum cū Numantini uidereñť inuicti: ac pleroſq; imperatores ſuperaſſent: ſecundū populus ad id bellū conſulem Scipionē declarauit. Et cum multi in expeditionē irent: id ſenatus quoniā exhaurireť Italia prohibuit: neq; pecunias ex ærario ſumeret conceſſum eſt: ſed prouentus uectigales quoꝝ nondum tempus aderat decreti ſunt. At Scipio nō opus ſibi pecunijs eſſe dixit: ſuas enim atq; amicoꝝ ſatis ſuperq; fore. Sed de prohibitis militibus quæſtus eſt: Nam bellū graue & periculoſum eſſe. Si propter hoſtium fortitudinē totiens ſuperati ſunt quod aduerſum tales id gerať: ſin propter ignauiā ciuium quod cum talib⁹. Atq; ubi in caſtra uenit: multāq; & licentiā & luxuriā & ſuperſtitionē delitiaſq; offendit: uates cōtinuo & hariolos lenoneſq; exegit: impauitq; uaſa cūcta dimitterēt: præť ollam: ueru ac fictilē calicē: argenteū uero poculum non maioris ꝙ librarꝝ duarum ponderis pro arbitrio habendum permiſit lauari: Etiam uetuit & unguētis quiſq; ſe ipſe fricaret iuſſit: ſumenta eñ quoniā manibus carerēt: alterius fricatiōe indigere. Imperauit quoq; ut ſtantes crudū pranderēt obſonium: cœnarēt aūt diſcumbentes panem: aūt ſimplicē pultem & carnem aſſam aut elyxā. Ipſe uero nigro phibulatus ſagulo exercitū circuibat eiuſq; lugere dedecus aiebat. Atq; cum Mēmij cuiuſdā tribuni militū iumenta comprehendiſſet: quæ lapideas peluis & uitrea pocula deportarēt: mihi inquit ac patriæ triginta dies: tibi uero ī omnem uitā cū talis es temetipſum inutilē feciſti. Et cū alius pulcherrime ornatū ſcutū oſtentaret: heus inquit adoleſcens ſcutū certe pul-

G. Licinius
Clytomach⁹
Alexandria
Scipio
Panætius
Memmius

chrum eſt: uerũ decet Romanũ uirum in dextera potius ſpes ſuas ꝙ in ſiniſtra collocet. Item cum is qui uallum ſuſtuliſſet uæhementer ſe præmi diceret: Recte inquit: fidis em̃ magis huic ligno ꝙ gladio. Et cum effrenatam hoſtiũ amentiam eſſet intutus: dicebat tempore ſecuritatẽ emi. Nam boni imperatoris ſicuti medici officium eſſe: ut ferri curatione utatur ad poſtremũ. Verumtamen tempeſtiue adortus Numantinos in fugam uertit. Cũq; uictos grauiter ſeniores ferrent exprobrantes quid eos fugiſſent quos totiens fugaſſent: Numantinum quẽdam dixiſſe fertur: pecudes eaſdem quoq; nunc eſſe at paſtorem alium. Ad hæc ubi capta Numantia ſecũ dũ

G. gracchus triũphaſſet: contentio ei pro ſenatu ac ſocijs aduerſum G. Gracchũ

Scipio conſtituiẽ. Quare turbatus populus in eum qui in tribunali eſſet: tumultuabatur. Tunc ait Scipio: Nunꝙ nos legionum clamor uociferatioq; perterruit: ne dum hominũ cõfluctuatio atq; confuſio: quibus non matrẽ Italiam ſed potius nouercam eſſe ſcio. Et cum ab amicis Gracchi ſublatus eſſet clamor de interficiũdo tyranno: Recte inquit qui patriã oppugnant: me prius uolunt de medio tol

Roma lere: nõ em̃ Romã caſurã putãt Scipione ſuperſtite: neq; uicturum Scipionẽ ſi Roma ceciderit.

Cæcilius metellus

C Aecilius metellus cũ munitũ caſtellũ adoriri uellet: dixiſſetq; Centurio: ſi modo decẽ uiros amiſerit: fore ut caſtellum caperet: rogauit Metellus an uellet unus ex decem eſſe. Rurſum cum iunior quidam tribunus militũ quæreret: quid facturus foret: ſi hãc reſpondet tunicam exiſtimarẽ mentis meæ conſciam eſſe: eam exutus in ignem mitterẽ. Atq; Scipionis mortem cui uiuo infenſus fuerat: tulit ꝙ moleſtiſſime: ac filijs iuſſit ut ſubeuntes lectum tollerẽt: dixitq; gratias habere ſe dijs immortalibus ꝙ non eſſet apud alios natus Scipio.

Gaius mariꝰ

G Aius Marius ex obſcuro genere rempublicam capeſſens æditatẽ ampliorẽ pollicitus eſt. Cunq; perſpicue aduertiſſet eodem ſe die defecturum: ad minorẽ trãſijt: atq; illa quoq; fruſtratus non tamẽ futurum diffiſus eſt ſe Romanorum principem. Et cum

Varices utroq; in crure uarices pateret: ſolutus crus medico execandũ præbuit: neq; ullo emiſſo ſuſpirio nec cõtractis ſupercilijs ſectionẽ pertulit. At cum medicus tranſitũ faceret ad alteꝝ crus: noluit inquiẽs

Cluſius curationẽ eo dolore dignam non eſſe. Inſuper cum Cluſius ſororis

Trebonius filius in eius ſecundo conſulatu militi cuidam præſtanti forma Trebonio nomine uim afferret: ab adoleſcẽte occiſus eſt. Multiſq; Treboniũ accuſantibꝰ is a ſe illũ occiſum q in magiſtratu eſſet nõ negauit: ſed necis cauſam dixit ac probauit. Itaq; Mariꝰ quæ ꝓ præcla

ris militiæ facinorib⁹ corona dari conſueuerat ferri ad ſe iuſſit Tre/
bonioq; impoſuit. Atq; cũ aduerſum Teutonas in proximo caſtra
poſuiſſet eo in loco q paꝝ haberet aquæ: dicerẽtq; milites ſiti ſe affi
ci: mõſtrato illis flumine qđ iuxta hoſtiũ uallũ deflueret: Illinc uo/
bis potus eſt inq̃t emẽdus ſanguine. Ii aũt duci ſe rogabãt donec in
ſanguine ineſſet humor ac nondũ præ ſiti cõſtringeret. Præterea ca
mertiũ uiros mille q egregia uirtute ĩ bellis aduerſus Cymbros ex Cymbri
titiſſent: præter oẽs leges ciuitate uniuerſos donauit. Quod quidẽ
factũ cũ a nõnullis accuſaret: aiebat uerba legũ ꝓpt armoꝝ ſtrepi/
tũ exaudire nequiuiſſe. Et cũ in bello ciuili foſſa circũdat⁹ & obſeſ/
ſus occaſionẽ ac temp⁹ operiret: dixiſſetq; Pompei⁹ Silo: o Mari ſi Pompeius
magn⁹ impator es deſcende in aciẽ: proinde tu inq̃t ſi magn⁹ es im
perator coge me uel inuitũ in aciẽ deſcẽdere.

Atullus Lutatius cum in bello aduerſus Cymbros ad Atiſo/ Catullus lu
c nem flumen caſtra haberet: & Romani quoniã Barbaros ad tatius
tranſitum niti intuerent: cederẽt ubi eos detinere non poſſet: contẽ/ Romani
dit ad primũ curſim abſcendẽtium agmẽ: ne Romani fugere hoſtes
ſed imperatorẽ ſequi uiderent.

Ylla cognomẽto Fœlix: inter maximas ſuas fœlicitatis duas Sylla
f exiſtimabat: Pij Metelli amicitiã: & q̃ urbẽ Athenarum non Pius metellus
æquaſſet ſolo ſed ſeruaſſet potius. Athenæ

Aius Popilius ad Antiochũ legat⁹ miſſus eſt cũ epiſtola a ſe/ G.popilius
g natu qua iuberet Antiochus ut exercitũ ex Aegypto abduce/
ret: nec Ptolemæi filioꝝ q orphani eſſent regnũ occuparet. Popiliũ
uero ꝑ caſtra aduenientẽ: cũ Emiti⁹ Antiochus q̃ humaniſſime ſa/
lutaſſet: ille non ſeruata ſalutandi uice tabellas reddidit. Quib⁹ le/
ctis cũ rex dixiſſet cõſultatuꝝ ſeſe datuꝝq; reſponſum: Popili⁹ rege
uirga ĩ gyrũ circũſcripto: hic ergo ſtãs inq̃t cõſulta & reſpõde. Cun
ctis aũt uiri grauitatẽ atq; animi magnitudinẽ admirãtib⁹ ſtupẽti/
buſq; & Antiocho factuꝝ ſe aſſentiẽte quæ Romani uellẽt: ita Po/
pilius & ſalutauit eũ & complexus eſt.

Vcullus in Armenia cum decẽ milibus peditum & mille equi Lucullus
l tũ aduerſus Tigranẽ qui centũ quinquagintamilia hoĩm in Armenia
expeditione haberet: pridie Nonas Octobres ꝓfectus eſt. Quo die Tigranes
prius Scipioniſ copiæ a Cymbris cõſumptæ ſunt. Quare cũ quidã Cymbri
dixiſſet Romanis illũ diẽ nefaſtũ eſſe atq; formidabilẽ. Igiť pugne/
mus inq̃t hodie impigre: quo hũc q̃ꝫ Romanis diẽ ex acro & triſti Romani
iucũdũ hilarẽq; reddam⁹. Et cũ Cataphractos maxime milites me Catafracti mi
tueret: bono aĩo eſſe iuſſit: futuꝝ eẽ plus laboris ĩ illis ſpoliãdis q̃ lites
uincẽdis. Atq; cũ collẽ pm⁹ aſcẽdiſſet: barbaroꝝq; motũ aſpexiſſet

magna uoce inquit: uicim⁹ o cōmilitones: Ac nemine ſuſtinēte dū illos fugat: Romanos quinqꝫ loeto interceptos amiſit: hoſtes uero ſupra centū milia occidit.

Gn. pompei⁹ Romani Italia Sylla

Næum Pompeium æque Romani amauerunt atqꝫ patrē ode g rant. Is cum puer admodū eſſet: Syllanæ ſe parti aſciuit: & cū neqꝫ magiſtratu fungeret̃: neqꝫ ſenator eſſet: magnum ex Italia conflauit exercitū. Cunqꝫ a Sylla accerſeretur: negauit ſe ſine præda ac ſine cruore copias imperatori oſtenſurū. Nec prius uenit ꝙ hoſtiū

Sicilia

duces permultis prælijs uiciſſet. Idem cū a Sylla prætor in Siciliā miſſus: accepit milites egreſſos in itinere uim inferre ac rapina uti: qui alios palantes circumcurſarent ſupplicio affecit: ſed ijs qui a ſe miſſi eſſent ad gladios gēmas addidit. Ad hæc Mamertinos qui cōtrariam partē ſecuti fuerāt poterat uniuerſos occidere. At Stheni⁹

Sthenius

factionis princeps cū dixiſſet eum nequaꝙ iuſte agere: qui pro ſonte inſontes multos uocaret ad pœnā: hūc aūt ſeipſum eſſe abs quo & amici perſuaſi & inimici coacti res marianas elegiſſent: admiratus Pompeius ait ueniam dare Mamertinis: qui ab eiuſmodi uiro eſſent perſuaſi: qui patriam ſaluti ſuæ uitæ anteferret: & cū urbem: tum etiam Sthenium liberauit. Itē cum in Africam aduerſus Domitium traieciſſet: & illo magna pugna ſuperato a militibus eſſet imperator ſalutatus: reſpondit non ſe honorē illum admittere: ꝙdiu hoſtium uallum ſtaret. Itaqꝫ ſimul etiam cum imbri milites facto impetu caſtra expugnarunt: cœperunt: depopulati ſunt. Cum aūt reuertiſſet: tum cæteris eū honoribus prompto animo uultuqꝫ amiciſſimo Syllā excepit: tum omniū primus magnū appellauit. At cum uellet triūphare: qm̄ nondū ſenator eſſet: nequaꝙ ꝑmiſit: ꝗobrem cū Pompeius dixiſſet ad circūſtantis ignorare Syllā etiā plures oriētē ſolē ꝙ occidentē adorare: exclamauit Sylla triūphet.

Pompeius Mamertini Africa Domitius Sylla

Seruilius

At Seruilius uir ſenatorius & ſi grauiter rem ferebat: tamē cū plæriqꝫ aduerſarent̃ triūpho: quippe qui largitiones aliquas expoſceret: dixiſſetqꝫ Pompeius ſe potius triūphum dimiſſuꝝ ꝙ blande illos allocutuꝝ: nunc ait uero intueri ſe Pompeiū & magnū & triūpho dignū. Inſup cum Romæ mos eſſet: quandocūqꝫ militiæ munus pro legitimo tempore obiſſent: equū ad duumuiros quos cenſores uocant: in forū agerēt: adnumeratiſqꝫ militiæ munerib⁹ quibuſqꝫ imperatoribus ea geſta ſunt: aut laudarent̃ pro meritis: aut uituperarentur. Pompeius conſulē gerens ipſe equum deduxit ad Gelliū & Lentulum cēſores. Quibus ut mos eſt percunctantib⁹ an oīa militaria munera obiſſet: oīa reſpondit: & me quidē imꝑatore.

Sertorius Hiſpania

Idē Sertorij ſcripturis in Hiſpania potitus: inter quas erāt multoꝝ

ducum epiſtolæ: quibus ad perturbandam mutandāq; rempubli-
cam: Sertoriū Romam acceſſebāt: illas omnis cōcremauit: facul-
tatem quidem iis præbens: ut mali ad ſanitatem redirēt: ac melio-
res fierent. Præterea cū Phrahates rex Parthoꝝ per legatos eū ro-
Phrahateſ rex
gaſſet: ut termino euphrate uteret̄: quin potiꝰ Romani: inquit: ter-
Euphrates
mino utent̄ aduerſus Parthos iure ipſo. Rurſum cum. L. lucullus
Romani
militia functus uoluptatibus ſeſe dediſſet: uiueretq; ſumptuoſius:
Parthi
Pompeium autē uituperaret: quoniā præter ætatē plæraq; ſibi ge-
L. lucullus
renda appeteret: magis: inquit: ſeni præter ætatē eſt delitiis operā
Pompeius
dare ꝙ imperare. Et cum ipſe aduerſa ualitudine laboraret: ut tur-
do ueſceret̄: medicus iuſſit: Illum ſui fruſtra quæſiuerunt: erat em̄
præter anni tempus: Dixit quidā fore: ut apud Lucullū turdi: quē
penes annū integrū nutriant̄: inueniret̄. Ergo inquit: ni Lucullus
ſtuderet delitiis: uiuere Pompeius non poſſet? Ac dimiſſo medico
paratu facillimis uilibuſq; cibis uſus eſt. Idem cum uæhementiſſi-
ma annonæ charitudine urbs premeret̄: uerbo quidem cui anno-
næ cura mādata eſſet: declaratus: re autē terræ ac maris ius habēs
in Africam & Sardiniam Siciliamq; nauigauit: collectaq; grandi
frumenti copia ad Vrbem maturabat. Magna uero tēpeſtate orta:
gubernatoribuſq; perterritis: ubi primus inſcēdiſſet nauim & an-
chorā tolli iuſſiſſet: clamauit quod ad nauigationē cogeret non ad
uitā. Idem cum eiꝰ aduerſus Cæſarem ſimultas in aperto iā eſſet:
Cæſar
& Marcellinus unus ex iis qui a Pompeio ꝓducti ad dignitatem
fuerāt: deinde mutato erga Cæſarē animo: multa ī ſenatu in Pom
peium loqueretur: Non te pudet Marcelline inquit: maledictis me
onerare: per quē & e muto loquax factus es: & eſuriem cum uomi-
tu cōmutaſti? Et ad Catonem grauius mordētē quoniā ꝙ ſæpiſſi-
Cato
me prædiceret potentiā & auctoramentū Cæſaris nequaq; reipu-
blice bono cedere: reſpōdit: tua quidem magis ad diuinationē ac-
cedūt: at mea ad amicitiā. Atq; cum de ſe liberiꝰ loqueret̄: ait om-
nem ſe magiſtratum & accepiſſe citius ꝙ expectaſſet: & depoſuiſſe
citius ꝙ eſſet expectatus. Ad hæc cū poſt conflictum Pharſalicum
in Aegyptū fugiens ex triremi foret in piſcatoriū nauigium qđ rex
miſerat: tranſiturus: cōuerſus ad uxorē & filiū: aliud nihil ꝙ illud
Sophodis dixit: Quiſquis tyrānū petit: is & ſi liber it: illius eſt ſer-
Sophocles
uus. Cum uero tranſcendiſſet enſe percuſſus: ſuſpirio ſemel emiſſo
nihil locutus eſt: ſed uelato capite ſeipſum tradidit.

c Icero orator in nomen cauillatus: & amicis ut id mutaret
Cicero
hortantibus ait: Ciceronis nomen ſeſe facturum ꝙ & Ca-
tonū & Catulorū & Scaurorū nomē illuſtriꝰ. Et cū argen-

teum poculũ dijs immortalibus uotũ ſoluiſſet: prima nomina lit-
Cicer teris notauit: ſed ꝓ Cicerone cicer incidit. At eos oratores qui al-
tiore uoce uterent̃: dicebat ꝓpter infirmitatem in clamorẽ ueluti
Verres claudos in equũ aſcendere. Et cũ Verres cuius filius corporis for-
ma male uteret̃: Ciceronem maledictis laceſſeret: perinde quaſi &
mollem & cynædum criminaret̃: ignoras inquit decere intra fores
Metellus cõuitijs filios urgere. Rurſum cũ Metellus nepos ad eum dixiſſet:
Pluris teſtimonio tuo occidiſti: ꝙ patrocinio ſeruaſti. Etem̃ plus
mihi eſt: inquit: fidei ꝙ eloquẽtiæ. Interrogante etiã Metello: quis
ei pater eſſet? Hanc inquit reſpõſionẽ difficiliorẽ effecit mater tua.
Fuerat em̃ Metelli mater impudica. At Metellus ipſe & leuis erat
Diodotus & incõſtans & libidinis deditus. Rurſus cum Diodoto rhetorico-
rum doctori uita defuncto lapideũ coruũ Metellus ipſe appoſuiſ-
ſet: Iuſtam inquit retributionẽ factam: uolandi em̃ huic nõ dicẽdi
Vatinius doctrinã tradidit. Atq; cum Vatiniũ hominẽ & inimicũ ſibi & p-
ditiſſimum prius audiſſet interiſſe: mox certior de eius uita factus
eſſet: male inquit pereat qui male mentitus eſt. Ad eũ quoq; qui
genere Libys eſſet: diceretq; nõ audire ipſum dicentẽ: neq; tamẽ re-
ſpondit: habes aurẽ nõ foratam. Caſtum aũt popillium: qui ſe iu-
riſperitum haberi uellet: cũ & rudis tñ & obtuſus eſſet: ubi ad con-
trouerſiã quandã aduocaſſet teſtem: atq; ille dixiſſet nihil ſcire: pu-
Hortenſius tas em̃ ait de iure fortaſſis ĩterrogari? Præterea cũ Hortẽſius ora-
Verres tor argẽteã ſphinga mercedẽ a Verre accepiſſet: cũq; oblique qui-
Cicero dã ac ſubdole Cicerone ad eũ locuto: dixiſſet ſe ænigmatũ ſoluen-
Sphinx dorũ imperitũ eſſe. Attamen reſpondit Cicero: ſphinx apud te eſt.
Et cũ Voconiũ cũ tribus filiabꝰ deformoſiſſima facie obuiũ habu-
iſſet: ſubmiſſa uoce ad amicos dixit: Phœbo haud oriente genuit
Fauſtus hic pignora. Atq; cũ Fauſtꝰ Sylla puer ꝓpter aeris alieni ac fœno-
Sylla rum magnitudinẽ ſupellectilem ꝓſcripſiſſet: hanc ait libentius ꝙ
Pompeius patris eiꝰ ꝓſcriptionẽ amplector. Pompeio aũt ac Cæſare diſſidẽ-
Cæſar tibus ait: quẽ fugiã: noui: ad quẽ fugiã: ignoro. Ac Pompeium ac-
Themiſtocles cuſabat: qui urbem deſeruiſſet: eſſetq; Themiſtoclen potius ꝙ Pe-
Pericles riclen imitatus: cũ res non illis ſed hiſce ſimiles eſſent. Ad hæc cũ
Piſo ueniſſet ad Pompeium: ac rurſus ueniſſe pœniteret: ab eo interro-
gatꝰ: ubi Piſonẽ generũ reliquiſſet. Apud tuũ: inquit: ſocerũ. Et cũ
quidã ad Pompeiũ a Cæſare trãſfugiſſet: diceretq; præ celeritate
atq; alacritate equum reliquiſſe: melius inquit eũ de equo conſu-
luiſſe. Item ad eũ qui nũciabat Cæſaris amicos triſtis eſſe: narras
inquit eos eẽ Cæſarẽ exoſos: ab eoq; diſſentire. Cũ aũt poſt Phar-
Nonius ſalicũ præliũ Pompeio fugiente: Nonius quiſpiam dixiſſet: adhuc

aquilas ſeptem apud ipſos eſſe: & ob id ut bono animo eſſent hortaret: Recte inquit moneres: ſi cũ graculis nobis pugnandũ foret. Et cũ potitus uictoria Cæſar ꝓſtratas Pompeij imagines honorifice erexiſſet: ea de re loquens Cicero ait: Cæſar in erigendis Pompeij ſtatuis ſuas firmat. Adeo aũt qđ pulchre ſciteq; diceret: pluri mi faciebat: & ita ad id operã ſuã uæhementer accommodabat: ut cũ ei cõtrouerſia eſſet apud cẽtumuiros cõſtituta: & inſtãte die: ab Eronte ſeruo nunciatum foret in diem poſterum controuerſiam reiectam: eum libertate donauerit. Cæſar Cicero

G Aius Cæſar cum Syllam fugeret adhuc adoleſcẽs: in prædones incidit: & cũ primũ magna uis argẽti ab eo peteret: prædones deriſit: tanq̃ eius quẽ haberent ignaros: ac duplum ſe daturũ ꝓmiſit. Deinde aſſeruatus donec pecunias cogeret: ut & dormienti ſibi quieti eſſent ſilentiũq; præſtarent: imperabat: Quas aũt oratiões poemataq; ſcriberet eis legebat: & qui minus uæhemẽter ea laudaſſent: fatuos ac barbaros appellabat: Ac priſum eos ſuſpẽſurũ ſe minabat: Id quod etiã paulopoſt effecit. Nã cũ poſt aduectũ ſui redimẽdi preciũ liberatus & uiros & nauigia ex Aſia cõgregaſſet: tũ cõprehẽdit prædones: tũ etiã affixit cruci. Inſuper cũ Romæ pontificatũ peteret: haberetq; eius rei æmulum atq; cõpetitorẽ Catulũ: qui Romanis reliquis dignitate præſtabat: a matre ad fores deductus: hodie inquit mater uel pontificem filium uel exulem habebis. Atq; Pompeiam uxorẽ: qm̃ eſſet de Clodio infamata: repudiauit. Deinde Clodio eã ob rem in iudiciũ acto: teſtis adductus nihil nequã de uxore locutus eſt. Accuſatore aũt interrogante: quid igitur eã eieciſti? Quoniã: inquit: decet uxorem Cæſaris calumnia etiã uacare. Præterea cũ Alexandri res geſtas legeret: collachrymauit: dixitq; ad amicos: Is cũ hac ẽt ætate: Dariũ uicit: mihi uero in hãc uſq; diem geſtũ eſt nihil. Et cũ in alpibus ſterile inopſq; oppidulũ præteriret: amicis quærentib⁹ an etiã hic ſeditiones aliquæ cõtẽtioneſq; de principatu eſſent: ſub dubius cogitabũduſq;: malim inquit hic prim⁹ eſſe q̃ Romæ ſecũdus. Fortiſſimorũ aũt facinorũ ea obeunda eſſe dicebat quæ & periculoſiſſima maximaq; eſſent uerũ haud cõſultãda. Et cũ ex Gallia ꝓuincia aduerſus Pompeiũ Rubicona flumẽ trãſiret: ait: iacta ſit omnis alea. Item cũ ad mare Pompeius fugiſſet Roma: ac Metellus qui ærario præſideret: Cæſarem a capiunda pecunia ꝓhiberet: ærariũq; occluſiſſet: ei mortẽ minatus eſt. At Metello ꝑterrito: hoc inquit adoleſcens difficili⁹ erat dictu mihi q̃ factu. Ad hæc cũ ſeri⁹ Dyrrhachium ad eũ milites aduæherent a Brunduſio clam

G. Cæſar Sylla Aſia Catulus Clodius Darius Gallia Rubicon flu. Metellus Dyrrhachiũ Brunduſium

omnib⁹ nauigium paruum ingreſſus: traijcere pelagus aggredit̃: Fluctuante autem nauigio ubi ſeſe gubernatori manifeſtaſſet: clamauit: Crede fortunæ certior fact⁹ Cæſarẽ abs te uæhi. Et tũc quidem uæhementior tempeſtas inſurgens ei impedimento fuit. At qui milites cõcurſu facto: magna cum animorũ ægritudine querebant̃: qđ uires alias expectaret: quaſi ipſis diffideret. Sed poſtea ꝙ pugna facta uictor Pompeius nõ eſt uſus uictoria: ſed in caſtra redijt: Erat inquit uictoria apud hoſtes: ſed uincendi gnarum nõ habent Rurſum cum ad Pharſalũ inſtructam aciem locis ſuis ſtare: hoſteſq́ recipe Pompeius iuſſiſſet: eũ erraſſe Cæſar dicebat: qđ illam militũ animi ex curſu incitationẽ: illam uim: illam pugnãdi alacritatem naturaliter minatã debilitaſſet. Atq́ cũ primo impetu facillimeq́ Pharnaca ponticũ uiciſſet: ad amicos ſcripſit: Veni: uidi: uici. Præterea ubi Pompeiani in Libya in fugã uerſi ſuperatiq́ ſũt: ac ſeſe Cato interemit: ĩuideo tibi: ait: Cato mortis tuæ: Et em tu mihi ſalutis tuæ inuidiſti. Rurſum cũ a quibuſdã hortaret̃: ut Antoniũ atq́ Dolobellam: de quib⁹ male opinabant̃: ſibi caueret: reſpondit nõ hos ſibi rubicundos & pinguis timori eſſe ſed gracilis illos ac pallidos Bruto Caſſioq́ oſtenſis. Et cũ inter cœnãdũ ort⁹ eſſet de morte ſermo: quæ nã foret optima: Inopinata rñdit.

(Margin: Pompeius; Cæſar; Cato; Antonius; Dolobella; Brutus; Caſſius)

Cæſar auguſtus

C Aeſar qui prim⁹ eſt Auguſtus cognominatus: cum adhuc eſſet adoleſcens: ab Antonio repetiuit duo milia quingẽta ſex tertiũ: quæ & primi Cæſaris interfecti ædibus Antoni⁹ ad domũ ſuã trãſtuliſſet. Volebat em̃ Romanis ſoluere quos Cæſar legauerat uiritim: nummos quinq́ ac ſeptuaginta. At cũ Antonius pecunias haberet: & illũ moneret: ut ab ijs repetundis deſiſteret: ſi ſanus eſſet: paterna bona proclamauit: ac uendidit: largitionẽq́ perſoluit. Qua ex re & ſibi beniuolentia apud ciues compara uit: & in illum odiũ cõcitauit. Atq́ cũ Rhœmetacles rex Thracum qui ab Antonio ad eũ tranſierat: nõ moderatum ſe ac demiſſum in cõuiuijs ſed petulãtẽ odioſumq́ præſtaret: ſocietatẽ exprobãs: ꝓprio cuidam aliorũ regũ ait: Cæſar: Ego proditionẽ amo: ſed ꝓditores non laudo. Item Alexandrinis poſt captiuitatẽ extrema ſe mala paſſuros opinantibus: ubi Cæſar ſuggeſtum aſcẽdiſſet: Ario alexandrino corã cõſtituto ait: ſe urbi ignoſcere primum propter eius & magnitudinẽ & decorẽ: dein ob cõditorẽ Alexandrum: demũ uero ꝓpter Ariũ amicum. Idem cũ accepiſſet Erota qui ægyptiacas res gereret: emiſſe cõturnicẽ: quæ cæteras omnis pugna ſuperaret: eſſetq́ ipſa inuicta: & eã aſſam deglutiſſe: eo accerſito atq́ agitata quæſtione nauis malo hominẽ: ubi rem cõfeſſus eſt: iuſſit

(Margin: Rhœmetalceſ; Arius)

affigi: Ac Siciliæ ꝓ Theodoro Ariū præfecit. Libello aūt ſibi a q̊- Sicilia
piā reddito ubi ſcriptū erat: Calu⁹ Theodorus Tarſeus fur erat:
qd tibi uidet̃? Cæſar ſcripſit: Videt̃. A Mecœnate aūt ſodali ſin-
gulis dono annis phialā in natalitijs accipiebat. Athenodoro etiā Athenodoruſ
philoſopho ut domū dimitteret̃ ob ſeniū precāti cōceſſit: ſed cū in
ſe ſalutādo & in extremo abeundi gratificādiq; officio Athenodo-
rus dixiſſet: cū ira te Cæſar cœperit: nihil pri⁹ neq; dixeris nec fece- Cæſar
ris q̄ ipſas quattuor ac.xx. litteras tecū ipſe percurreris: eo manu
apprehēſo: adhuc inquit tua mihi præſentia opus eſt: ipſumq; an-
nū totū detinuit: inquiēs eſſe taciturnitatis quoq; numeratione tu-
tiſſimā. Inſuper cū audiſſet Alexandrū ubi duos ac.xxx. natus an-
nos maximā orbis partē ſubegiſſet: admodum dubitaſſe quid reli-
quū tēpus facturus eſſet: miratus eſt qđ nō maius opus Alexāder Alexander
exiſtimaſſet inſtituere partū imperiū q̄ magnū cōparaſſe. Et cum
de adulter⁊ legē tuliſſet: quā ſanxerat: quo pacto rei iudicādi ac de-
prehenſi puniendi eſſent: deinde ira lapſus adoleſcētē qui de Iulia
eius filia eſſet inſimulat⁹: percuteret manib⁹: Cūq; ille reclamaret:
legē tuliſti O Cæſar: ita pœnitētia ductus eſt: ut diem illū cœnam
omiſerit. Rurſum cū Gaium ex filia nepotē in Armeniā mitteret:
optabat ab dijs immortalibus: ut Pompeij beniuolentia & audē-
tia Alexandri ac ſua ipſius deinceps fortuna illi contingeret: Atq;
eū ſe Romanis imperij ſucceſſorē dicebat relicturū: qui nunq̄ bis
eādē de re cōſultaſſet de Tiberio loquēs. Itē cū iuuenes illos qui in Tiberius
cōſultatione tumultuarent̃: inſtituere uellet: nec attēderēt: ſed tur-
bulentius potius clamarēt: Audite inquit iuuenes ſenē: quē iuue-
nē ſenes audiebant. Præterea cū Athenienſiū populus quippiā ad
uerſus eū deliquiſſet: ſcripſit ex ægina putare ſe ſuā illis irā obſcu- Aegina
rā nō eſſe: nō em̄ æginæ hyematurū ſeſe: aliud uero his nihil neq;
dixit neq; fecit. Ad hæc cū unus ex Euryclis accuſatoribus temere Eurycles
atq; petulanter libertate dicendi ad cōuitiū uteret̃: ac inſolentius
efferret̃: hmōi quiddā locut⁹ eſt: Si hæc tibi Cæſar aut uident̃ ma Cæſar
gna: iube is mihi reddat ſeptimū Thucydidis uolumē. Quare Cæ Thucydides
ſar iratus eū abigendū iuſſit: Sed cū didiciſſet ex poſteris Braſidæ
hūc eſſe reliquū: hominē accerſiuit: caſtigatūq; modice dimiſit. At
cū Piſo ædes a fundamentis ad totū uſq; tectū accuratiſſime ædi- Piſo
ficaret: bono me animo lætoq; inquit facis: qui ita ædificas: tanq̄ Roma
perpetua Roma futura ſit.

Frācīſci Philelfi Apophthegmatū Plutarchi Cheronēſis: ad Tra-
ianum Cæſarē e græco in latinū traductio: Fœliciter Explicit.

Franciſci Philelfi ad Nicolaum quintum pontificem maximum in Plutarchi Cheronenſis Apophthegmata Laconica: ab eo e græco in latinū traducta: Epiſtolaris Præfatio.

Nicolaus q̄ntus pontifex

Prouidentia

QVo de te magis Nicolae quinte: dies ac noctes mecum ipſe cogito: eo benignus noſtro ſæculo immortalē deū cōſuluiſſe arbitror: qui ut res omnis humanas incredibili curat moderaturq; prouidētia: eū te uniuerſæ chriſtianæ eccleſiæ pontificem præeſſe uoluerit: in cuius mirabili uirtute ſummaq; ſapientia ſuā ſpem omnē: doctiones & boni uiri poſitam eſſe cōſtitutāq; intelligant. Haud em̄ uitio naturæ fieri puto: ut magis alia q̄ alia ætate minor ſit hominū doctiſſimorū & eloquentium numerus. Si em̄ in diuina quā uocant eſſentia nihil eſt qđ minus omni parte perfectū ſit: perfectā quoq; eſſe hominū naturā quā ipſe creauit deus omnipotēs: dubitare quis debet? Itaq; eandē ſemper ineſſe humano in genere uim ingenij & interiorē mētis agilitatē: quā græci: ἐνέργειαν: energiā: nomināt: ad egregiū quodq; obeundū atq; præclarū opus plane credēdū eſt. At fit neſcio quo deprauato hominū more: ut niſi pulcherrimis quibuſdā præmijs honoribuſue ꝓpoſitis nulli uirtuti: laudi nulli opera detᷣ: eaq; ſolū floreſcant ſtudia: quibus ſeſe hoīes in precio magis fore opinenᷣ. Quare quod bonum ſit propter ſe expetendū: id aut honore aut emolumento metiunᷣ. Et certe pauciſſimi admodū ſunt: qui uirtutē ullam uirtutis ſequanᷣ ſtudio. Itaq; eo maior eſt laus tua pater beatiſſime: eo admirabilior: eo diuinior: quod tuas uigilias: oīs curas: oīs labores: omnis ad uirtutē ſemper deūq; retuleris: nullā tibi ꝓponens inanem gloriam: nullā mūdi huius utilitatem. Quibus tuis optimis cogitatibus & laudatiſſimis inſtitutis factū eſt diuina benignitate: ut neq; petēs neq; cogitās per oēs deinceps dignitatis gradus ad ſummū maieſtatis faſtigiū ſis euect⁹. Sedes tu quidē un⁹ inter mortales in diuinæ altitudinis ſolio: chriſti optimi maximi uicē geris in terra humani generis ſaluatorē: cū auctoritate & gratia: tū per illius uitæ ſimilitudinē omnibus repræſentas. Te ſibi omnes ante oculos ponūt: & qui uirtutē ꝓpter uirtutem colunt: & qui eā cōmodis ſuis definiūt. Quobrem boni omnes undiq; ad te ueniunt. Quiſquis autem ingenio aut eloquētia aut elegantiore ulla diſciplina excellit: ad te ꝯfluit. Tu uero ut es animo ingenti ac benefico: negligis neminem: omnes libenter admittis. Te in omnes beneficentiſſimū præſtas. Qua tua tāta facil-

ἐνέργεια
Energia

litate liberalitateq́ naturæ fieri uidemus: ut iã ueluti excitatis nõnullorum ingenijs quæ obdormierant & indocti doctrinã adamare incipiant: & docti fiant quotidie doctiores. Nam prodes tu quidem omnibus & exemplo uitæ: & donandi magnificentia. Nõ igitur nõ poſſum eos omnes qui ullum uel bonitatis uel diſciplinæ ſimulacrũ præſe ferunt: accuſatione dignos exiſtimare: ſi minus perſæpe aliquos ingenij ſui fructus tibi pro ſua quaſi uillicatione reddiderunt: ut intelligas operam tuã in tam illuſtri beneficiendi munere nõ eſſe omnino fruſtra. Qua ratione cum ipſe quoq́ me tibi debere plurimũ cenſerem: uel pro ea qua in me nuper cũ Neapolin petens Romam diuertiſſem: pulcherrima beneficentia uſus es: aliqua ſtudiorum meorũ monimenta tuæ beatitudini referre uolui. Nã cum mihi tempeſtiue e græco in latinum conuerſa eſſent Plutarchi Cheronenſes Laconica Apophthegmata: quæ a noſtris: tũ dicteria: tũ dicta nominant: ea uiſa ſunt non indigna: quæ ſanctiſſimo tuo nomini dicarem. Rem ſane nõ admodum magnam ſi uolumen ipſum conſideretur: pulchram tamen & uiris doctis in primiſq́ eloquentiæ ſtudioſis non inutilem. Oratio enim quæ huiuſmodi ſententiarum argutia exemplorũq́ grauitate ac lepore referta fuerit: nõ poteſt omnibus nõ placere. Etenim duo a Plutarcho libri qui ſcilicet extent: de huiuſmodi dictis: nõ iiſdem temporibꝰ ſcripti ſunt: alter ad Traianum Cæſarem: quem ipſi iampridem in terpretati illius præſtantiſſimi principis Philippi Mariæ Angli nomine inſigniuimus: & hic alter: quem tuo ueluti munere & cognoſci a latinis & haberi uoluimus. Non multo autem poſt ut ſpero maiores a nobis aliquæ Lucubrationes & fortaſſis etiam gratiores ad te ibunt. Vale pater beatiſſime.

Neapolis

Roma

Beneficentia

Plutarchus

Apophthegmata Laconica

Oratio

Traianus Cæſar

Philippꝰ Maria Anglus

## Plutarchi Cheronẽſis Apophthegmata Laconica per Frãciſcũ Philelfum e græco in latinũ traducta: Fœliciter Incipiunt.

Agaſicles

a Gaſicles rex Lacedæmoniorũ admirante quodã Philophanẽ ſophiſtã ab ipſo nõ admitti: præſertim cũ is diſcẽdi deſiderio teneret: opus inquit eſt mihi horũ eſſe diſcipulo: quorũ ſum etiã filius. Ad illum uero qui dixiſſet: quonam pacto ſine ſpiculatoribus tuto imperare quis poſſit: ſi ita reſpondit ſuis imperarit: ſicuti patres filijs.

Ageſilaus

a Geſilaus ille magnus: cũ eſſet aliqñ conuiuij princeps ſorte cõſtitutꝰ: interrogatꝰ a pincerna quantum cuiq́ afferret. Si multũ ait uini paratũ eſt: quãtũ quiſq́ petierit: ſin autem

Latro

parum:ex æquo omnibus dato. Et cũ latro quidã toleranter perferret quæſtiões: ut improbus admodũ inquit hõ flagitioſis turpibuſq; in rebus patientiã conſtantiamq; definit. At cũ laudaret quidã oratorẽ: quod res paruas ꝙ uæhemẽtiſſime augeret: Equidem ait: cerdonem illum minime bonũ duco: qui paruo pedi magna calciamenta induit.

De promiſſis

Pr̃æterea cũ quiſpiã aliquãdo ad eũ diceret: promiſiſti: idemq; ſæpius loqueretur: Ita me Hercule promiſi: inquit: ſi iſtud quidẽ eſt iuſtũ. Sin autẽ iniuſtũ: locutus ſum: nõ ꝓmiſi. Cunq; idem ſubdidiſſet: ueruntamẽ decet reges quicquid capite annuerint: perficere: Nõ reges magis reſpõdit: ꝙ illos qui reges adeunt petere iuſta decet: & ita loqui: ut & quod tempeſtiuũ ſit: & quod regibus accommodatum cõſentaneũq; conſiderent. Ad hæc cum uituperantes aliquos laudantiſue audiret: non minus eorum qui dicerent: ꝙ de quibus dicerẽt perdiſcendos mores arbitrabat̃. Et cum puer adhuc palæſtricis puerorum ludis in obſcurum locum a chori magiſtro conſtitueret̃: obtemperauit: ꝙuis eſſet rex declaratus: Inquiens: tu quidem ut libet facito: oſtendam eñ nõ locis uiros: ſed uiris locos honoratos reddi. Idem cum medicus quidam difficiliorem curationem & eam minime ſimplicẽ imperaret: per geminos ait non omnino mihi propoſita uita eſt: neq; ſi bona etiam omnia reciperem. Atqui præfectus aliquando aræ chalcidicæ Butytarũ Mineruæ: cum a pediculo morderetur: non ſe auertit: ſed eo in omnium conſpectu comprehenſo atq; interfecto: addidit: Per immortales deos libẽter inſidiatorem interficio uel in ara. Rurſum cũ alio tempore puellũ intueretur: qui ex oſtio murem traheret: ubi mus in eum conuerſus detinentis manum momordiſſet fugiſſetq;: aſtantibus oſtenſo mure: quando illud minimum inquit animal ſic eos excipiat a quibus iniuriã patitur: quid uiris faciendum ſit conſiderate. Volens etiam bellum aduerſus Perſas uæhemẽtius aggredi: quo græcos Aſiam incolentis liberaret: oraculum Iouis dodonæi conſuluit. Illo uero militandum eſſe iubente: oraculũ Ephoris retulit: qui cum iuſſiſſent

Ageſilaus rex
Apollo

Ageſilaum etiam Delphos petere: & eiſdem de rebus numen conſulere: ꝓfectus ad uaticinium ita interrogauit: Apollo uideturne tibi quod etiam patri tuo? Apolline uero comprobãte: lectus imperator ita expeditiões duxit.

Tiſſaphernes

Cum inito Tiſſaphernes cum Ageſilao fœdera metu percuſſiſſet regem græcas ei ciuitates liberas dimiſſurum: deinde accerſito permagno a rege exercitu bellum ei indixiſſet: ubi minus abiret ex Aſia: libenter trãſgreſſionem illam peierationẽq; ſuſcipiẽs: exercitum mouit: perinde quaſi in Cariam pro

ceſſurus: ubi cum Tiſſaphernes copias cogeret: Ageſilaus ſoluens in Phrygiam impetum fecit. Ibiq̧ ꝙ plurimis captis urbibus grã-
diq̧ pecunia: dixit Amicis frangere fœdera impiũ quidem eſt: At hoſtium cogitatus fallere non modo iuſtum eſt & glorioſum: uerũ etiam: tum iucũdũ: tum perutile. Equitatu autẽ diminuto Ephe-
ſum conceſſit: ꝓnunciauitq̧ opulentis ſi ſe militia ſolutos uellent: equum pro ſeſe quiſq̧ uirũq̧ præberent: Quare ſtatim pro timi-
dis & diuitibus: tum equi: tum uiri idonei cõgregati ſunt. Itaq̧ dicebat imitari ſe Agamemnona. Illum enim cum equam bonã ac-
cepiſſet: ignauum diuitemq̧ uirum militia liberaſſe. Cum uero iuſ
ſiſſet captiuos nudos uenire: uenderentq̧ huiuſmodi prædæ uen-
ditores: & ueſtis quidem emptores permulti eẽnt: at corpora quo-
niam alba & omnino mollia ob delitias ociaq̧ erant: ea ſane tanꝙ inutilia nulliuſq̧ precij deriderent: aſtans Ageſilaus hæc ſunt in-
quit pro quibus pugnatis: iſti autem quibus cum pugnetis. Et cũ Tiſſaphernem in fugam in Lydia uertiſſet: pluribꝰ deletis: in agrũ regium incurſionem facit. At rex ubi pecunijs ante ad eum miſſis Ageſilaum de belli ſolutione rogaret: reſpondit is pacis ius penes ciuitatem eſſe: lætari autem magis locupletãdis militibus ꝙ ſeip-
ſo. Ad hæc pulcherrimum ducere nõ munera græcos ab hoſtilibꝰ capere: ſed ſpolia potius prædamq̧ parare. Inſuper cum Megaba-
tes Spithridatis filius qui formæ præſtãtia cæteros anteiret: ad eũ ſalutatum oſculatumq̧ acceſſiſſet. Videbatur eñ diligi uæhemen
ter: declinauit Ageſilaus. Sed poſteaꝙ ille adire deſtitit: eum ultro quæſiuit Ageſilaus. Dicentibus autẽ amicis ipſum eẽ in cauſa qui a pulchri illius oſculo ſe auerterit: quare præ metu illum minime uenturum. Vbi nõ parum temporis ſilentio ſecum ipſe cogitaſſet: Nequaꝙ inquit oportet illum nobis perſuadere: nam uelle mihi uideor rebus huiuſmodi imperare magis ꝙ præpollentem hoſti-
um urbem ui capere. Melius enim libertatem tueri ſibi ꝙ alijs au-
ferre. Præterea cum alijs in rebꝰ ueritatem iuſticiamq̧ ſeruaret: ex-
iſtimabat in amicoꝝ negocijs prætextum eſſe nimia aduerſus eos iuſticia uti uelle. Itaq̧ breuis eius quædam Epiſtola ad Hydriæũ Cara: qua quẽdam ex amicis peteret ita fertur: Niciam ſi minꝰ in-
iuſtus eſt: dimittas: uelim: Sin autẽ iniuſtꝰ: mihi dimittito. In plu-
ribus igitur talem ſe præſtabat Ageſilaus. Interdum uero cum ex-
pediret pro amicis tempore potius utebatur. Quare cum aliquã-
do tumultuoſius caſtra mouerẽtur: puero cuius amore tenebatur ꝓpter aduerſam ualitudinem debilitatemq̧ relicto: & illo quidẽ precibus eum ac lachrymis ad ſe reuocante: Ageſilaus conuerſus

Agramemnõ

Epiſtola

Ageſilaus

ait:q̃ eſt difficile miſerere ſimul & ſapere. Atqui hiſce in reb⁹ quæ ad corpus attinẽt: nihilo ijs qui ſecum aderant: præſtabat: quippe qui ſacietate & ebrietate omnino abſtinebat. Somno aũt eo utebatur: nõ qui imperaret: ſed cui a rebus gerẽdis imperaretur. Aduerſus calorem ac frigus ita habebat: ut ſolus ſemper anni tẽporibus uteretur. Et inter ipſos milites tabernaculũ habens nolebat meliorem lectum: q̃ cuiq; eſſet. Idq; aſſidue dicendo: uſurpabat principis eſſe nõ mollicia ſed conſtantia atq; fortitudine priuatis hominibus antecellere. Cũ ergo quidã interrogaſſet quid Spartæ profuerunt Lycurgi leges: ut uoluptates: inquit: cõtemptui eſſent. Ad eum quoq; qui tum ipſius: tum aliorũ Lacedæmoniorũ ueſtis alimentiq; tenuitatẽ miraret̃: dixit: ꝓ hoc hoſpes uiuendi more libertatem metimus. Itẽ cũ quis eũ hortaret̃: ut ſe remitteret: diceretq; ne ob incertũ fortunæ mortẽ aliquãdo ei⁹ rei occaſio fieret: At ego ait ita meipſum cõſuefacio: ut in nulla mutabilitatem quæram: & eodem inſtituto uel ſenex utebat̃. Itaq; cum a quodam rogaretur: quare uæhementi hyeme ſine tunica circũiret: quo iuuenes inquit imitentur: habentes ij quidem & ſenis & principis exemplũ. Thaſi quoq; cum per ipſorũ agrum Ageſilaus cũ exercitu iter faceret: cũ farinam anſeres bellaria liba belle cõfecta ac multiplices alias epulas precioſaſq; potiones ad eũ miſere: Sed ipſe farina dũtaxat acceptа: reliqua qui tulerant: iuſſit ad Thaſios referrẽt: perinde atq; nec ipſis forent utilia. Illis autẽ precantibus obteſtantibuſq; ut ea acciperet: iuſſit inter mãcipia diſtribui. Et cum cauſam illi percunctarentur: quoniam inquit non eos decet iſtiuſmodi crapulis delectari: qui probitatem fortitudinemq; exercerent. Nã quibus mancipia capiuntur: ea ſunt a liberis hominibus aliena. Rurſum Thaſij quoniã magnis ab eo beneficijs affecti uiderentur: cum & templis eum & diuinis honoribus proſecuti eſſent: & hac de re legatos miſiſſent: Ageſilaus lectis honorib⁹ quos legati ad ſe tuliſſent: rogauit an eorum patria deificandorum hominum poteſtatem haberet: Quod cum illi affirmaſſent: agite inquit: facite deos uoſipſos prius. Quod ſi feceritis: tũ crediturus ſum poteſtatem uobis eſſe deificandi etiam mei. Ad hæc cũ eæ græcæ nationes quæ Aſiã incolebant: decreuiſſent in præclaris florentiſſimiſq; urbibus eius imagines erigere: ad eas ſcripſit: Mei nulla imago eſto neq; picta neq; fabricata. Et in Aſia domũ intutus quæ culmen haberet quadratis trabibus: poſſeſſorem interrogauit: an quadrata apud eos ligna naſcerent̃? Qui cum nõ quadrata ſed rotunda naſci dixiſſet:

Spartæ

Thaſij

Ageſilaus

Ageſilaus

Num igitur ſi quadrata inquit eſſent: rotunda redderetis? Interro-
gatus etiam quandoq; uſq; quo Laconici ſoli confinia porrigeren-
tur: haſta uibrata quouſq;: inquit: hæc aſſequatur. Alio etiam per
cunctante q̃obrem Sparta careret muris? Oſtenſis armatis ciui-
bus: hi ſunt: inquit: Lacedæmonioꝝ muri. Rurſus idem alio quæ-
rente: non lapidibus: inquit: & lignis ſed habitantium uirtutibus:
muri ſunt fabricandi. Inſuper amicos monebat non pecunijs ſed
fortitudine & uirtute ſtudendum eſſe diuitijs. At cum uellet per
milites quicq; confeſtim effici: ipſe primus aggrediebatur in om-
nium conſpectu. Gloriabatur autem eo magnifice: quod laborã-
do cederet nemini: quodq; ſibi magis q̃ alijs imperaret. Et cum
quidam qui claudum Lacona intueretur exeuntem ab bellum:
equum quæreret: non ſentis: ait: non fugientibus ſed manentibus
bello opus eſſe. Præterea quomodo magnam gloriam acquireret:
cum quis interrogaret: ſi mortem inquit contempſeris. Cum etiã
quis percunctaretur: quare Spartiatæ ad tibias præliantur: quo:
inquit: quandocunq; ad numerum modulationemq; inceſſerint:
liquido pateat: & qui meticuloſi ſint: & qui fortes. Atq; Perſarum
regem cum beatum quis diceret: quoniam eſſet admodum iuue-
nis: inquit: at ne hanc quidem habens ætatem Priamus infortuni-
um paſſus eſt? Item ubi magna ex parte Aſiam ſubiugaſſet: decre-
uit aduerſus regem ipſum proficiſci: quo & ocioſum illum & popu
lares græcorum factioſoſq; duces corrumpentem inquietum red-
deret: atq; perturbaret. Sed ubi ab Ephoris acerſitus eſt ob græ- Ephori
ciæ bellum: quo Sparta circumdabatur: id enim pecuniæ a Perſa
miſſæ effecerant: Ageſilaus inquiens oportere bonum principem Ageſilaus
obtemperare legib⁹: ab Aſia nauigauit: magno ſui deſyderio græ- Aſia
cis Aſiaticis relicto. Et quoniam Perſicus numm⁹ ſagittarium ha-
beret impreſſum: Ageſilaus recedens ait ſe a rege ex Aſia triginta
milibus Sagittarijs exigi. Tot enim Athenas aduectis per Timo-
craten aureis daricis & ijs in populares ac factionũ principes diſtri
butis: tribus inſurrexerũt in milites. Ad Ephoros aũt reſpõdens:
hanc ſcripſit Epiſtolã: Ageſilaus Ephoris ſalutẽ dicit. Nõ medio-
crẽ Aſiæ regionẽ ſubiugauim⁹: Barbaros expulimus: multa in Io-
nia arma fecimus: Poſteaq̃ iubetis: ut ex edicto ueniã: ſequar epi-
ſtolã: ꝓpemodũ etiã cõſequar: nõ eñ mihi principatũ gero ſed ci-
uitati ac ſocijs: & tũc princeps uero principatũ gerit: cũ patiaꝛ a le-
gib⁹ & ab Ephoris imperari: aut ab alijs: qcũq; magiſtrat⁹ in urbe
fuerit. Ac ubi Traiecto Helleſpõto ꝑ Thraciã iter faceret: rogauit

Barbarorũ neminẽ:ſed ad ſingulos mittens percunctabat̃:utrum
ut amicus an ut hoſtis ꝑ eoꝝ ſolũ tranſiret: Et alij quidẽ amice ad
Xerxes mittebãt deducebãtq;:ſed ij qui Troiades uocant̃:quibuſq; Xer-
xes ut fert̃ munera dedit ꝓ tranſitus mercede. Ab Ageſilao petie-
re argenti talenta cẽtum & mulierũ tantundẽ. At hic diſſimulatio-
ne in eos uſus ac dicens: quid igit̃ nõ cõtinuo ueniſſent accepturi:
ꝓcedebat: & ubi cũ ijs qui eſſent inſtructa acie:congreſſus eſt:uer-
titq; eos in fugam:permultis deletis libere tranſiuit. Et cũ idem a
Macedonũ rege per nuncios quæſiſſet:ac ſe ille conſultaturũ dixiſ-
ſet:inquit:cõſultato igitur:at nos iam iter faciemus. Itaq; miratus
ille uiri audentiã ueritusq;:iuſſit ut amicũ eſſe alloquendũ. Theſſa-
lorum autẽ ſociorũ agrum uaſtauit:quoniã bellarent. At qui Xe-
noclen ac Scythen amicitiæ cauſa Lariſſam miſit: quib⁹ captis &
aſſeruatis:alij grauiter rem ferentes cenſebant Lariſſam cingendã
caſtris:hic uero inquiẽs: nolle uirorum alterius interitu: ne totam
Theſſalia quidẽ Theſſaliã capere eos per fœdera liberatos accepit. Item ubi
ad Corinthũ pugnatũ eſſe accepiſſet:etſi Spartiatarũ ꝙ pauciſſi-
mi perierãt:tamẽ quoniã Corinthiorũ & Athenienſiũ aliorumq;
ſociorũ magnus numerus interiſſet: nec lætabundus uiſus eſt nec
elat⁹ ea uictoria: qn grauiſſime ſuſpirãs: Heu inquit græciæ: quæ
tot perdidit inteſtino bello: qui ad uniuerſos uincendos Barbaros
Pharſalij ſatis extitiſſent. Pharſalij uero cũ inſidijs atq; latrocinijs exercitũ
eius urgerent:in fugã illos ubi quingentis cum equitibus uertiſſet:
ſtatuit trophæum ſub Narrhacio: & illa quidẽ uictoria præ cæte-
ris omnibus delectatus eſt. Qđ cum ipſe ꝑ ſemetipſum equitatũ
immiſiſſet:hac una re illos ſuperauit:qui equeſtri plurimũ iactan-
tiuſq; efferrent̃. Ad hæc cũ ei per Diphridã eſſet a domo nunciatũ
ut cõtinuo præteriens in Boetiã impetũ faceret: etſi maiore appa-
ratu id poſtea factũ ei ire mens erat:tñ ne magiſtratibus minus pa
ruiſſe uideret̃ : accerſitis uiginti milibus ex eo exercitu qui ad Co-
Boetia rinthum militabãt: Boetiã ingreſſus:cũ Thebanis cũ Athenienſi-
Athenienſes bus cũ Argiuis atq; Corinthijs ad coronã congredit̃: ſuperauitq;
Corinthij utroſq;:tametſi uulnerũ multitudine corpore ſibi male conſtaret.
Xenophon Fuit aũt ea pugna: ut ait Xenophon:pugnarũ quas geſſerat oĩm
maxima. At qui reuerſus domũ nihil omnino nec circa uitã nec cir
ca mores ob hmõi res ſecundas uictoriaſq; mutauit. Item cum ui-
deret quoſdã: qui ex alendis equis aliqui eſſe uideret̃ efferrẽturq;
aĩo: ꝑſuaſit ſorori Cyniſcæ: ut aſcẽſo curru certaret ĩ Olympiacis
ludis:quippe q̃ uellet græcis oſtẽdere res hmõi nullius eſſe uirtutis
Xenophon ſed diuitiarũ ac ſumptus poti⁹. Xenophonta uero ſapientẽ illũ ſe-

eum habens honorifice accerſendum iuſſit ad pueros educandos Lacedæmone: & ea inſtituendos diſciplina: quæ cæterarum eſſet pulcherrima: tũ imperare: tũ imperiũ pati. At qui alias interrogat⁹: quare maxime præter alios ſecundis reb⁹ Lacedæmonij uterent̃? Quoniã inquit: præter alios ſe exercẽt: ut imperantq́ & pareant. Lyſandro hac luce defuncto cũ multos eo ſodalicio congregatos offendiſſet: q̃d ille ſimul ac ex Aſia reuertiſſet: aduerſus Ageſilaum conſtituit: aggreſſus eſt eũ arguere quod eiuſmodi uiuus ciuis extitiſſet: oratiõeq́ perlecta in quodã relicta libro: quã Cleon Alicarnaſſeus ſcripſerat: quãq́ Lyſander receperat apud populũ dicturus: & eam quidem de rebus nouis & uſq́ demutanda republica illam in mediũ efferre uoluit. Sed cum ex ſenioribus quidã orationẽ percurriſſet: metuiſſetq́ eius uim atq́ grauitatem conſuluit ne Lyſandrum effoderet: quare obtemperauit Ageſilaus acquieuitq́. Item occultis ſuis aduerſarijs palam moleſtũ ſe non præbebat: Sed opera data ut ſe aliqui ſequerent̃ ſemper ex ijs duces alios declarabat: alios in magiſtratu habebat. Qui ubi ſe in dignitatibus improbe auideq́ geſſiſſent: proptereaq́ in iudiciũ uocarent̃: auxilians rurſus atq́ aſſiſtẽs & familiaris illos ſibi efficiebat: & in ſuam beniuolẽtiã traducebat. Itaq́ nemo ipſi aduerſarius erat reliquus. Quidã eũ rogauit: ut ad Aſiaticos ſcriberet hoſpites: quo ius ſuum cõſequeret̃: at mei inquit hoſpites quæ iuſta ſunt faciũt ſponte ſua: uel nihil me ſcribẽte. Oſtentabat ei quidam urbis murũ munitũ & ualide admodũ effabricatũ: interrogans: an pulcher ſibi uideret̃: medius fidius inquit pulcher: at non quẽ uiri: ſed quẽ mulieres inhabitent. Et cũ Megarenſis quidã de urbe aduerſus eũ gloriaret̃: adoleſcens ait: uerba tua multa ui egẽt. Rurſum quæ alios intuebãt mirari: ne noſſẽ quidẽ uidebat̃. Ac aliquãdo Callippides tragœdiarũ hiſtrio cũ nomine & gloria inter græcos clarus: tum ab omnibus celebrat⁹: primũ quidem ei occurrit ſalutauitq́: Deinde arrogãter ſeſe inter ambulantes inijciens oſtentabat ſe regi: putans is quidẽ fore ut aliqua benignitate atq́ comitate exciperetur: Ad poſtremũ uero ait: nõ admodum me agnoſcis o rex: nec qui ſum audiſti? Sed Ageſilaus ubi in eũ reſpexiſſet: at nõ tu es inquit. Callippides ille nicelicta. Sic enim Lacedæmonij mimos uocãt. Rurſus cũ a quopiam inuitaret̃ ad eũ audiẽdum qui luſciniæ uocem imitaret̃: noluit inquiens: perſæpe ipſam audiui. Menecrates medicus quoniã deſperatæ quædam curationes ei ex ſententia ceſſiſſent: Iuppiter eſt appellatus. Hoc aũt noĩe importunius utẽs cum ad Ageſilaum quoq́ ſic aliquãdo ſcribere auſus eſſet: Mene-

Lyſander

Cleon alicarnaſſeus

Ageſilaus

Aſiatici

Callipides hiſtrio

Ageſilaus

Menecrates

Iupiter

Epiſtola crates Iupiter: regi Ageſilao ſalutẽ dicit: hic reliqua nequaꝗ̄ lectis
Conon reſcripſit: Rex Ageſilaus Menecrati ſanitatem dicit. Cum Conon
Pharnabaçuſ & Pharnabaçus regia claſſe maris potiti maritimas Laconici ſoli oras obſiderent: & Athenienſium urbs muro cincta eſſet: datis a Pharnabaço pecunijs: pacẽ cũ rege Lacedæmonij fecere: miſerũtq; ciuem ad Teribaçum Antalcidan: qui Aſiaticos illos græcos: pro quibus Ageſilaus bellũ geſſerat: regi traderet. Qua ex re perperã accidit infamiæ huius Ageſilaum nequaꝗ̄ eſſe immunẽ: Erat eñi ei Antalcidas inimic⁹ qui omni ui opeq; pacem egit: perinde atq; Ageſilaus amplificaretur bello: fieretq; & clariſſimus & maximus. Qui etiã ad eũ qui dixiſſet Lacedæmonios ſequi Medos: reſpõdit potius Medos ſequi Lacedæmonios. Interrogatus etiam aliquando: utra uirt⁹ eſſet melior: fortitudo ne an iuſticia? Nulli uſui fortitudinẽ: inquit: eſſe abſente iuſticia: quod ſi iuſti omnes forẽt: nihil fortitudinis indigerent. Et cũ ij qui Aſiam incolebant Perſarũ regem magnũ appellare cõſueſſent: quid autẽ ait ille me maior eſt: ni & iuſtior temperatiorq; ſit? Dicebat etiã eos qui Aſiam incolerẽt: liberos quidẽ peſſimos: ſeruos aũt bonos eſſe. Idem interrogatus: quo pacto maxime qs gloriã apud homines queat aſſequi? Si loquatur inquit optima: agat aũt pulcherrima. Imperatoris etiã dicebat opus eſſe: ut audentia in hoſtes: & beniuolẽtia in ſubditos uteretur. Ac percũctante quopiã: quæ nã forent diſcenda pueris? Hæc inquit: quibus uiri uſuri ſint. Idem cuiuſdã cauſæ iudex cũ apte ab accuſatore dictũ eſſet: defenſor aũt qui inepte reſpõdiſſet: ad ſingula diceret: Ageſilae decet regẽ auxilio eſſe regibus? Et ædes: inquit: ſiquis tibi euerterit: & ueſtimentũ ſiquis abſtulerit: expectares ne aut architectum: aut qui ueſtimentũ texuit tibi auxilium datũ ire? Et cũ epiſtola a rege Perſarũ poſt factã pacẽ eſſet ad eũ delata: quã una cũ Callia Lacedæmonio Perſes tulerat: de hoſpitalitate atq; amicitia: haud accepit: inquiens: regi nunciaret: minime opus eſſe ut priuatim epiſtolas ad ſe daret. Mam ſi amicũ ſe Lacedæmonijs græciæq; beniuolum liquido præſtaret: futurum etiã Ageſilaum uæhementer ipſi amicũ: quod ſi deprehenſus fuerit inſidias tendere: ne ſi multas etiã epiſtolas accepero: credat me ſibi amicũ fore. Præterea cũ mirum in modũ filios amaret: fertur canna una cum paruis pueris tanꝗ̄ equo aſcenſa domi ludere ſolit⁹: uiſus autem ab amico quodã: rogauit ne cui prius id diceret: ꝗ̄ ipſe filios genuiſſet. Item cum bellis continuis Thebanos præmeret: & uulnus tãdem excepiſſet in prælio: Anatalcidan dixiſſe aiunt: pro præceptis ipſis mercedem recipis a Thebanis: quippe quibus ne uolẽtibus

quidem neſcientibus pugnandi doctrinã tradidiſti. Nam uero,
Thebanos ipſos ſui ipſorum tunc bellaciſſimos factos perhibent:
quoniã multas in eos expeditiões Lacedæmonij egiſſent. Quare
Lycurgus quoq; antiquus ille in his legibus quæ eo rhetræ uoca- Lycurgus
tæ ſunt: quoniã eſſent oraculo ſancitæ: uetuit ſæpius aduerſus eoſ-
dem militandum: ne bellandi peritiã diſcerent. At ubi angi conti-
nuis expeditionib⁹ ſocios audiſſet: quoniam Lacedæmonios qui
pauci eſſent: ipſi tam multi ſequerentur: uolens Ageſilaus eorum
multitudinem arguere: iuſſit ut ſocij omnes ſederent inuicem mix-
ti: at Lacedæmonij ſeparatim ſoli: dein proclamauit primos ſurge-
re figulos: qui ubi ſurrexere: ꝓclamauit ſecũdos ſurgere ærarios
mox fabros: deinceps etiã architectos: & ſingillatim alias artes.
Itaq; omnes prope ſocij ſurrexere: Lacedæmoniorum autẽ nemo:
Prohibita eñi ijs erat oparia diſciplina ſordidæ artis: ita ſubridẽs
Ageſilaus: intuemini ait uiri ſocij quãto pluris milites ꝗ̃ uos emit-
timus? In Leuctrenſi pugna cum multi Lacedæmonij fugiſſent:
qui legitimis pœnis erant obnoxij: Ephori uidentes urbem uiris
orbatam militibus egere: uolebant eam ignominiã ſoluere legeſq;
ſeruare: eligunt igitur legumlatorem Ageſilaum. Is aũt accedens
in publicum: non ego ait ſim legumlator aliarum legũ. Nam neq;
latis addere quicꝗ̃ poſſim neq; auferre neq; mutare. Sed pulchre
res habuerit: ſi quæ nobis leges ſũt: his a die poſtero ius fuerit. Cũ
Epaminõdas tanto cum terrore fluctuq; irruiſſet: tum Thebanis: Epaminõdas
tum etiam ſocijs ea uictoria exultãtibus: urbi tamẽ Ageſilaus im- Thebani
perauit: quãuis pauci in urbe eſſent: reuerti: Epaminõdam coegit.
At in ea pugna quæ ad Mantineam eſt geſta: imperauit Lacedæ- Mantinea
monijs: ut alijs omiſſis unũ Epaminondan oppugnarẽt: ſolos in-
quiens mentis compotes & fortis eſſe & uictoriæ auctores. Si hũc
igitur e medio ſuſtulerimus: facillime alios captiuos fore. Nam &
amentes eſſe ac nullius precij: Id quod etiam accidit. Nam iam ui-
ctore Epaminonda & Lacedæmonijs fugientibus: cum is uertere-
tur ſuoſq; uocaret: quidam ex Lacedæmonijs eum lœtaliter per-
cuſſit. Cum cecidiſſet: a fuga reuerſi qui cum Ageſilao erãt: æqua
uictoria pugnarunt: cum & Thebani longe deteriores: & Lacedæ- Thebani
monij longe meliores apparuiſſent. Sparta cum pecuniarum ad Ageſilaus in
bellum indigeret: ac peregrino ſtipendio aleretur: in Aegyptum ægyptum pro
Ageſilaus proficiſcitur: a rege Aegyptiorum mercede acceerſitus. ficiſcitur
Sed propter ueſtis uilitatem: indigenis contemptui erat. Expe-
ctabant enim uiſum ire Spartæ regem: ſicuti Perſarum corpore

magnifice ornato perperã ĳ quidem de regibus ſentiẽtes. Itaq; ĳs breui Ageſilaus oſtendit magnificentiã atq; laudẽ elatione animi & fortitudine parari oportere. Sed cum eos quos erat miſſuros in prælIũ: timidos ad imminens periculũ: tũ ꝓpter multitudinẽ hoſtium: erant eñ ducentia milia hominũ: tum ꝓpter militũ ſuorum paucitatẽ: decreuit ante cõgreſſum ſacrificiũ facere cæteris inſcijs. Et ad leuã ſubſtrata manu uictoriã ſubſcripſit: & acceptũ ab augure iecur impoſuit in ſubſcriptã manũ: quo ſatis temporis detento perinde quaſi ambiguũ ſe ad dubiũ ſimulabat: quoad litteraꝝ notæ iecori cõprehenſæ impreſſæ ſunt: & tunc cõmilitonibus oſtẽdebat: inquiens deos immortalis ex rebus ſcriptis uictoriã demõſtrare. Securã igiť cõiecturã ad uictoriã habere niſi audẽter in pugnã eunt. Hoſtibus aũt eius caſtra ꝓpter multitudinẽ uallo cingẽtibus: ac Nectabio: cui auxilio erat: egrediundũ pugnandũq; hortante: inquit nõ eſſe hoſtes impediendos qui ipſis ſe pares uellent. Et cũ adhuc parum reſtaret ad cõiungendum uallũ: interim ſuos quot reliqui erãt: inſtruxit & æquo marte dimicans illos fugauit: ac paucis cũ militibus ſuis magna hoſtium peracta cæde pecuniã grãdem ad urbẽ miſit. Ex ægypto in patriã remigans ac moriens ſuis præcipit: ut nec fictã nec pictã nec fabricatã corporis imaginẽ facerent. Nam ſi quod præclarũ opus a me geſtum eſt: hoc erit monumentũ mei: ſin aũt nullũ: ne omnes quidẽ ſtatuarĳ quoꝝ opera in ſordibus uerſanť: & cõtẽnendis artibus præſtare id quiuerint.

**Ageſipolis**

a Geſipolis Cleombriti filius: cũ quidam dixiſſet Philippũ diebꝰ paucis Olynthũ euertiſſe: per deos inquit: aliam talẽ urbem longe maiore tempore nõ ædificabit. Alius cũ dixiſſet eum cũ florentioribus uel regem fuiſſe obſidẽ & non filios nec uxores ipſoꝝ: haud inquit iniuria: decet eñ nos ipſos noſtra errata ferre. Idem cũ domo catulos uellet accerſere: ac dixiſſet quiſpiã exactio ab ĳs nõ eſt: nec enim uirorum inquit exactio fuit antea quæ nunc eſt.

**Ageſipolis**

a Geſipolis Pauſaniæ filiũ cũ Athenienſes Megarenſium ciuitatẽ acciperent: ad eas iudicãdas lites quæ inuicem ipſis aduerſus eum eſſent: Turpe ẽ ait O Atheniẽſes ductores græcorum Megarenſibus cedere in dignoſcendo iure.

**Agis**

a Gis Archidami filius: cũ aliquãdo Ephori dixiſſent ꝓficiſcere in huius patriã: adoleſcenteſq; tecum habe: Te eñ hic ipſe in arcem ducet: & qui fieri ait: cõuenit o ephori tot huic iuuenes credere: qui ſuam patriam prodat? Interrogatus quoq; quæ maxime diſciplina Spartæ coleret: cognoſcere inquit & ge-

rere & ferre imperiū. Et aiebat nō oportere Lacedæmonios inter/
rogare: quot eſſent hoſteſ: ſed ubi eſſent. Ad Mantineā cum prælio Mantinea
dimicare cū hoſtibus quoniā plures eſſent: ꝓhiberet: ait cum mul/
tis cōgrediendū illi eſſe qui multis uellet imperitare. Idē cū a quo/
dam quæreret: quot nā eſſent Lacedæmonij: quot ſatis ſunt: inqt:
qui improbos ꝓpulſent. Atq; ad Corinthiorū muros cū tranſiret
& eos cū altos ac munitos: tum in multum ſpacij protenſos intue/
ret: quæ ait hæc ſunt mulieres: quæ locum hūc incolunt. Sophiſta Sophiſta
quiſpiam cū dixiſſet orationē eſſe rerū omniū optimā: Itaq; ſi tu
ait taces: nullius es precij. Præterea ut Argiui poſteaq; eſſent ſupe/
rati rurſum ei audacius obuiā facti ſunt: Videns trepidationē ſuo/
rū: audete ait: O uiri: nā ubi nos uictores horrem⁹: quid illos face/
re cenſetis quos uicimus? Item ad Abderitarum legatum ubi lo/
cutus is multa feciſſet dicendi finē: interrogaretq; quid nā ciuibus
nūciaret? Me reſpondit tm̄ temporis tacitū audiſſe: quantum tibi
fuit ad dicēdū opus. Elios quibuſdā laudātibus quod ad Olym/
piacos ludos iuſtiſſimos ſe præſtarēt: & quid nā ait: magnum aut
mirandū faciūt: ſi in annis quinq; uno dūtaxat die iuſticia utunt?
Ad eos quoq; qui dicerent quoſdā ex alteris ædibus ipſi inuidere:
ꝓpterea ait & ſua illis mala: & ad hæc tum mea: tum amicorū bo/
na dolori erunt. Et cōſulente quopiā: digreſſum fugientibus hoſti/
bus dādum eſſe: & quomodo inquit: ſi aduerſum eos qui præ me/
tu fugiunt: nō pugnamus: cū ijs pugnabimus: qui ob fortitudinē
manent? Inſuper cū aperte quidā de græcorū libertate ſermonem
inferret: rem ſane nō ignobilem ſed factu difficilem O hoſpes ait:
tua uerba & uiriū indigent & pecuniarū. Atqui dicente quopiam
Philippum eis inacceſſibilē græciā facturum: nobis ſatis eſt inquit
hoſpes in noſtro uerſari ſolo. Legatus Perinthiorū cū Lacedæmo Perinthij
na ueniſſet: longiore oratione utebat̄. Vt autem fine dicendi facto
Agin rogauit: quid eſſet Perinthijs renunciaturus? Quid inquit
aliud q̄ quod tu uix finem dicendi feceris: ego uero taceo. Idē cū
ſolus legatus ueniſſet ad Philippū: cumq; Philippus dixiſſet: quid Philippus
hoc? ſolus ueniſti? Etem ad unum reſpondit. Et cum ex ſenioribus
quidam intuēs ſolutis priſcis: alia quædam flagitioſa induci iura
dixiſſet ad eum iam ingraueſcentem: Quare ſuperna iam Spartæ
fierent inferna: iocans inquit pro ratione ita res accidere: ſi hoc fit:
Etem cū ego puer eſſem a patre audiebā quæ ſuperiora extitiſſent:
inferiora apud ipſos effecta. Aiebat autē patrē puero ſibi hoc etiā
dixiſſe: ꝓpterea mirandum nō eſſe: ſi poſteriora priorib⁹ eſſent de/
teriora: ſed ſicubi meliora ac ſimilia. Atq; interrogatus quomodo

quis in libertate perſeuerarit: ſi mortẽ inquit contempſerit.

Agis iunior Demades

a Gis iunior: cũ Demades diceret enſes laconicos propter breuitatẽ a circulatoribus abſorberi: Attamẽ inquit: Lacedæmonij enſib⁹ hiſce hoſtes aſſequunt̃: Ad improbũ uero hominẽ interrogantẽ ſæpius: quis eſſet optimus ſpartiata: qui tui diſſimillimus ſit: reſpondit.

Agis rex Ephori

a Gis ultimus Lacedæmonioꝝ rex: inſidijs comprehẽſus & cõdemnatus ab Ephoris: cũ indicta cauſa ad ſuſpendiũ agit̃: intutus quendã ex miniſtris flentẽ: deſine inquit homo tu ſuper me flere: etẽm ſic inique ac iniuſte periẽs: ſum me interimẽtib⁹ melior: quibus dictis ultro laqueo ceruicẽ tradidit. Cum parẽtes eũ rogarent: ut ſibi ad iniuſti quippiã eſſet adiutor: aliquãdiu contradixit. Sed ubi urgerẽt: ait: ꝙdiu apud uos fui: nullã tenebã iniuſticiæ notionẽ: at poſteaꝗ̃ me patriæ tradidiſtis huiuſq; legibus: itẽq; iuſticia ac probitate pro uirib⁹ erudiſtis: hæc enitar & non uos ſequi: & qm̃ uultis me quæ optima ſunt agere: optima uero ſunt quæ iuſta fuerint: cũ homini priuato: tum longe magis principi: quæ uultis agam: quæ dicitis omittã.

Alcamenes Teleclus

a Lcamenes Telecli filius: quærẽte quodã: quo nã pacto regnũ optime quis ſeruauerit: ſi multi: ait: lucrũ nõ fecerit. Alio etiã percunctante: ꝙobrẽ a Meſſenijs munera nõ acceperit: qm̃ ſi accepiſſem inquit: cũ legib⁹ pacẽ agere nequiuiſſem. Item cũ quis dixiſſet eũ parce uiuere: cũ tñ ſatis magnã ſubſtantiã haberet: Pulchrũ em̃ eſt ait: qui plura poſſideat eũ uiuere ꝓ ratiõe nõ ꝓ libidine.

Anaxandridas Ephori

a Naxandridas Leontis filius: ad eũ qui intolerabiliter turbaretur moleſtiſſimeq; ferret: ꝙ ex urbe exularet: O uir ait optime ne urbẽ exulãs horreas ſed iuſticiã. Idem ei qui Ephoris oportuna loqueret̃: ueꝝ plura ꝗ̃ ſatis eſſet: non oportune ait oportuno uteris. Et cũ quidã percunctaret̃: cur mancipijs agros traderent: & nõ ipſi colerẽt: qm̃ inqt: nõ hoꝝ nos cultores: ſed ut nos colerẽt ea cõparauim⁹. Item cũ alius diceret: gloriã obeſſe: & ꝙ is liber foret qui fœlix futur⁹ eſſet: ſic ait: Iniuſta perpetrãtes ſcd̃m orationẽ tuã fœlices eſſet. Nam quo pacto ſacrilegus iniuſticiæue obnoxius gloriæ ſtudeat? Interrogãte aũt alio: quare ĩ bellis Spartiatæ audẽter pericula ſubeũt: qm̃ ut oportet inquit: & nõ quẽadmodũ alij metuẽtes de uitæ cõditione meditamur. Ad hæc cũ a quodã rogaret̃: ꝙobrẽ necis cauſas dieb⁹ plurib⁹ ſeniores iudicãt: & ꝙuis quiſpiã effugerit: nihilo tñ min⁹ eſt legib⁹ obnoxi⁹: plurib⁹ inqt dieb⁹ iudicãt: qm̃ de morte q̃ errauerint: ijs cõſiliũ mutare nõ licet: legib⁹ aũt obnoxiũ eſſe oportebit: qa ſcd̃m hãc legẽ liceat meli⁹ cõſultare.

# APOPHTHEGMATA LACONICA

Naxander Eurycratis filius:quopiã ꝑcunctante:quare pecu/ Anaxander
a niás nõ congerũt in ærariũ: ne inquit cuſtodes earum qui fue
rint:corrumpantur.

Naxillas:ad illũ qui mirabat̃ cur Ephori non aſſurgerẽt regi/ Anaxillas
a bus:præſertim cũ ſint a regibus conſtituti: eadẽ inquit cauſa
qua etiã Ephoros gerunt.

Ndroclidas Lacon debilis & inutilis crure inter bellatores ſe Androclidas
a locauit. Itaq̃ inhibituri quidam moti ſunt propterea ꝙ eſſet
infirmus:At non eum:ait:qui fugiat ſed qui maneat oportet cum
hoſtibus pugnare.

Ntalcidas cum in Samothracia initiaretur:interrogatus a ſa Antalcidas
a cerdote:quid dirius in uita perpetraſſet?Si quid:inquit: mihi
huiuſmodi actum eſt:ipſi dij cognoſcent.Et cum Athenienſis qui/
dam indoctos Lacedæmonioſ uocaret:ſoli igitur nos:inquit:nihil
mali a uobis didicimus.Item cum alius Athenienſis ad eum dixiſ/
ſet:Verũtamen a Cephiſo nos ſæpe uos fugauimꝰ.At nos:inquit:
ab Eurota uos nunꝙ̃ abegimus?Præterea interrogatꝰ quo pacto
maxime hominibus placere quis poſſit: inquit: ſi cum ijs iucun/
diſſime loquatur:aſſiſtat autem utiliſſime. Atqui Herculis lauda/
tionem cum ſophiſta quidam eſſet lecturus:quis enim:ait:eum ui/
tuperat?Ad Ageſilaum quoq̃ qui a Thebanis eſſet in pugna uul/
neratus: doctrinæ ait mercedẽ a Thebanis recipis:quibꝰ nec uolen/
tibꝰ:nec ſciẽtibꝰ pugnãdi doctrinã tradidiſti.Videbãt em̃ cõtinuis
Ageſilai in eos expeditiõibꝰ pugnaces effecti.Idem Spartæ muros
iuuenes ipſos dicebat eſſe:cõfinia uero ſpiculoꝝ cuſpides. Inſuper
ad eũ qui ꝑcunctabat̃:quid breuibꝰ ſicis Lacedæmonij ĩ bello ute/
rent̃:qm̃ inquit cũ hoſtibus cominus dimicamus.

Ntiochus Ephoꝝ gerẽs ut accepit Philippũ Meſſenijs dediſſe Antiochus
a agrũ:Interrogauit:an etiam uires eis præbuiſſet: quibus pro Philippus
agro pugnantes ſuperiores forent. Meſſenij

Rgeus:quibuſdam non ſuas ſed alienas quaſdam uxores lau Argeus
a dantibus:per deos inquit: de honeſtis probiſq̃ uxoribus ni/
hil temere dicendum eſt.Nam quales omnino ſunt:illis ſolum ma
nifeſtum eſſe qui una uiuunt:at reliquos ignorare.Idem cũ per Si/
ciliæ Selenunta ſibi aliquando intereſſet:intutus quodam in mo/
numento Eulogium hoc inſcriptum: Eulogium

Hoſce Selenuntos ſub portas quando tyrannũ
Extingunt olim:Mars uerus abſtulerat.

Iure inquit interiſtis:qui ardentẽ tyrannida extinguere temptaue/
ritis:contra em̃ dimittendũ fuit ipſam omnẽ concremari.

Ariſto

a Riſto laudante quopiam illud Cleomenis reſponſum: qđ interrogatus quid bonū regem facere oportet: reſponderit & amicis benefacere: & malefacere inimicis: & quāto inquit melius fuerit O uir optime & amicis benefacere: & inimicos reddere amicos. Quod quidē reſponſum & ſi omnium ſentētia Socrati datur: tamen etiā referť in Ariſtonē. Ad hæc cū quis percunctaretur: quotnā eſſent uniuerſi Spartiatæ: quot inquit ſatis ſint ad arcendos inimicos. Item cū a quodā eorū Athenienſiū laudatio legereť quos Lacedæmonij occiderant: cuiuſmodi igiť noſtros ait eſſe cenſes: a quibus ij uicti ſunt?

Archidamiđ.

a Rchidamidas ad eū qui Charilaum laudaret: quod æque in omnes mitis ac māſuetus extitiſſet: & quomodo inquit iure quis laudeť: ſi in improbos quoq; mitē ſe præſtiterit? Et Hæcatæum ſophiſtam quodam uituperante: quod in ipſorum cōcœnationē cōuiuiūq; admiſſus nihil locutus ſit: Ignorare mihi uideris: inquit: eū qui artē dicēdi nouit: etiā tēpus dicēdi noſſe.

Archidamus

a Rchidamus Zeuſippi filius quiſpiā quæſiſſet: quinā Spartæ præeſſent: leges inquit legitimaq; principia. Et ad illum qui citharœdum laudaret: atq; eius uim admirareť: O uir optime ait: quis abs te honos probis uiris retribuetur: quādoquidem citharœdū ita laudibus efferas? Idem cum quis ei pſalten cōmendaret: inquiens: hic bonus pſaltes eſt: at hic apud nos quidem eſt ait ad ius faciēdum bonus coquus: perinde quaſi referret nihil ſiue ex inſtrumentorū ſono ſiue ex obſoniorū ac brodij apparatu uoluptas efficereť. Atqui interrogat⁹: cur paruis adeo ſicis uterētur: quod præ alijs inquit propius hoſtes accedimus. Et cum ab improbo quodam eſſet interrogatus: quinā foret Spartiatarū modeſtiſſimus: qui tibi reſpondit diſſimillimus ſit. Idem cū quis ſuaue uinū ei pollicereť: nō eſt inquit opus: nam & plus erogabiť: & quæ ad fortitudinē attinēt: inutiliora faciet. Præterea Corinthiorum urbē adortus cum exercitu: uidit ex Pomerio lepores ſurrexiſſe: Itaq; ad cōmilitones ait: facillime a nobis hoſtes capienť. Cum a duobus quoq; arbiter acceptus eſſet: eos actos in Sacellū chalciœcæ Mineruæ ut iudicatis ſtarent: adiurauit. Qui ubi iuraſſent: ait: Iudico igiť: ne uos prius Sacellum egrediamini: q̄ quæ inuicē uobis cōtrouerſiæ ſunt: ſolueritis. Inſuper cū ad eius filias Dionyſius Siciliæ tyrānus precioſos miſiſſet amict⁹: nequaq̄ accepit: inquiēs: metuo ne puellæ hiſce indutæ uideanť mihi turpes. Filium autem intutus cū Athenienſibus effrenatius pugnantē ait: aut adde uiribus: aut animoſitati adime.

Corinthij

Dionyſius tyrannus

# APOPHTHEGMATA LACONICA

Rchidamus Ageſilai filius: cũ a Philippo poſt Cheromiæ pũ Archidamus
a gnam aſperiorẽ accepiſſet epiſtolã: ita reſcripſit: Si umbrã tuã Cheromia
metiri uolueris: haud nunc maiorẽ eam inuenies ꝙ eſſet ante uicto Epiſtola
riã. Idem interrogatꝰ quãto Spartiatæ ſolo dominarent: quantũ Periander
cunq; reſpondit haſta aſſequerent. Periander quoq; medicus illu-
ſtris arte laudatiſſimuſq; imprimiſ: cum inepta poemata ſcriberet:
quid tandẽ Periander ait: pro gratioſo medico malus poeta uocari
cupis? Atq; in eo bello qđ aduerſus Philippũ gerebat: quibuſdã
cõſulentibus eſſe procul a domo pugna cõgrediendũ: at nõ hoc in-
quiti ntueri oportet ſed an pugnando hoſtibꝰ præſtabimꝰ. Ad eos
quoq; a qbꝰ quo tpe prælio Archidamas ſuperaſſet: efferebat lau
dibus: meliꝰ inquit eſſet: ſi eos prudẽtia potius ꝙ uiribꝰ uiciſſemꝰ.
Et quo tpe irruptiõe i Archadiã facta: accepiſſet Aelios auxiliũ iis Archadia
ferre: ita illis ſcripſit: Archidamꝰ Aeliis: Quieſcere pulchrũ eſt. Idẽ
in Peloponneſiaco bello percunctãtibus ſociis quantũ pecuniarũ
foret ſatis: rogãtibuſq; ut tributa terminaret: bellũ inquit ordina-
ta non quærit. Ageſilai uero catapultã intutus cũ primũ ex Sicilia Catapulta
eſſet aduecta: O Hercules exclamauit periit uiri uirtus. Et qm̃ Græ Sicilia
ci in his fœderibus quæ cũ Antigono & Cratero icta fuerãt: reſcin-
dendis ei obtemperare nollẽt: nec in libertatẽ ſe uendicare: q̃ſi mo-
leſtior Lacedæmoniorũ futurus eſſet ꝙ Macedonũ principatus: pe
cudem ait eandẽ ſemper ſonare uocẽ: hominẽ uero & multas & ua-
rias quouſq; animi ſententiã abſoluerit.

Stycratidas: cũ quidã ei dixiſſet poſteaꝙ Agis rex eſt pugna Aſtycratidas
a apud magnã urbem ab Antigono ſuperatus: quid facietis O
Lacedæmonii: an Macedonibꝰ ſeruietis? Reſpondit: quid uero poſ
ſitne nos Antipater pro Sparta pugnãtis ab interitu prohibere?

Ius inſidiis ab Iphicrate Atheniẽſiũ prætore circũuentus: in- Bius
b terrogatuſq; a militibꝰ quidnã eſſet faciũdũ. Quid em̃ aliud
inquit: ꝙ uos ſaluti cõſulere: me uero pugnãdo interire?

Raſidas murẽ in caricis cõprehenſum cũ eſſet ab eo morſus Braſidas
b dimiſit: inde ad aſtantes cõuerſus inquit: nihil eſt ita paruum
qđ ſi audeat iniuriã propulſare: nõ ſe ſaluũ efficiat. Et cũ in pugna
quadã per clypeũ eſſet iaculo ictuſ: haſta e uulnere educta: hac ipſa
hoſtẽ interemit. Cũq; interrogaret: quo nã pacto uulneratꝰ eſſet:
me r̃ndit clypeus prodidit. Idem cũ a quopiã hortaret ad ſophiſtã
audiendũ: interrogauit hortatorẽ: quid nã ille oſtẽſurꝰ foret: & cũ
ille r̃ndiſſet: laudationẽ Herculis: ait Braſidas: quis em̃ deũ hũc ui-
tuperat? Atqui ad bellũ egreſſus ſcripſit Ephoris: quæcũq; ſunt de
trimẽta ac perniciẽ illaturus belli gerã aut moriar. Sed poſteaꝙ is

forte occidiſſet Græcis Thraciæ liberatꝰ: legati q Lacedæmona miſſi fuerāt: eius matrē Argileonida adiere: quos cū illa interrogaſſet primū: an Braſidas præclare diē obiſſet: ac laudibꝰ ij Braſidā efferret: diceretq nullū Spartæ aliū talē eſſe: Ignoratio uos: inqt: hoſpites tenet. Nam ꝗꝗ Braſidas uir bonꝰ fuit: multos tñ habet Sparta illo melioris.

Damonidas — d Amonidas: cū a chori magiſtro in ultimā chori partē locatus eſſet: Recte profecto: inquit: O ductor chori excogitaſti: ꝗ pacto quoq inhonoratus locus honorabilis fieret.

Damis d Amis: ad ea quæ ſcripta erāt de faciūdo decreto: quo Alexander deus eſſet: cōcedimus: ait: Alexādro ſi uelit deū uocari.

Damyndas Philippus d Amyndas: cū Philippus in Peloponneſum irrupiſſet: ac dixiſſet quiſpiā: Lacedæmonij ſunt magnis propemodū ærumnis obnoxij ni redierint cū Philippo in gratiā: effœminate inquit ærūnarū poſſumus pati morte cōtempta.

Dercyllidas Pyrrhus d Ercyllidas: cū Pyrrhꝰ eſſet cū exercitu ī Spartiatarꝫ ſolo: legatos ad eū miſſos: imperāte Pyrrho ut aut regē ſuū Cleonimū reciperet: aut futurꝫ eſſe ut cognoſcerēt ſe fortiores aliorꝫ eſſe nemine: apte rñdit: ſiquidē deus es haud metuimꝰ: nullā eñ iniuriā facimus: ſin aūt homo: nobis certe nō es melior.

Demarathus Orontes d Emarathꝰ cū Orontes aſperiꝰ cū eſſet collocutꝰ: ac dixiſſet: quidā aſpere te Demarathe Orontes eſt uſus: nihil: inqt: ī me deliquit: nā q ad gratiā ſermonē habēt detrimētoſi ſunt: nō q inimice ac maliuole. Item cū quis interrogaſſet: cur q apud Spartiatas abiecerint clypeos ignominia notanť: Qꝫ ſi galeas thoracaſq abiecíſſent nō notanť: qm̄ ijs inquit ſuíjpſorꝫ gratia induunť: at clypeo cōmunis ordinis cauſa. Pſalten ꝗꝫ cū audiret: nō malus ait nugator uideť mihi. Et in quodā cōſeſſu interrogatus: utrū ob ſtulticiā: an propter inopiā uerborꝫ taceret: at ſtultus: inqt: ſilere nō poteſt. Inſuper cū quiſ interrogaſſet: quare cū rex eſſet a Sparta exularet: qm̄ leges: inqt: ſunt ea potiores. Et cū Perſes quidā ob corruptelæ frequentiā eiꝰ amatū puerꝫ abduxiſſet: diceretq: O Lacon tuū amatū puerꝫ ſum uenatus: per deos inquit nequaꝗ ipſe uenatus es: ſed emiſti potiꝰ. Cum quidā etiā Perſes defeciſſet a Perſarum rege: & ſuaſionibꝰ demarathi reuertiſſet: cūq eū rex eſſet interempturus: turpe quidē foret O rex ait: ꝗ quo tempore tibi inimicꝰ fuerat: de eius defectione ſuppliciū ſumere nequiueris: quando autē amicus effectus eſt uirū interficias. Ad illū uero qui regi paraſitareť ac ſæpius cauillareť in ipſum de exilio: nō tecū hoſpes: ait: pugnabo: nā uitæ ordinē conſumpſi.

Perſes

e Mprepes Ephorꝰ Phyrmidos muſici e nouē chordis duas bi Emprepes
penne excidit: inquiēs: noli muſicā deprauare.

Pænetus aiebat omniū & delictorum & criminum mendaces Epænetus
e eſſe auctores.

Vboidas quoſdā audiēs qui alienā uxorē laudarent: ijs mini Euboidas
e me aſſentiebat: inquiēs: nullū oīno uerbū de uxorio ingenio
apud externos eſſe oportere.

Vdamidas Archidami filius: Agidoſq; frater: uiſo in Acade/ Eudamidas
e mia Xenocrate iam ſeniore: qui cum familiaribꝰ diſputaret:
interrogauit: qui nam ſenex eſſet: cui cum a quopiam reſponſum
eſſet: illum eſſe & ſapientem uirum & ex eorum numero qui uirtu/
tem quærerent: & quando inquit ea utetur ſi nunc quærat? Idem
cum philoſophum audiſſet: qui bonum imperatorē ſolum ſapien/
tem eſſe differeret: oratio quidē: ait: mirabilis eſt: ſed qui dicit: mi/
nime credendus: non enim eum tuba circum obſtrepuit. Atq; Xe/ Xenocrates
nocrates cum ad propoſitam quæſtionem diſſeruiſſet fineq; feciſ/
ſet: aderat Eudamidas: ſed cum quidam ex ſuis dixiſſet: cum nos
adſumus tunc finem dicēdi fecit. At pulchre: inquit: ſiquidem hæc
dixit quæ opus erat: cunq; is dixiſſet: at pulchrum fuerat audire.
Num etiam ad iſtum ait cum cœnatus fuerit: Veniamus & ut ite/
rum cœnet rogemus? Idem a quopiam interrogatus: cur ciuibus
ipſis bellum aduerſus Macedonas decernentibus quietē agere ipſe
temptet: reſpondit: quia mihi opus non eſt mendacij iſtos argue/
re. Et cum quis palmas de Perſis ſuſceptas afferret ad bellūq; hor/
rētu r: ignorare mihi uideris: inquit: quaſi idem ſit eum qui mille
pecudes ſuperarit cū lupis quinquaginta pugnare. Ad hæc cū Pſal Pſaltes
tes quidam ſecunda fortuna uſus eſſet: interrogatus cuiuſmodi is
ſibi uideretur: magnus inquit parua in re demulſor. Præterea cum
quis Athenas laudaret: ait: Et quis hanc ciuitatem digne laudarit:
quā nemo etiam uictor dilexit? Argiuo aūt quopiā dicēte laconas
peregrinatione deterioris reddi: quippe qui a patrijs legibus exce/
dant: at uos inquit profecti Spartam non deteriores ſed meliores
potius reddimini. Et cū proclamaſſet Alexāder in Olympia exuli/ Alexander
bus omnibus præter Thebanos reditum in patriam patere: procla Olympia
tio: ait: O Thebani infortunata quidem eſt: uerum glorioſa: ſolos Thebani
enim nos Alexander metuit. Interrogatus quoq; q̄obrem ante pe
ricula muſis īmolarēt: q̄ bonis: inqt: uerbis actiones cōtingant.

Vrycratidas Anaxandridis filius pcunctante quopiā q̄obrē Eurycratidas
e Ephori quotidie de cōtractibus iura reddūt: quo etiā inquit
inter hoſtes inuicē nobis fidē habeamus.

Zeuxidamus

Euxidamus cum quis percunctaret: cur de fortitudine leges ſine ſcriptis ſeruarēt: nec ſcriptas illas iuuenibus legendas darent: quoniā aſſuefaciendi ſunt: ait: ut probis actionibus potius ꝙ ſcriptis attendāt. Idem Aetolo quopiā dicēte: ijs qui probitate uti poſſent: bellū eſſe paci præferendū: Nequaꝙ per deos ait: ſed hiſce mortē uitæ anteponendā.

Erondas

Rondas cum Athenis eſſet: audiſſetq damnatum ocij quendam: iuſſit eum oſtendi ſibi: qui mulcta libero digna homine damnatus foret.

Thearidas

Hearidas: cū enſem cotē ſubigeret: interrogat⁹ an acut⁹ eſſet: inquit: acutior calumnia.

Themiſteas Leonidas Thermophyle

Hemiſteas prædixit Leonidæ regi futurā ipſi⁹ cōmilitonūq ad Thermophylas internitionem. Erat enim uates. Cum aūt a Leonida mitteretur Lacedæmona: prætextu quidē ut futuros caſus nunciaret: re aūt uera ne ipſe quoq periret: nequaꝙ eſt paſſus: quippe qui diceret: ego ad pugnandum ſum miſſus non ad ferendum nuncium.

Theopomp⁹

Heopompus ad illū qui interrogarat: quo pacto regnū quis ſecuriſſime tuereť: reſpondit: ſi participes amicos iuſtæ licentiæ auctoritatiſq fecerit: & ne ſubditi afficianť iniuria pro uiribus prouiderit. Et ad hoſpitē qui diceret etiā apud ciues ſuos uocari ſe Laconū ſtudioſum: melius inquit eſſet tuoꝝ te ciuiū ꝙ Laconum ſtudioſum uocari. Atqui Aelidos legato inquiente ſe ob id ſolum a ciuibus ſuis miſſum: ꝙ ſolus Laconicū uiuendi morē adamaſſe: Et utrum ait O Aelie tua ne an alioꝝ ciuiū uita melior ē? Qui ubi ſuam meliorē eſſe reſpōdiſſet: Quo nā igiť inquit modo hæc urbs ſeruari queat: ubi in magna multitudine un⁹ eſt dūtaxat bon⁹? Itē quopiā dicēte: propterea ſeruari Spartam: quia reges ſcirent imperare: minime ait: ſed eo magis ꝙ ciues ſcirent parere. Et ad Pylios q maioris ei honores decreuiſſent: ſcripſit: mediocris honores tempore augeri: īmoderatos autem euaneſcere. Ad hæc cum quis murū ei oſtentaret percunctareturq: an & firm⁹ & altus eſſet: minime inquit ſi mulierum ſit.

Aelis

Pylij

Thericyon Iſthmos Philippus

Hericyon e Delphis ueniens uiſis in Iſthmo Philippi caſtris: qui anguſtias cœpiſſet: malos ait ianitores uos O Corinthij Peloponneſus habet.

Thectamenes

Hectamenes: cum eſſet ab Ephoris morti adiudicat⁹: abibat ſurridens. Atq ex aſtantibus quopiam interrogante: an etiā Spartæ iura cōtemneret: minime inqt: at geſtio qđ hæc mihi mulcta ſoluēda eſt: quā nec eflagitarim ab aliq: nec acceperim mutuo.

h Ippodamus: quo tpe Agis aduerſus Archidamũ inſtruebaẽ: acie ſimul cũ Agide dũ Spartẽ miſſus: quo illic quæ opus forent præſtaret: at hic ait: Nõne præclari⁹ obibo diẽ: ſi ꝓ Sparta me uirũ geſſero? Erat aũt natus annũ ſupra octogeſimũ. Poſteaꝗ armis ſumptis: ſtans ad regis dexterã pugnãdo moriẽ. Hippodamus Archidamus

h Ippocratidas cũ Cariæ ſatrapes ad eũ litteras dediſſet quod Lacedæmonius uir quorũdam inſidiantiũ cõſcius inſidias tacuerit: addidiſſetq́ quonãmodo illo eſſet uſurus: ad eũ reſcripſit: Si tu quidẽ magno aliquo bono hoĩem affeciſti: interime. Sin aũt nullo: e ſolo eijce: perinde atq́ timidũ ad uirtutẽ. Et cũ ei aliqñ occurriſſet adoleſcẽs: quẽ amanter quidã ſequebaẽ: ruboreq́ adoleſcens ille perfunderẽ: cũ talibus ait: incedendũ eſt: quibus cũ uiſus eundẽ ſis colorẽ ſeruaturus. Hippocratidas Caria

c Allicratidas claſſis præfect⁹: cum a Lyſandri amicis rogaretur: ut unum quendam ex inimicoꝝ numero enecandum ſibi aſſentiretur: & quinquaginta ipſe talenta acciperet: & ſi uæhementer ei pecunijs ad nautarum obſonia opus erat: haud tamẽ conceſſit. Et cum Cleander conſiliarius dixiſſet: at equidem accepiſſem ſi tu fuiſſem: reſpondit: etenim ego quoq́ ſi tu eſſem. Idem cum ueniſſet ad Cyrum iuniorem Sardis: erat enim Cyrus Lacedæmonioꝝ ſocius: ob claſſis pecunias primo die nunciari iuſſit adire ſe Cyrum uelle. Quẽ ubi bibere audiuit: operiar inquit quoad biberit: atq́ tunc quidem ne inurbanior uideretur: abijt: poſteaꝗ accepiſſet neꝗquaꝗ fieri poſſe: ut die illo eum conueniret: poſtridie uero cum eũ rurſum bibere audijt ac ſe minime admitti: ubi dixiſſet non ita ſtudendum eſſe accipiendis pecunijs: ut quicꝗ foret indignum Sparta faciundũ. Epheſum abijt multa ijs mala imprecatus: qui a Barbaris primi eſſent in delitijs habiti: ac illis qui eos docuiſſent cõtumeliam ac probrum ob diuitias pati: Iurabatq́ ad aſtantis ſe cum primũ Spartam peruenerit: facturum oĩa pro libertate Græcoꝝ quo & maiori terrori Barbaris forent: & ceſſarent orare illorum uires quibus ipſi inuicẽ utantur. Interrogatus etiã quales uiri eſſent Iones: ſerui inquit boni ſunt: liberi autem mali. Et cum a Cyro ſtipendium militibus præmitteretur: ad ipſum autẽ munera: ſtipendium ſolum accepit: munera remiſit: inquiẽs haud oportere priuatam ei amicitiam ſecum eſſe: ſed quæ cum oĩbus Lacedæmonijs cõmunis eſſet ſecum etiam exiſtere. Idem cum ad Arginuſas foret claſſe dimicaturus: dixiſſetq́ Hermon gubernator: bonũ eſſe inde abnauigare: nam triremes Athenienſium eſſe multo pluris: inquit & quid nam hoc? At fuga cum turpis eſt: tum Spartæ detrimẽtoſa Callicratidas Lyſander Cleander Cyrus iunior Sardis Epheſus reſpõdit Iones Cyrus Arginuſæ Hermon

uerum manendo uel mori uel uincere eſt optimum. Ad hæc factis ſacrificijs cum audiſſet ex augure ſcintillis portendi uictoriam exercitui: imperatori autem mortem: nihil deterius: ait: non præter unum Spartæ. Nam me mortuo nihilo erit patria deterior: ſed cedente hoſtibus deterior eſt futura. Itaq; pro ſe declarato Cleandro duce adortus nauali pugna præliando interit.

Cleombrotus

c Leombrotus Pauſaniæ filius: cum peregrinus quidam cum eius patre de uirtute contenderet: hucuſq; ait: te pater eſt melior donec etiã tu genueris.

Cleomenes
Homerus
Heſiodus
Argiui

c Leomenes Anaxandridæ filius: Homerum aiebat Lacedæmoniorum poetam eſſe: at Heſiodum Helotum atq; ſeruorum. Nam alterum rei bellicæ: alterum agriculturæ præcepta reliquiſſe. Idem cum feciſſet dierum ſeptem cum Argiuis inducias: ſeruato tempore eos quoniam fœderibus fiderent: dormientis tertia nocte adortus alios interemit: alios egit in ſeruitutem. Cum uero obiurgaretur q; iuſiurandum tranſgreſſus eſſet: aiebat ad dierum iuſiurandum minime noctes addidiſſe: ac maxime q; quoquo quis malo hoſtes affecerit: id tum apud deos: tum apud homines cauſa putari iudicioq; antiquius. Verum ipſe Argis cuius urbis gratia fœdera fregerat: fruſtratus eſt: quoniam mulieres ijs quæ a ſacris arma detraherent: ſumpſere de ipſo ultionem. Et ad poſtremum captus mente: paruo arrepto gladio ſe ipſe incidit a pedum iuncturis in lœtalia uſq; loca uitamq; reliquit ridens atq; lætabundus. Et cum uates diſſuaderet exercitum in Argiuorum urbem duci: reditum enim futurum turpem: ubi ad urbem acceſſiſſet: uidiſſetq; tum portas clauſas: tum mulieres in muris ſtantes: hic tibi ait reditus turpis uidetur eſſe in quo uiris mortuis uxores portas clauſerunt. Idem ad Argiuos eum conuitijs obiurgantes tanq; periurũ & impium: Maledicendi inquit mihi uobis ius eſt: mihi uero uos male afficiendi.

Samij

Samiorum autem legati: cum eum rogarent ut aduerſus Polycraten tyrannum bellum gereret: ob idq; longiore oratione uterentur: ex oratione inquit ueſtra: quæ quidem ab initio dixeritiſ: haud memini. Propterea uero neq; media intelligo: ſummã autem nequaq; probo. Prædo inſuper cum in Lacedæmoniorum agrum feciſſet incurſum: diceretq; ubi captus eſt: id propterea eſt a me factitatum: quoniam alimentum quod præberem militib⁹ nõ habebam: Itaq; ad eos qui haberent nec ſponte darent: ablaturus ueni: per deos inquit malicia celer eſt. Atqui nequã homo quiſpiam cum maledictis eum oneraret: certe propterea inquit in omẽs ipſe maledicis: quo reſpondẽtes non ſatis temporis habeamus de

tuo uitio loquendi. Et cum ex ciuibus quidam diceret oportere bonum regem mitiſſimum prorſus eſſe: Ita inquit: quod contemptui non ſit. Idem cum in longam ægrotationem traheretur: expiatoribuſq; ac uatibus fidem quam minus antea cõſueuerat adhiberet: ob idq; quiſpiam miraretur: quid miraris inquit? Non enim idem nunc ſum: qui tunc eram. Cum ergo idem nõ ſum: nec eadem etiã probo. Ad hæc cum ſophiſta quidam de fortitudine plurima uerba faceret: riſit is quidem. Dicente autem ſophiſta quid rides Cleomenes: cũ & me de fortitudine dicẽte audias & ipſe rex ſis? Quoniam: inquit: O hoſpes ſi irundo quoq; de fortitudine loqueretur: idem hoc facerem. Sin autem aquilæ oratio eſſet: uæhementer quieſcerem. Argiuis quoq; dicentibus: priorem conflictum rurſus eum pugnaturum: miror inquit ſi trium ſyllabarum additiõe meliores nunc eſtis q̃ antea fueritis. Atq; cum quiſpiam in eum conuitio uteretur: diceretq; delicat[9] es O Cleomenes: at melius eſt inquit q̃ iniuſtum eſſe: uerum tu pecuniarum es ſtudioſus: & ſi tibi abunde eæ ſunt. Et cum Pſalten ei cõmendare quis uellet: cum Allas uirum laudaret: tum Pſalten eum eſſe Græcorum optimum dicebat: hic autem quopiam ex ijs qui prope aderãt: oſtenſo: per deos inquit hic eſt apud me faciundi iuris artifex omnium optimus. Præterea cum Mæander Sami tyrannus ob Perſarũ impetum ad Spartam fugiſſet: oſtentaſſetq; quæcunq; aduexerat: aureaq; & argentea pocula: & quot uellet elargiretur: non ſolum nullum accepit: ſed etiam ueritus ne inter alios quoſdam oppidanos diſtribueret: ad Ephoros profectus meli[9] ait Spartæ eſſe: ut ſuus hoſpes Samius e Peloponneſo abiret: ne illius ſuaſionib[9] Spartiatarum aliquis malus efficeretur: ij uero obtemperantes Mæandrum eodem die proclamantes expulerunt. Inſuper cum quis dixiſſet: cur Argiuos qui ſæpius uobiſcum bello contendunt: non e medio poſt uictoriam ſuſtuliſtis? Quoniam ſi e medio ſuſtuliſſemus: inquit: nõ haberemus qui iuuentutem tanq̃ exercerent. Idem cum quis percunctaretur: q̃obrem Spartiatæ hoſtium ſpolia dijs non offerent: quoniam inquit a timidis ſunt. Mæander

c Leomenes Cleombroti filius: cũ ei Gallos pugnaces quis daret: diceretq; eos eſſe eiuſcemodi: qui pro uictoria pugnando interirent: propterea: inqt: ex ijs mihi aliquos dato qui interimãt. Illi eñ ſunt hiſce meliores. Cleomenes

l Abotus: cũ quis longiore oratione uteref: ait: Quid mihi pro paruis rebus magna facis ſacrificia? Nam quantũ rei ſat fuerit: tantũ tibi dicendũ eſt. Labotus

**Leotychidas** Eotychidas ille primus: cũ a quopiã eſſe facile mutabilis diceret: ꝓpter tempora inq̃t: nõ quẽadmodũ uos eſtis ob ueſtrũ ipſorum uitium. Ad eum uero qui interrogabat: quonã quis pacto maxime præſentia bona tueatur: reſpondit: Si non omnia fortunæ crediderit. Interrogatus quoq; quid maxime liberis pueris diſcendum eſſet: ea inquit: quæq; ſint eis cum in uiros uenerint ꝓfutura. Idem percunctante quopiã ob cauſam minimo Spartiatæ potu uterent̃: inquit: ne pro nobis alij ſed pro alijs ipſi cõſultem⁹.

**Leotychidas** Eotychidas Ariſtonis fili⁹: cum quis dixiſſet Demarati familiares in eum maledicere: per deos inquit nequaq̃ miror: nam benedicere nemo iſtorum poſſit. Ad propinquiorem autẽ portam cum draco eſſet claui aduolutus: uateſq; prodigiũ eſſe affirmarent: minime id mihi quidẽ uidetur inquit: At ſi clauis draconi eſſet aduoluta: prodigium foret. Et ad Philippum tenebrarum myſteriorum cultorem qui uæhementiſſima mendicitate præmeretur: ac diceret tamen fore ut ij qui apud ſe diſciplinæ myſticæ operam dediſſent: fœlicitatem poſt mortem conſequerẽtur. Quidnam ergo ait O fatue: non q̃ primũ moreris: quo a miſeriæ flætu paupertatiſq; quieſcas? Cum quis aũt eſſet percunctat⁹: cur hoſtiũ arma dijs immortalib⁹ nõ offerrent: qm̃ inquit quæ ob poſſeſſoꝝ timiditatẽ uenati ſumus: nec a iuuẽtute uideri: nec dijs offerri decet.

**Leon** Eon Eurycratidæ filius: interrogat⁹ quã quis urbem habitãs tuto habitarit: ubi inquit neq; plura incolentes poſſidebunt: neq; pauciora: & ubi ius firmitatem roburq; accipiet: iniuria uero infirmitatẽ ac imbecillitatẽ. Atq; in Olympia cũ curſores intuerent̃: qui ut emitterent̃ feſtinarẽt: idq; quo plus lucri aſſequerent̃: quanto ait magis pro uelocitate q̃ pro iuſticia curſores ſtudẽt. Idem cũ quis de rebus haud inutilib⁹ uerba feciſſet intempeſtiue: nõ oportune hoſpes: inquit: oportuno uteris.

**Leonidas** Eonidas Anaxandridæ filius & Cleomenis frater ad quendam qui dixiſſet: præter regiam dignitatem alio nihil nobis præſtas: at ni uobis: inquit: melior extitiſſem: dignitatem regiam adeptus non eſſem. **Gorgo** Et cum uxor Gorgo percunctaretur: quo tem- **Thermophyle** pore ad Thermophylas cũ Perſis pugnaturus egrediebat̃: ſi quid ſibi præciperet: inquit: ut & bonis nubas & bona parias pignora. Dicentibus aũt Ephoris eũ paucos ſecum ducere ad Thermophylas: haud inquit: paucos ad quod proficiſcimur negociũ. Iteꝝ cum ij dixiſſent: nunqd aliud facere decreuiſti? Quid nam: inquit: aliud q̃ Barbaroꝝ trãſitus uerbo impeditur⁹: re uero pro Græcis interiturus? Atqui in Thermophylis cũ iã eſſet: ait ad cõmilitones: dicũt

Barbarum in ꝓximo eſſe quare tempus nõ eſt terendum: Iam eñ aut uinci a nobis Barbaros aut nos mori libet. Et quopiã dicente a Barbarorum ſagittarum ictib⁹ neq; ſolem ipſum intueri licere: ꝓpterea inquit eo id gratius q̃ ſub umbra cum iis pugnabimus. Idem cum alius dixiſſet: adſunt prope nos: ergo inquit: nos quoq; prope illos adſum⁹. Ad hæc cũ quis dixiſſet O Leonida aduerſus multos cũ paucis dimicaturus ades: Si me inquit multitudini fidere exiſtimatis: ne om̃is quidẽ Græcia ſatis eſt: breuis enim pars eſt pro illoꝝ multitudine: ſin autẽ uirtutib⁹: uel hic numerus ſatis eſt. Alio uero eadẽ dicente: attamẽ inquit multos mecũ traho ut morituros. Præterea cũ Xerxes ſcripſiſſet: Licet tibi ubi mecum inſtrui: q̃ cũ deo pugnare malis habere Græciæ principatũ: Reſcripſit Leonidas: Si quæ in uita honeſta ſunt cognoſceres: abſtineres profecto ab alienarũ rerum cupiditate: apud me uero longe plus ualet mors ipſa pro ſalute Græciæ: q̃ principat⁹ in Græcos. Rurſum cũ Xerxes ſcripſiſſet: Mitte ad me arma: Reſcripſit: Veni & accipe. Et cum iam hoſtes adoriri uellet: ac magiſtri equitũ dixiſſent: alios ei ſocios expectandos eſſe. Non eñ ii adſunt inquit: qui ſint pugnaturi: an neſcitis eos ſolos pugnare aduerſus hoſtes: qui & uerentur & metuunt reges? Milites aũt monuit ut pranderẽt tanq̃ apud inferos cœnaturi. Inſuper interrogatus: cur uiri fortiſſimi illuſtrẽ ac præclaram mortẽ obſcuræ uitæ anteponunt: quoniã inquit: alterũ naturæ: alterũ ſuiipſoꝝ propriũ putant. Et cum cælibes uellet incolumes: ſciretq; perſpicue illos id minime toleraturos: ſcuticis incertis epiſtolis cuiq; datis eos ad Ephoros miſit. Item cũ ex adulta ætate tris ſeruare uoluiſſet: ii re cognita eas epiſtolas accipere noluerunt: quin unus dixit: non nuncius ſed pugnator ſecutus ſum. Secundus iſtic inquit manẽs melior ſim. At tertius: Non equidem poſt hoſce ait: ſed ante pugnabo. Epiſtola

**Lochagus**

l Ochagus Polyænidæ ac Sironis pater cũ ei eſſet a quodam nunciatum e duobus filiis alterũ mortuũ eſſe: diu ſciebam inquit eum mori oportere.

**Lycurgus**

l Ycurgus legumlator uolens ab inueterata præſentiq; uiuendi conſuetudine cines in temperantiorẽ uitæ ordinẽ traducere: & honeſtos proboſq; efficere: erãt eñ uictu & ſumptuoſo & delicato: duos enutriit catulos eodẽ patre ac matre genitos: quoꝝ alterum dimiſſum domi: edacitati crapulæq; aſſuefecit: alteꝝ ſecum ducens uenationib⁹ exercuit. Deinde is in concionẽ actis uepres illic poſuit & quædã gulæ irritamẽta: ſubinde leporẽ dimiſit. Cum uero cõſueta uterq; petiiſſet: & alter cœpiſſet leporem: ait: aſpicitis

O ciues ꝗ eodem nati genere: inſtituto uitæ ꝙ̃ uæhementer inuicẽ diſſimiles differenteſꝗ euaſerũt: quodꝗ ad res honeſtas atꝗ illuſtres artificioſior exiſtit exercitatio ꝙ̃ natura: Sed ferunt aliqui nõ eos adductos catulos: qui eiſdem parẽtibus nati eſſent: ſed alter ex cicuritiis alter ex uenatoriis: deinde deteriore natum genere uenatioribus exercuit: at meliore natum lurchationibus ſolum aſſuefecit. Inde uterꝗ ad quæ fuerat aſſuetus: impetũ cum feciſſet: eſſetꝗ declaratum: quanto educatio & ad bonum & ad malum adiumẽto ſit: ait Lycurgus: Sic nos quoꝗ o ciues ſplendor generis quem multi admirantur: Herculiſꝗ poſteritas nihil adiuuat: ni ea geſſerimus: quapropter ille omnibus ſe hominibus clariorem nobilioremꝗ oſtendit: & id quidem ſi res honeſtas per omnẽ uitam exercemus ac diſcimus. Idem ſolo diuiſo & in omnes æqua portione ſorteꝗ diſtributo: fertur aliquando poſteriore tempore cum ex peregrinatione per agrum nuper demeſſum tranſiens poſitos aceruos ſimiles æqualeſꝗ uidiſſet: affectũ læticia ſurriſiſſe dixiſſeꝗ ad aſtãtis: Q̃ omnis Laconica multorum fratrum uidetur eſſe: qui eam modo diuiſerint. Et cum ad æs alienum reſcindẽdum hortatus aggreditur: etiam omnẽ ſupellectilem ex æquo diuidere: quo inæqualitatem omnino & diſſimilitudinem tolleret: intuens Lacedæmonios grauiter ac moleſte ferre manifeſtam oblationem: nummum tum aureum: tum argenteum infirmum irritumꝗ effecit: ac ferreo ſolo utendum imperauit: ad cuius ſolutionẽ definiuit: ut ad id uſꝗ quod neceſſarium foret: totam ſubſtantiam haberent. Quo quidẽ facto: omnis iniuria e Lacedæmone eſt eiecta. Nam nec furari: nec corrumpere muneribus: nec alium priuare aut rapere quiſpiã amplius quicꝙ̃ poterat: quandoquidem id neꝗ occultare: neꝗ poſſidere iucũde: neꝗ uti ſine periculo: neꝗ aut exportare: aut importare tuto quiret. Ad hæc inutilia ex urbe omnia ſuperuacaneaꝗ exegit. Quare neꝗ mercator: neꝗ ſophiſta: neꝗ uates nebuloue: neꝗ rerum laboraturum artifex Spartam ingrediebaẽ. Nec enim nummum apud eos qui eſſet in uſu Lycurgus conceſſerat: ſed ferreum dumtaxat conſtituerat: quod mina eſt Aeginenſis ponderis: ualoris autem aereorum quattuor. Et cum aduerſus delitias bellum aggredi diuitiarumꝗ deſiderium auferre animo uolutaſſet: conuiuia introduxit. Itaꝗ ad illos qui percunctarenẽ: ꝙ̃obrem hæc conſtituiſſet: & cum armis minutatim ciues diuiſiſſet: quo inquit alacriter ac facile imperia admitterent: ac ſi quid tumultuarentur paucis daretur erratum: & ut etiam ex æquo cibus potuſꝗ eſſet: nec ullis potulẽtis eſculẽtiſue: præterea nec ſtrato aut uaſis aut alia qua

piam re omnino diues pauperi antecellat. Cunꝗ diuitias negligē/
das contemnendaſꝗ reddidiſſet: quippe quæ nemini nec uſui nec
oſtentationi eſſe poſſent: dicebat ad familiares: ꝗ̄ pulchrū eſt O ſo
cij ex operibus diuitias demonſtrare: cuiuſmodi uero ſunt quoniā
cæcæ. Inſuper curam adhibuit: ne ante cœnatis domi facultas eſſet
ad conuiuia proficiſci: alijs eſculētis potulentiſue repletis. Vitupe/
rabant autem eum reliqui perinde atꝗ incontinentem & ad cōmu
nem uictum demollitum: qui minus ſecum aut biberet aut ederet:
mulctabaturꝗ is qui manifeſto eſſet deprehenſus. Itaꝗ Agis diu Agis
poſteaꝗ̄ rex creatus eſt: militia reuerſus: debellauerat enim Athe/
nienſes: cū uolens uno die apud uxorem cœnare: portiones accerſe
ret: eas tribuni militū non miſere. Quod cum Ephoris innotuiſſet:
ab ijs mulctatus eſt. Huiuſmodi ergo conſtitutiones cū locupletes
inique moleſteꝗ tuliſſent: in eū inſurrexere: maledictis iactuꝗ in/
ſequentes: quippe quem lapidibus uellent obruere. Pulſus autem
e foro elabit̄: Et alijs anticipato itinere in ædem defugit Mineruæ Minerua
Chalciœcæ. Et cū retro faciē uertiſſet: eius oculū baculo Alcander Alcander
inſequēs eruit. At hunc publico decreto cū accepiſſet ad cruciatū:
nec male affecit: nec reprehēdit: quin potius eū uitæ uictuſꝗ ſociū
habens: reddidit nō modo laudatorē: cū ſuiipſius: tum etiā cōmu/
nis uitæ ac uictus: uerūetiam totius uiuendi morūꝗ inſtituti ſtu/
dioſum. Illius uero calamitatis monumentū in ſacello Chalciœcæ
Mineruæ ſtatuit: quā Optiletin appellauit: Oculoſ enī Dores opti Minerua chal/
los dicūt. Idem interrogatus: cur ſcriptis legibus nō eſſet uſus: qm̄ ciœca
inquit eruditi ac profecti neceſſario inſtituto quod ꝓ tempore uſui Minerua opti/
eſt probant. Item quibuſdā percunctantibus quare culmen ædibꝰ letis
ſecuri imponendū imperarit: ualuas aūt ſerra dūtaxat nulloꝗ alio
ferramēto: quo inquit ciues omibus in rebus quas in ædes impor/
tant: mediocritatē ſeruent: nec habeant ex ijs quicꝗ̄ quæ apud ali/
os habent̄ in precio. Ex qua quidē cōſuetudine Leotychiden ferūt Leotychides
qui primꝰ Spartæ regnauit: cū apud quēpiam cœnaret: uidiſſetꝗ
domus tecti apparatum & ſumptuoſum atꝗ tabulatum: hoſpitē
rogaſſe: an quadrata apud eos ligna naſcerent̄. Interrogatus etiā
Lycurgus ꝗ̄obrem aduerſus eoſdē hoſtes ſæpius expeditiones du Lycurgus
cendas prohibuiſſent: quoue ſæpius inquit repugnare conſueſcen/
tes bellandi peritiam caperent. Quare Ageſilao quoꝗ regi nō me/ Ageſilaus
diocri dandum crimini uiſum eſt: quod continuis in Boetiam irru/
ptionibus ac pugnis Thebanos inſtruxerit: qui Lacedæmonijs re/
ſiſterent. Propterea ſauciū Antalcidas cū eum uidiſſet: perpulchrā Antalcidas
ait: doctrinæ a Thebanis mercedē recipis: qbꝰ uel inuitis ac neſcijs

pugnandi diſciplinā tradideris. Alio etiam quærēte: ꝗobrem uir/
ginum corpora curſibus & luctationibus ac diſcorū iaculorūꝗ; ia/
ctibus exercuiſſet: quo inquit: radicatio gignendoꝝ robuſto prin/
cipio in robuſtis ſumpto corporibuſ pulcherrime germinet: ipſæꝗ;
partus robuſte perferentes & facile & pulchre doloribus reſiſtant:
ac ſi qua neceſſitas acciderit: poſſint & pro ſeipſis & ꝓ natis & pro
patria pugnare. Et cum uirginū in pompis nuditatē quidam repre
henderent atꝗ; cauſam quærerēt: ut inquit: iiſdem quibus uiri ſtu/
diis exercitatæ nulla eis recedant: neꝗ; corporis: uel uiribus: uel ua
litudine: neꝗ; animi ambitione ac uirtute: & ut etiā ob exteram glo
Gorgo riā ſint animo elatiore. Itaꝗ; de Gorgone uxore Leonidæ huiuſmo
Leonidas di quoꝗ; reſponſum tradit. Nam cū quædam: ut uidet: peregrina
ad eam dixiſſet: Solæ uos Lacænæ uiris imperatis: reſpondit: ſolæ
eñ nos uiros parimus. Et cum eos qui nubere noluiſſent: a ſpecta/
culo gymnicis in ludis ꝓhibuiſſet: eiſdēꝗ; ignominiā addidiſſet: ef/
fecit ut gignendis filiis ꝗ diligentiſſime proſpicerēt. Nam eo hono
re atꝗ; obſeruantia: quā ſenioribus iuniores præſtant: illos priua/
Dercyllidas uit: & illud in Dercyllidan dictum ꝗuis ſpectat⁹ imperator eſſet:
reprehendit nemo. Etem̄ aduenienti quiſpiam e iunioribus ſubſel/
lium nequaꝗ; ceſſit: inquiens: Nam nec tu mihi qui cederet genui/
ſti. Percunctante aūt quodam cur ſanxiſſet nuptui puellas ſine do/
te dari: Quo inquit neꝗ; ob egeſtatē ſine uiris ullæ dimitterentur:
neꝗ; propter opulentiā expeterent: ſed quiſꝗ; potius ſpectato puel
læ ingenio ac moribus in capienda uxore moueret: Ob id autē or/
nandi etiā ſtudium ex urbe amouit. Idem cū nubendi temp⁹ certū
ſtatuiſſet: tum mulierib⁹: tum etiā uiris ad eum qui huiuſce rei cau
ſam quæreret: reſpondit: ut part⁹ ei adultis geniti ualētiores eſſent.
Ad illum uero qui miraret: quod uirū ſimul cū nupta cubare pro/
hibuiſſet: imperaſſetꝗ; ut plurimū diei cū æqualibus una eſſet: no/
ctes aūt totas quieſceret: cum ſponſa uero & clam & nō ſine pudo/
re congrederet: ait: ut & ualentiores corporibus: quandoquidē ad
ſatietatē uſꝗ; nō coiuerint: & amando ſemper ſint noui: natoſꝗ; ro
buſtiores præſtent. Ad hæc odorum precioſumꝗ; unguentū amo/
uit: perinde atꝗ; olei contagiū ac perniciem. Itemꝗ; tingēdi artem
tanꝗ; ſenſus aſſentationē. Et omib⁹ cultus ornatuſꝗ; corporei opi/
ficibus ſpartam inacceſſibilē fecit: perinde ui artis prauitate artes
inquinantibus. Tanta uero illis temporibus mulierū erat pudici/
tia: tantūꝗ; aberat ab ea quæ poſteris ſæculis ſecuta eſt mulierum
procliuitate: ut incredibile ſit: eas ſuperiore tempore adulterio ob/
Geradas noxias extitiſſe. Atꝗ; Geradæ cuiuſpiā hoīs ſpartiatæ uetuſtiſſimi

dictum celebratur: qui rogatus ab hoſpite: quid apud eos adulteri paterētur: nam ſe nullam uidere legem hac de re a Lycurgo latam: inquit: nullus O hoſpes adulter apud nos fit. Subdente autem illo: at ſi fieret: idē inqt Geradas. Nā quo inquit modo adulter fiat Spartæ: ubi diuitiæ: delitiæ cultuſq; oīs ornatuſq; corpis ignominiæ eſt. Verecundia uero ac deorum magiſtratuūq; obedientia & habetur in precio honoratēq; in primis. Idem Lycurgus ad eū qui popularem principatum in urbe conſtituendum hortaretur: ait: tu primus in tuis ædibus popularem principatū facito. Percunctante uero quopiam: q̄obrem parua adeo tenuiaq; deorꝫ immortaliū ſacrificia ſtatuiſſet: quo inquit nunq̄ ab honoranda diuina re deſiſtamus. Et cum ea ſola certamina in quibus manus minus tolleretur: exercere ciues iuſſiſſet: eiuſce rei cauſam percunctanti: quo nullus ipſorum: ait: laborando defatigari aſſueſcat. Interrogāte etiam quodam: quare frequenter caſtra mutanda iuberet: ut maiore inquit detrimento inimicos afficiamus. Alio iterū quærente: cur turris oppugnare prohibuiſſet: ne inquit: aut a muliere: aut a puero: aut ab aliquo huiuſmodi homine fortiores interimanē. Item conſulentibus Thebanis de ſacrificio ac luctu: quem Leucotheæ præſtarent: conſilium dedit: ut ſi quidem deam ducerēt: haud lugerēt. Sin autem hominem arbitrarentur: non perinde ac deæ ſacrificarent. Rurſum quærentibus ciuibus: quo pacto hoſtium impetum repellam⁹: Si pauperes inquit fueritis: nec alter magis q̄ alter interrogetur. Ac iterum de muris quærētibus: inquit eam urbē quæ uiris non lateribus cincta eſſet: ſine muris nequaquā eſſe. Præterea Spartiatæ diligentiam comæ adhibebāt: quoddā Lycurgi de hac re dictum celebrantes: q; & pulchros coma magis decoros: & turpes formidabilioris faceret. Monebat autē qui belli in fugam uertiſſent hoſtes uiciſſentq;: eo uſq; inſequerentur quoad foret uictoria confirmata: deinde continuo reditum facerent: nam modo nō moris græcanici eſſe inquiens illos qui ceſſiſſent enecare: ſed eam quoq; eſſe utilitatem: quod cum hoſtes ſcirent Lacedæmonios eis parcere qui cederēt: ſuſtinētis uero tollere: fugiendū utilius q̄ manendum eſſe ducerent. Atq; percunctante quopiam: q̄obrem hoſtium cadauera ſpolianda uetuiſſet: ne circa ſpolia tempus terentes inquit: haberēt in pugnando negligentius: quin potius paupertatem una cum ordine ſeruarent.

Theba ni
Leucothea

Lyſander
Dionyſius

Lyſander cum a Dionyſio Siciliæ tyranno: ad ei⁹ filias preācioſi ſumptuoſioreſq; amictus miſſi eſſent: eos nequaq̄ accepit: inquiens: uereri ſe ne hiſce turpiores uiderentur. At

Ariſtas paulopoſt ad eundem tyrannum ex eadem urbe Ariſtas miſſus cū
ad ipſum quoqꝫ Dionyſiꝰ duas miſiſſet ſtolas: iuſſiſſetqꝫ utrā mal
let acciperet ac portaret ad filiā: ipſam: inquit: illam melius electu/
ram: quare utraqꝫ accepta abijt. Acer item Lyſander cauillator &
admodū decipiendo uarius: utpote qui & iuſtum in eo qđ condu/
cit: & honeſtum in cōmodo collocaret: aiebat uerum præſtare men
dacio. Vtriuſqꝫ autem perinde ut expediret & æſtimationem & pre
cium definiri: Ad eos uero a quibus uituperaretur ꝙ plurima deci/
piēdo ageret: perinde atqꝫ degeneraſſet ab Hercule: quodqꝫ res nō
aperto Marte efficeret ſed dolo: ſurridens reſpondebat: quo leonis
non aſſequeretur uulpis pellem aſſuendam eſſe. Et cum ab alijs ac
Miletum cuſaretur: ꝙ quæ Mileti iuratus fuerat: nequaꝗ obſeruaret: aiebat
puerorum eſſe talis decipere: uirorum autē iureiurando. Idem ubi
Capra flumē ad capræ flumen Athenienſes ex inſidijs uiciſſet: ac eos præſſiſſet fa
Athenienſes mæ: urbem cœpit: ſcripſitqꝫ ad Ephoros: Athenæ captæ ſunt. Ad
Athenæ Argiuos uero qui de ſoli finibus cum Lacedæmonijs diſceptarēt:
Argiui ſeqꝫ iuſtiora ijs loqui dicerēt: diſtricto gladio qui huius: inquit: ius
Boetij habet: optime de ſoli finibus diſſerit. Boetios quo tempore per eo/
rum agrum tranſiret: tumultuātis inter ſe intuēs: miſit ad eos per/
cunctatum: utrum rectis haſtis an declinatis per ipſorum agrū iter
Megarenſis faceret. Et cum uir Megarenſis in publica contione audacius dicen
di licētia apud eū uteretur: tua uerba O peregrine: inquit: ciuitatis
Corinthij indigent. Idem ubi Corinthij defeciſſent: ad eorum muros profe/
ctus cum Lacedæmonios timidiuſculos adoriendo aſpiceret: le/
puſqꝫ uiſus eſſet foſſam tranſiliens: non uos pudet: inquit: O Spar
tiatæ huiuſmodi hoſtes formidare: ad quorum mœnia lepores ob
Samothracia ocioſam inertemqꝫ uitam dormiunt? Ad hæc in Samothracia ora/
culū ei petenti: ſacerdos ut ſibi diceret: iuſſit: qđ iniquiſſimū eſſet a
ſe opus in uita perpetratum. Quare Lyſander interrogauit utrum
tuo an deorum iuſſu facere hoc oportet? Illo autem præ metu iuſ/
ſu deorum inquiente: Tu ergo ait: abſis eminus: & ego illis iniqui/
tatem enarrabo: ſi percunctentur. Item cum a Perſa interrogaret:
ꝗ potiſſimū rempublicam laudaret: eam inquit quæ fortibus ac
timidis præmia digna reddiderit. Ad eum uero qui dixiſſet ipſum
a ſe & laudari & defendi: duo inqt: boues mihi ī agro ſunt. Vtroqꝫ
aūt ſilēte: plane ſcio: & q nihil oparet̃ & q operat̃. Idē cū a quopiā
cōuitijs afficeretur: ait: dicito crebrius O peregrinelle: dicito nihil
omittēs: ſi tuum ijs malis euacuare animū poſſis: quorum plenus
uideris eſſe. Atqui poſtero tempore cum poſt eius obitum in con/
Ageſilaus tradictiōe ſociali Ageſilaus ueniſſet in Lyſandri ædes: quo litteras

de ea controuerſia conſideraret: Eas enim Lyſander apud ſe ſerua/bat: reperiſſetq́ libellum ad Lyſandrum de republica ſcriptum: ut oporteret ab Euryprotidis ab Agiadiſq́ regnũ auferre: atq́ in me/dium ponere: & ex optimatibus electionẽ facere: quo nõ Herculis poſteris ſed illi potius daretur honos: qui talis foret uirtute iudica/tus: qualis Hercules extitiſſet: cũ ob eam etiã ille in diuinos hono/res ſublatus eſſet. Et hanc quidẽ orationẽ ædere & ad ciues efferre aggreſſus eſt: quo inde demonſtraret qđ latebat: qualis Lyſander fuiſſet ciuis: & id quidem iis agens in Lyſandri amicorum calũm/niam: at aiunt Cratiden qui per id temporis princeps inter Epho/ros eſſet: ueritum ne oratio ſi lecta foret: aſſenſionẽ faceret: reprehẽ/diſſe Ageſilaum: dixiſſeq́ non Lyſandrum effodiendum eſſe: ſed eam potius orationem callide perſuaſiueq́ compoſitam una cum illo defodiendam. Ad hæc illi qui eius filias procati fuerant: dein/de poſt obitum quoniam pauper eſſet inuentus: eas abnuerent: ab Ephoris mulctati ſunt: quoniam quem diuitem exiſtimantes cole/bant: ubi iuſtum: ubi frugi ac probum ex paupertate cognoſcent: deſpiciebant.

*Euriprotidæ* *Agiadæ* *Hercules* *Cratides*

m Amertes miſſus legatus: cũ a quopiã ex illius loci hominibus laudib9 ſummis efferret qđ amicis plurib9 abundaret: inter/rogauit: an exploratũ haberet quonãmodo abundãs amicis pluri/bus periculũ facturus ſit. Id alter cũ item diſcere quæreret: aduerſa inquit fortuna experimentũ faciet.

*Mamertes*

n Icander cũ quidã dixiſſet Argiuos male de ipſo loqui: Num ergo inquit: dant pœnã: qui de bonis loquunt̃ male: Percun/ctante aũt quopiam: quare comã barbãq́ nutrirẽt: quoniã inquit: proprius ornatus uiro eſt omniũ pulcherrim9 ac minime ſumptuo/ſus. Et cum ex Athenienſibus quidã dixiſſet: ociũ Nicander admo/dum admittitis: uera inquit narras: at non queãdmodũ uos: ut ac/ciderit: ſtudemus negociis.

*Nicander* *Argiui* *Athenienſes*

p Antheodas legatione in Aſiam fungens oſtentãtibus ei qui/buſdam murum & magnum & ſublimẽ: per deos inquit: pe/regrini: pulchra eſt mulierum domus. Idem in Academia cum phi/loſophi multa ſeriaq́ diſſererent: ac deinde Pantheodan interro/garent: quid hi ſermones ei uiderent: quid uero aliud inquit: q̃ bo/ni: cæterũ utilitatis habentes nihil: ſi minus uoſipſis utamini.

*Pantheodas* *Aſia* *Academia*

p Auſanias Cleombroti filius Deliis aduerſus Athenienſes de inſula diſceptãtib9: dicentibuſq́ ut ſcđm ſuã ipſorum legem neq́ mulieres in inſula pariunt: neq́ mortui humantur. Quonam

*Pauſanias* *Delii* *Athenienſes*

igitur inquit: pacto hæc patria uobis ſit: in qua neq; fuit ueſtrũ ullus nec erit. Exulibus autem hortantibus ut aduerſus Athenienſes exercitum duceret: dicentibuſq; cum de ipſius laudibus in olympiacis ludis prædicaretur: ſolos Athenienſes aduerſus eum inſibilaſſe. Quid nam igitur exiſtimatis: inquit: eos facturos ſi mali affecti fuerint: qui bene affecti inſibilant? Et quopiam percunctante: cur Tyrtæum poetam ciuitate donarint: quo: inquit: nunq̃ peregrinꝰ nobis præeſſe uideatur. Ad eum quoq; qui cum corpore eſſet infirmus: conſuleret aduerſus hoſtes terra mariq; dimicandũ: uiſne igitur: inquit: teipſum exutis ueſtibus oſtendere: qualis es qui nobis pugnãdum conſulas? Idem ſumptuoſitatẽ ueſtis in Barbarorum præda cum quidam admirarent̃: melius eſſe inquit ipſos eſſe multifaciundos q̃ quæ multifaciunda ſunt poſſidere. At poſt uictoriã de Medis ad platæas iuſſit præparatam Perſarum cœnam ſuis apponendam. Quæ cum mirabili ſumptu eſſet: per deos: inquit: lurcho eſt Perſes: qui cũ tam multa haberet: ad maſſam noſtram ueniebat.

Athenienſes

Tyrtæus

Medi

Platææ

Pauſanias

p Auſanias Pliſtonactis filius: ad illum a quo eſſet interrogatꝰ: q̃obrem ex priſcis legibꝰ nullam apud ipſos mouere liceret: quoniam leges: inquit: uiris non legibus uiros oportet dominari. Item cum Tegææ poſt exilium Lacedæmonios laudibus efferret: ait quiſpiã: cur igit̃ non manſiſti Spartæ: ſed fugiſti potius? Quoniam ne medici quidem: inquit: apud eos qui bene ualent: ſed ubi ſunt ægrotãtes uerſari conſuerunt. Ad illum uero qui ab eo percunctaretur: quo pacto Thracas uincere quiret: ſi medicum inquit conſtituerimus ducẽ. Et cum medicus eum cõſideraret: diceretq; nihil habes mali. Non enim te medico inquit utor. Idem cum ab amico quodam reprehenderetur: q; in quempiam medicum malediceret: nec eum tamen expertus: nec ulla affectus iniuria: quoniã: inquit: ſi eſſem iſtum expertus: minime uiuerem. Inſuper cum medicus ei dixiſſet: ſenex es factus: quia inq̃t: nõ ſum te uſus medico. Dicebat etiam hunc medicum eſſe optimũ: qui non ſineret ægrotantis morbo marceſcere: ſed q̃ celerrime ſepeliret.

Tegæa

Pædaretus

p Aedaretus: dicẽte quopiam magnum eſſe hoſtium numerũ: Ergo inquit: eo maiorem gloriam conſequemur quo pluris enecabimꝰ. Quendã uero intutus qui tametſi mollis natura erat: tñ propter modeſtiam laudaret̃ a ciuibus: ait: nec uiros mulierũ ſimilis laudandos eſſe: neq; uirorum mulieres: niſi mulierem neceſſitas aliqua coegerit. Idem cum in trecentorũ numerũ non eſſet electus: q̃ honos in urbe ordine præſtabat: hilaris ſurridẽſq; abibat.

Reuocatus aut ab Ephoris: & quid rideret interrogat⁹: inquit: q̃m urbi gratulor quæ me trecentos melioris habet ciues.

p Liſtarchus Leonidæ filius: ad eum qui interrogaſſet: quam ob cauſam a primis regibus minus appellarentur: quoniam inquit: illis erat opus rege Agide: at illorum poſteris nequaq̃. Et cum quidam patronus cauſarum ridicula diceret: non cauebis inquit: peregrinæ continua ridicula quo ipſe non fias ridiculus: quẽadmodũ ĳ luctatores fiunt: qui ſe continuos in luctando præſtãt. Item ad eum qui luſciniam imitaretur: libentius ait hoſpes luſciniam ipſam audirem. Dicente aũt quodam ipſum a quopiã maledico laudari: miror id quidẽ ait: ni me fortaſſe mortuũ ei quis nunciarit. Nam bene loqui de uiuo nemine ille poteſt. Pliſtarchus — Luſcinia —

p Liſtonax Pauſaniæ fili⁹: cum Atticus quidã rhetor inſcitiam Lacedæmonĳs obĳceret: Recte inquit narras. Nam e Græcis omibus ſoli nos mali nihil a uobis didicimus. Pliſtonax

p Olydorus Alcamenis filius: cum frequẽtius quis minitaret̃ inimicis: neſcius inquit es maximam cruciatus partem abs te conſumi. Idem cum exercitum aduerſus Meſſenam educeret: interrogauit quidam: an eſſet aduerſus fratres pugnaturus: Minime inquit: ſed in id agri ſe profecturum: de quo nondum eſſet ſors habita. Argiuis autẽ rurſus poſt trecentorum illorum pugnam uniuerſis acie ſuperatis: Polydorum ſocĳ hortabantur: ne oportunitatẽ prætermitteret: ſed hoſtium adortus murum urbem caperet. Nam cum & uiri periſſent: & uxores deſertæ eſſent: id facillimũ factu fore. Quare ad eos ait: æqua pugna aduerſarios uincere mea ſententia honeſtũ eſt. Sed qui de agri terminis pugnauerimus urbem capere cupiamus: iniuſtum eſſe duco: Veni enim ut agrum recuperarem: nõ ut urbem occuparem. Interrogatus etiam q̃obrem Spartiatæ fortiter in bello diſcrimen ſubeunt: quoniã inquit uereri duces non metuere didicere. Polydorus Meſſena Argiui —

p Olycratidas: ad regios prætores una cum alĳs legatione fũgens: cũ ab ĳs interrogaret̃: utrũ priuati adeſſent: an publicæ miſſi eſſent: ſi ait: impetrauerimus: publicæ miſſi ſumus: ſin minus impetrauerimus: priuatim adſumus. Polycratidas —

p Hœbidas cum quidã ante Leuctrenſe diſcrimen dicerent: diẽ hunc demonſtraturũ fortem uirum: inquit: multi diem illum eſſe faciundum: qui fortem uirum monſtrare ſaluũ poſſet. Et cum in eo loco a Clitorĳs obſideret̃: q & difficilis eſſet & expers aquæ: fertur in ea fœdera ueniſſe: ut ſolũ bello partũ eis cederet: ſi una ſecum ſui omes e ꝓximo fonte biberẽt. Nam fontẽ hoſtes præſidĳs Phœbidas Clitorĳ

tenebant. Poſt iuſiurandum uero coactis om̄ibus qui cum eo ad-erāt; uoluiſſe illi qui nollet bibere regnum dare. Quod cum nemo admiſiſſet: ſed bibiſſent om̄es: ipſum ubi poſt om̄es deſcendiſſet: at ſeſe aqua inſperſiſſet: etiā præſentibus hoſtibus adortū eſſe ægroq; potitū: perinde atq; nō bibiſſet.

Telecer — Elecer ad eum qui dixiſſet patrem maledictis in ipſum uti: niſi ijs inquit: dignus eſſem: haud pater uteretur. Dicente autē fratre: non æque ciues ei aduerſari atq; ſibi: cum ijſdem tamen parentibus natus ſit. Ad iſtud inquit: abſurdius: Nam quas ipſe neſcis: ego iniurias pati ſcio. Interrogatus etiam quid mos apud eos eſſet: ut iuniores ſenioribus aſſurgerēt: quo inquit: ita hi habentes in maioribus natu honorandis maiore honore parentes proſequātur. Et cum quiſpiam eſſet percunctatus: quantum ſubſtantiæ poſſideret: plus inquit: q̄ ſat eſt.

Charilaus Lycurgus — Harilaus interrogatus: q̄obrem Lycurgus paucas adeo tuliſſet leges: quoniam inquit: pauca dicentibus: paucis etiam legibus opus eſt. Percūctante autem quodam quare puellas aperta facie: uxores autem uelata in propatulum agerent: quia inquit: puellis uiri ſunt inueniendi: at uxorib⁹ uiri ſeruandi. Idem cū mancipium quoddam audacius ei aduerſaretur: ni ait: iraſcerer: enecarem te. Atq; interrogatus a quopiam quā putaret optimā eſſe rem publicam: inquit: in qua plurimi ciues inuicē ſine ſeditione uelint de uirtute certare. Item cum quis percunctaretur: cur omnia deorum ſigna cum armis eſſent apud ipſos poſita: quo inquit: nec quæ in homines exprobratiōes opprobriaq; dicuntur: propter timiditatē in deos referam⁹: nec iuuenes inermes dijs immortalibus preces habeant. Ad illum quoq; qui eſſet percunctatus: quare nutrirent comā: quoniā inquit ex omnibus hic & naturalis ornatus eſt & minime ſumptuoſus.

Amiorum legatis prolixiore oratione utentib⁹: dixere Spartiatæ: Prima quidē obliti ſumus. Poſtrema uero ignoramus: quia res memoria exciderunt. Cum longa orator prolixaq; uſus oratione reſponſiones peteret: quas ciuibus referret: refer igitur dixere: & te dicendo & nos audiendo uix deſiſſe. Et ad Thebanos aliquibus de rebus contradicentes: dixerunt: aut ſapere minus oportet: aut plus poſſe.

Lacon — Acon interrogatus q̄ ob cauſam mēti pilos plurimū nutriſſet. Quo inquit: canos intuens: nihil agā ipſis indignū.

Lius cū eſſet quis percunctatus: quare ſicis breuib⁹ utimini: quo inquit cominus cū hoſtibus manus cōſeramus.

l Audãte quopiã fortiſſimos pugnatores: Lacon inqt: ĩ Troia.

Lter cũ audiſſet quoſdã in cœna ad bibendũ ui cogi: non etiã
a ad edendũ inquit: ui cogunť?

Indarus cum ſcripſiſſet Græciæ ſuſtentaculum Athenæ: La- Pindarus
p con ait: Græciam funditus ruituram: ſi huiuſmodi ſuſtinea-
tur ſuſtentaculo.

T cum quis intutus in tabula quadã picta Laconas ab Athe
e nienſibus iugulari: diceret fortes quidẽ Athenienſies: Lacon
tempeſtiue ſubdidit: & ij quidẽ in tabula.

D quendã uero qui calumnioſa maledicta libenter audiret:
a Lacon ait: deſine aures aduerſus me benigne præſtare.

D eum qui plecteret ac diceret: inuit⁹ erraui: dixit quiſpiã in-
a uitus igitur etiã plectere.

Ntutus quidam homines qui dum uita decederent: in ſellis
i curulibus ſedebant: abſit inquit: ut hic ſedeam: unde nõ licet
aſſurgere ſeniori.

Hij cũ olim e cœna abeũtes in Ephoroꝝ curia uomuiſſent: cu Chij
c rulibuſq; in ſellis ubi ſedebãt Ephori: deieciſſent: uæhemẽter
primũ qui ea feciſſent: inquirebãt an ciues ij eſſent. Vt uero Chios
extitiſſe ſenſerũt: proclamauere Chijs permittiť laſciuire.

Vm quis amygdalas duplo uiliore precio q̃ duros ſilices ue-
c nire aſpiceret: nunquid rari inquit: ſunt lapides?

Vſciniam cum quis uelliſſet ac parũ inueniſſet carnis: ait: uox
l hoc eſt & aliud nihil.

Acon quis cũ Cynicũ Diogenẽ complecti ſtatuã æreã uidiſ- Lacon
l ſet in magna ui frigoris: percunctatus eſt an rigeret. Quod cũ
ille negaſſet: ait: quid nam igiť magnũ facis?

T cum Metapontino cuidã Lacon metũ exprobraret: attamẽ
e inquit nõ parũ alieni habemus agri: hic aũt ait: nõ ſolũ igitur
meticuloſi: ſed etiã iniuſti eſtis.

Ereginus quidam cum Spartæ rectus in alterum crus indue- Peregrinus
p retur calceis: ait ad Lacona: Nequaq; tu Lacon mea ſentẽtia
quantũ ego temporis tantũdem ipſe ſtares ſup pedẽ. Qui excipiẽs
nõ eñ ſtarẽ inquit: & ex anſerib⁹ quidẽ nullus eſt qui nõ ſtaret.

Vm quis artis rhetoricæ laudibus efferreť; aliquis Lacon ait:
c At per geminos ars ſi ueritatem non tetigerit: nec eſt nec unq̃
ſit futura.

Rgiuus aliqñ cũ dixiſſet: multa Spartiataꝝ ſepulchra apud Argiuus
a nos ſunt: dixit Lacon: at Argiuoꝝ apud nos ne ullum quidẽ:
perinde atq; ij ſæpe Argos adorti eſſent: at Spartã Argiui nunq̃.

Lacon

l Acon captiuus cũ ueniret diceretq́ præco: Lacona uendo: increpauit inquiẽs: captiuũ proclamato.

Lyſimachus

q Vidam ex ijs militibus qui apud Lyſimachum merebant: ab illo interrogatus nũquid eſſet ex mancipijs: Tu aũt putas inquit ſtipendio quattuor obolorum Lacona ad te iturũ.

Thebani Leuctra Eurotas

c Vm Thebani Laconibus uictis ad Leuctra ad ipſum Eurotã eſſent: & quidam iactabundus diceret: ubi nũc Lacones ſunt: Lacon ab ijs captus nõ adſunt: inquit. Non enĩ uos huc ueniſſetis.

Athenięſes Samus Prouerbiũ

a Thenienſibus rogantibus quo tempore urbem tradiderant: Samũ ſibi dimitterẽt: dixerũt: Cum ueſtri fueritis: tunc alios quoq́ habere poſtulate. Ex quo etiã prouerbiũ illud eſt: Qui ſeſe ipſe non habet: Samũ uult.

u Rbem quandã cum Lacedæmonij ui cœpiſſent: Ephori dixerunt: perijt luctatio iuuentutis. Non enĩ poſthac iuuenes habebunt: qui eis repugnent.

a Liam urbem rege Lacedæmoniorum pollicente ſe penitus euerſurum. Nam ea Laconibus negocia plærumq́ præbuerat: nequaq́ permiſerũt: inquientes: nullomodo euertes: nec tolles iuuentutis cotem.

Lyſander Charon

l Vctantibus Pædotribas qui pueros exercerẽt atq́ erudirẽt: haud præficiebãt: q̊ nõ arte ſed uirtute honori ſtuderẽt. Itaq́ Lyſander interrogatus: quonãmodo eum Charon uiciſſet: ingenio inquit atq́ induſtria.

Philippus

p Hilippus: quo tempore in eorum ueniſſet agrum: cum ſcripſiſſet: utrũ amice ſe ire uellent an hoſtiliter: Rñderũt: neutrũ.

Antigonus

l Egatum quendã cũ ad Antigonũ Demetrij filiũ miſiſſent eũ mulctauere: qm̃ audiſſent uocauiſſe illũ regẽ: q̃uis Medimnũ annonæ cuiq́ a rege in caritate portaret.

Demetrius

d Emetrius: cũ crimini daret: q́ legatũ unũ ad ſe miſiſſent. Non igitur ſatis eſt: dixerunt ad unũ unus:

Flagitioſus

f Lagitioſus quidam ſententiam optimam cum tuliſſet: hanc quidem admiſerũt: at illo amoto: ſententiam alteri qui honeſte uixiſſet inſcripſerunt.

f Ratres cum inuicẽ diſſentirẽt: ij patrẽ mulctauere: q́ filios diſſidentis deſpiceret.

Pſaltes

p Salten aduenã mulctauere: qm̃ digitis citharã pulſaret.

d Vo pueri pugnabant: quorum alter falce alterum uulnerauit loetali uulnere: familiaribus autem pueris cum is eſſet pugnã dimiſſurus: pollicentibus auxilium ſe laturos & illum qui percuſ-

ferat interempturos: nullo modo per deos inquit. Non enim eſt iu/
ſtum. Etenim ego feciſſem hoc ſi iſtum aſſequi potuiſſem fortiſq̧
fuiſſem.

Lter puellus quoniam adeſſet tempus: quo furari liberis pue
a ris lege fas erat: quodcunq̧ quis poſſet dabaturq̧ turpitudi/
ni deprehendi: ubi qui cum illo una aderant pueri uiuam uulpecu/
lam furati ei cuſtodiendam tradidiſſent: & ij qui illam amiſerant
quæſitum ueniſſent: uulpeculam hic ſubiecit ſub amictum: beſtia
uero exaſperaſcēte ac pueri latus ad exta uſq̧ deuorāte: ne palam fi
eret quieſcebat. Sed ut demum poſt illorum abitionem factum pu
eri aſpexere: culparentq̧ dicentes: melius fuiſſe manifeſtare uulpe/
culam q̄ celare ad mortē uſq̧: minime quidē inquit: ſed longe me/
lius eſſe doloribus q̄ ſomno diem obire: & q̄ hominū ſermonibus
diuulgari: q̧ ob molliciā turpiter uiuere curauerim.

Vm quidā in Laconas in itinere incidiſſent: dixiſſentq̧ ſecun/
c da eſtis fortuna uſi: nam hinc nuper latrones abiere: dixerunt
hi nequaq̄ per bellicoſiſſimū Enyalium: ſed illi potius uſi ſunt qui
in nos non inciderunt.

l Acon interrogatus quid ſciret: dixit liber eſſe. Lacon

Ver Spartiata ab Antigono rege captiuus factus ubi ueniſſet Antigonus
p aliis in rebus omnibus emptori parebat quaſcunq̧ libero fa
ciundas exiſtimabat. Vt uero imperauit ut matulam ferret: haud
paſſus eſt: inquiens: non ſeruiā. Et cum ille ſurrexiſſet: hic aſcenſa te
ſta ubi dixiſſet diſces emere: ſeipſum īmiſit atq̧ obijt.

Lter cum ueniret: dicente quopiā ſi te emero eris frugi: etiā ſi
a minus inquit emeris.

Lius captiuus cū ueniret: addente præcone mancipiū uænun
a dare: execrabilis: inquit: nō captiuū dicis.

Acon muſcam inſignis loco habens in clypeo & hanc ſane nō
l maiorem uera muſca: ubi deridētes quidam dixiſſent: hoc ad
latendum eſſe ab eo factum: immo inquit: ut manifeſtus fiam: ſic
enim proxime hoſtes aggredior: ut hoc inſigne ipſorum uiſui ma/
gnum ſit.

Lter cum in Sympoſio lyra eſſet adducta: Non Laconici in/
a quit moris eſt nugari.

Partiata interrogatus: an ſecura eſſet ad Spartā uia: inquit: Spartiata
ſ qualis acceſſeris. Leones eñ eminus proficiſcunt a leone: le/
pores aūt uenamur etiā intra tabernaculū.

i N palæſtrico manuū nexu cum proſtratus quiſpiā colluctā/

tore̅ fruſtra pulſaret: atq; ad terrã traheret: ubi corpore defatigat⁹ deficeret: illius brachiũ mordebat: & alter ait: mordes O Lacon ſicut mulieres: nequaq̃ inquit alter: ſed ut leones.

Claudus

c Laudus ad bellum egreſſus quibuſdam eum ſequentibus ac ridentibus: cõuerſus ait: mala capita nõ eſt cum hoſtibus fugiendo pugnandũ: ſed manẽdo ordineq̃; tuendo

a Lter ictus ſagitta cum uitã relinqueret: nõ hoc inquit: ſibi curæ eſſe quod morereť: ſed quod a molli ac ſemiuiro ſagittario eſſet occiſus egiſſetq; ipſe nihil.

c Vm in tabernã meritoriã quis diuertiſſet parandũq; caupoui dediſſet obſoniũ: ubi alter caſeũ atq; oleũ petiſſet: ait: ſi caſeum haberẽ: etiam obſonio egerem.

Lampis

a D eum uero qui Lampin Aeginetam beatum diceret: quoniam ditiſſimus eſſe uidebatur: Erat enim gubernator multarum nauium: Lacon ait: Non attendo fœlicitati quæ pendeat ex funibus.

c Vm quis dixiſſet Lacona mentiri: is reſpõdit: liberi em̃ ſum⁹: alij uero ſi quando uera nõ dicunt plectendi ſunt.

c Vm quis cadauer rectum ſiſtere uellet atq; niteretur: ubi factis omnibus id nequiſſet: per geminos ait: intus aliquid eſſe oportet.

Tynnichus
Thraſybulus

t Ynnichus Thraſybuli filij mortẽ fortiter tulit. In hunc uero epigramma huiuſmodi factũ eſt.

Epigramma
Pitane
Argiui

Exanimus pitanen clypeo Thraſybulus in acri
Confoſſus ſeptẽ uulneribus redijt.
Paſſus ab Argiuis quæ ergo nulla gerebat.
Tynnichus hunc igni cum daret: hæc loquiť.
Flere decet timidos oculis te nate ſepulchro
Condo meũ ſiccis ac Lacedæmoniũ.

Alcibiades

a Lcibiadi Athenienſi cum aquæ plurimum balneator funderet: Lacon ait: quidnam hoc ut ĩmundo ualdeq; ſordido plus præbet?

Philippus
Epiſtola

p Hilippo Macedone quædam per epiſtolam Lacedæmonijs imperante: ij reſcripſerunt: Lacedæmonij Philippo: de quib⁹ nobis ſcripſiſti: non. Cum autem in agrum Laconicum Philippus feciſſet impetum: ac omes perire uiderentur: dixit ad quendam ex Spartiatis: Quid nũc facietis O Lacones? Quid em̃ inquid aliud q̃ fortiter moriemur? Soli enim Græcorũ nos liberi eſſe ac non parere alijs didicimus.

# APOPHTHEGMATA LACONICA

Oſt aduerſam Agidis pugnam obſides Antipatro petente Agis
pueros quinquagita. Etheocles Ephorum gerẽs: ait: pueros Antipater
quidem minime datum ire: ne malis moribus imbuerentur patria Etheocles
inſtitutione priuati: nec ciues forent: ſenes uero aut mulieres ſi uel/
let duplo etiam pluris datum ire. Eo autem grauiter minitante niſi
acciperet: publice reſponderunt: Si grauiora morte imperites faci/
lius moriemur.

Enex in Olympijs dum ludus peragereť ſpectare affectabat: Olympia
ubi autem ſederet non habebat. In multos uero profectus lo
cos: erat & contumeliæ & cauillo recipiebaturq́ a nemine. Vt autẽ
ad Lacedæmonios uenit: pueri oẽs aſſurrexere: pluresq́ uiri ceſſere
locum. At cæteris Græcis plauſu morẽ admiratis ac ſummis lau/
dibus efferentibus: ſenex ut mouit canũq́ caput barbãq́ ſenilem
& lachrymaſſet ait: Heu miſero mihi ut om̃es Græci quæ honeſta
ſint norunt: ſed ijs Lacedæmonij utuntur ſoli.

Erunt autem quidam idem Athenis quoq́ accidiſſe. Nam
cum Panathenæa agerentur: Attici ipſi ſenem probris inſe/ Panathenæa
quebantur: quippe qui eum ut ſuſcepturi inuitabant: Si uero acce/
deret non recipiebãt. Vt autem petitis fere om̃ibus ad Lacedæmo/
nios uenit ſpectatores: omnes e ſedilibus aſſurgentes locum cede/
bant. Eo autem facto mirifice turba delectata inſigni admodum ſi
gnificatione applauſit: atq́ Spartiata q̃s dixit: Per geminos Athe/
nienſes quidem quæ honeſta ſunt ſciunt: non aũt agunt.

Endicus a Lacone petijt: at ſi tibi inquit dedero eris pauperi/ Mendicus
or. Tuæ uero huius ineptitudinis qui primus porrexerit: au/
ctor eſt futurus: quippe qui inertem te fecerit.

Acon ubi quẽpiam uidiſſet: qui res dijs ĩmortalibus congre/ Lacon
garet: nihil ait curare deos: qui ſe eſſent pauperiores.

Vm quis adulterum apud turpem uxorem comprehendiſſet:
afflicte ait: quæ tibi neceſſitas.

Lius oratorem audiens: qui magnos uerteret orationis am/
bitus: & per geminos ait: fortis quidem homo hic ad nullam
propoſitum inſtruit atq́ exercet linguã.

Vm Lacedæmona qs ueniſſet: honore inſpecto quẽ iuniores
ſeniorib⁹ præſtabãt: In ſola inqt Sparta ſeneſcere cõducit.

Nterrogat⁹ Lacon cuiuſmodi Tyrtæus poeta eſſet bonus: in/ Tyrtæus
quit: q iuuẽtutis aĩos & cõtumelia imbuat & ſtulticia.

Lter cũ in dolore oculoꝶ egredereť ad bellum: & aliqui ei di/
cerent: quo uadis ita affectus: aut quid facturus? Si aliud in/
quit: nihil egero: ſaltem hoſtis gladiũ hebetabo.

Buris Spartis Xerxes b [B]Vris & Spartis Lacedæmonij ultro ad Xerxen Perſarum regem ad cruciatū: cui Lacedæmon pro oraculo erat obnoxia profecti. Nam caducatores a rege ad ſe miſſos Lacedæmonij occiderant: ubi ueniſſent ad regem: iuſſerūt quo uellet modo ſe pro Lacedæmonijs interimeret. Sed ut ille admiratus uiros liberauit: rogaretq; apud ſe ut manerent. Et quonā pacto dixere uiuere hic poſſimus patria legibuſq; relictis & his uiris pro quibus tantum itineris morituri uenim⁹? Ad eū Indarnus dux maiorē īmodū rogaret: ac fore diceret: ut ij æque honorarent atq; illi qui amici maxime apud regem ad dignitatem prouecti eſſent: dixerūt: Ignorare uideris nobis cuiuſmodi res eſt libertas: cui mentis compos Perſarū regnum haud prætulerit.

Indarnus

Lacon l [L]Acon: quoniam die ſuperiore hoſpes eum declinaſſet: poſtri die uero ſtratis uſus large magnificeq; excepit: inſcendit ſtrata eaq; peſſundabat: addens: propter hæc heri ne in ſtorio quidem dormiui.

a [A]Lter cum ueniſſet Athenas: aſpiciens Athenienſes qui perpas & abſonium proclamarent: & publicanos ac lenones gererēt: & alia inepta opera agerent nihilq; turpe ducerent: ubi in patriā reuertiſſet: percunctantibus ex eo ciuibus qualia eſſent quæ Athenis uiderat: per ſimulationem dicebat omnia eſſe honeſta: orationeq; monſtrabat omnia apud Athenienſes honeſta cenſeri: turpe autem nihil.

a [A]Lius quapiā de re interrogat⁹ reſpondit: nō. Vt aūt is qui interrogarat reſpondiſſet: tu mentiris: uideſne inquit: te uanum eſſe qui quæ noris: interroges.

Lygdamus u [V]Eneruht aliquando legati Lacones ad Lygdamū tyrannum. Vt uero ille differens ſæpe congredi tardaret: dicerent autem eum omnibus in rebus molliter habere: at iſti narrato dixere: nos nequaq; per deos immortalis ad ipſum ueniſſe ut palæſtrā cum eo luderemus: ſed ut diſſeremus.

l [L]Acona quempiam cum quis myſteria edoceret: interrogabat quid impium maxime egiſſe ſibi conſcius eſſet. Hic autem ut dij ipſi norunt. At ubi ille magis magiſq; urgeret ac diceret: omnino id eloqui te oportet: contra Lacon interrogauit: cui me prius oportet eloqui tibi ne an deo? Illo autem dicente: deo. Tu igitur inquit: abſcedito.

a [A]Lter cum noctu monumentū prætereiret: ac dæmoniū quoddā uidere uiſus eſſet: incurrebat: ut id lancea tolleret: atq; infingens: inquit: quo me fugis bis moritura anima?

Lius cum optaſſet ab Leucade ſeipſum iacere: locum inſcen-
a dit: altitudineq; inſpecta auerſus eſt. Quod cum ei darẽt pro-
bro: inquit: nõ exiſtimarã optioni alia maiore optione opus eſſe.

Lius in acie cum eſſet: enſem in hoſtem demiſſurus: quoniam
a receptui ceciniſſent: nõ etiam demiſit. Quodam uero percun-
ctante: cur hoſtem quẽ cœperat non occidiſſet: quoniã: inquit: me-
lius eſt parere principi q̃ necare.

Aconi cuidam cum in Olympia uictus iterũ eſſet: dixit: quis
l tuus aduerſarius O Lacon te melior fuit: minime inquit: ſed
proſternendo aptior.

Orum qui ad cõuiuia ingrederent̃: cuiq; natu maximus mõ-
e ſtratis foribus: per has: ait: uerbũ nullũ egredit̃.

E cum nigrum quod dicit̃ ius apud eos: maxime probaretur
e adeo ut ſeniores ne carnẽ quidẽ appeterent ſed eam adoleſcẽ-
tibꝰ cederent: fertur Dionyſius Siciliæ tyrannꝰ huius gratia emiſ- Dionyſius
ſe Laconicũ adoleſcentẽ: eiq; impaſſe: ius illud ſibi pararet: ac ſum-
ptui nulli parceret: quod cum deinde guſtaſſet: offenſus deſpuiſſe:
quocũq; dixiſſe: O rex hoc ius tibi ueſcendũ eſt: ubi te Laconice ex
ercueris: & in Eurota laueris. Eurotas

Acones ubi modice in conuiuijs biberint: abeunt ſine funali. Lacones
l Non eñ licet pergere præuio lumine: neq; hanc neq; aliã uiã:
quo aſſueſcãt & ex tenebris ac noctu fidẽter intrepideq; proficiſci.

Itteras pro neceſſitate diſcebãt. Reliquarum uero diſciplina-
l rũ admittebant nihil. Nec hominũ magis q̃ librorũ. Erat aũt
illa ijs diſciplina: ut honeſte parerent: labores conſtantiſſime tole-
rarent: pugnandoq; aut uincerent aut interirent. Degebant autem
ſine tunica: amictum unum in annũ capiẽtes. Erantq; corporibus
ſqualidi. Et qui balneis ut plurimũ unguentiſq; abſtinerent. Dor-
miebant etiam una pro alis & turmis in thoris ex arundinibus fa-
ctis: quas ſecus Eurotam naſcentis ipſi conuehebant: ſummitates
manibus non ferro confringentes. Per hyemem uero eos qui Ly- Lycophones
cophones appellantur ſibi ſubijciebant thoriſq; immiſcebant. Ea
enim materia calidi quiddam habere uidebatur. Auare præterea
eos pueros qui probo eſſent animo permiſſum erat: coire autem
cum ijs turpiſſimũ cenſebatur: perinde atq; nõ animus ſed corpus
potius amaret̃: qui uero eſſet accuſatus perinde ut ad dedecus con
grediens: is erat per omnẽ uitã infamis.

Os etiam fuit iuniores interrogari a ſenioribus: & quo profi-
m ciſcerentur: & q̃obrem atq; qui minus reſponderet: aut cau-
ſas necteret obiurgari: Qui uero ſe præſente delinquentem nõ ob-

iurgaſſet:pari caſtigationi erat obnoxius:cui etiã delinquens ipſe. Et qui caſtigationẽ moleſte ferret: in magno erat opprobrio. Qđ ſi quis in delicto eſſet deprehenſus:oportebat hunc quandã in urbe aram circuire ac uituperationem quandam in ſeipſum uerſu cõpoſitam canere: Quod aliud nihil erat ꝙ ipſum ſemet obiurgare. Erat etiam mos non proprios dumtaxat uereri patres atq; his parere:ſed oẽs etiã ſeniores uerecũdia proſequi.Et illis in uijs cedere e ſedilibuſq; aſſurgere:quietiſſimeq; tranſire.Itaq; ius quilibet habebat non quemadmoum in alijs ciuitatibus ſuorum filiorũ & ſeruorum ac poſſeſſionum: ſed æque proximi ac ſuarum rerum ut ꝙ maxime ijs cõmunibus uterentur:& perinde atq; de rebus domeſticis curam gereret.Et qui puer a quopiam caſtigatus ad patrem detuliſſet:turpe erat audienti patri ſi minus eum rurſus caſtigaſſet. Credebãt eñ ſibijpſis ex inſtitutiõe patria nil turpe filijs impare.

f Vrantur autem pueri ex eſculentis quicquid poſſint: diſcẽtes hi quidem ingenioſiſſime dormientibus aut negligentius cuſtodientibus inſidias tendere.Qui uero fuerit deprehenſus:uerberibus eſurieq; mulctatur.Tenuis enim ijs uiliſq; cœna eſt:quo ſua induſtria indigentiam propulſantes audere callereq; cogantur.In faciundo autem conuiuio propterea parſimonia utebantur: ut aſſueſcerent repleri nunꝗ:poſſentq; famẽ ferre. Ita enim arbitrabant̃ uel ad bellum utiliores fore:ſi poſſent etiam ſine cibo labores tolerare:& continentiores tenuioreſq; in multum uſq; tempus degerẽt a paucitate ſumptꝰ. Et ſine obſonio degere æque atq; eſcam omnẽ admittere id exiſtimabant:ad meliorem ualitudinem corporũ ab alimẽti paucitate habitudineq; accedere: putantes ij quidẽ ipſum ſpiritum qui præ nimio alimento in profunditatem latitudinemq; præmat:in altitudinem corpora nõ præſſum attollere facereq; pulcherrima.Graciles eñ & macilenti habitus artuũ agilitati parent: habitiores uero & carnoſi onere ſuo reluctant̃.

a D hæc nemine minus modulis carminibuſq; ſtudebãt. In ijs autem ſtimulus quidam inerat ad uim animi incitandam & ad impetum quaſi furentem quendam atq; ſtrenuum inducendũ. Ac dictio erat & facilis & ſeuera:habebatq; aliud nihil ꝙ tum eoꝝ laudationes: qui generoſe fortiterq; uixiſſent:ac præclare & fauſte pro Sparta occubuiſſent:tum etiam eorũ uituperationes: qui metu id agere detrectaſſent:perinde atq; triſtem uitam miſeramq; uixiſſet. Erat præterea præceptio quædam atq; iactantior excitatio pro ætatum dignitate ad uirtutem.Tribus enim choris pro tribus ætatibus in celebritatibus cõſtitutis: unus ſenectutis incipiens ca/

nebat: Nos olim fuimus robuſti iuuenes. Florentis uero ætatis alter reſpondens: inquiebat: Nos autem ſumus quod ſi uelis periculum facito. At puericiæ tertius: Nos autem erimus multo profecto robuſtiores. Atq; numeri primi illi quibus & in tripudiis & ad tibiam cum in hoſtes ferrentur utebantur: ut & fortiter & audenter agerent: mortemq; contemnerent incitabāt. Nam Lycurgus bellicæ exercitationi ſtudium muſicæ admiſcuit: quo bellandi uæhementia modulatione temperata conſonantiam conuenientiamq; haberet. Itaq; rex anteq̃ pugnas iniret: ſacrificabat muſis: quo & oratione præclaraq; memoria digna facinora pugnantes redderent. Q̃ ſi quis priſcæ muſicæ quicquā tranſgrederetur: haud ſinebat. Vnde etiam Terpandrum: qui & uetuſtiſſimus eſſet & reliquis per id temporis citharœdis præſtaret: ac heroicas res geſtas laudibus efferret: Ephori tamen mulctauere: eiuſq; acceptam citharam affixere: q; unum ſolum neruum ob ſoni uarietatē ſuperfluo intendiſſet. Simplicioris eñ dumtaxat modulos probabāt. At Timotheum quoniam carniis modulis ſtuderet: Ephororum unus arrepto gladio interrogauit: ex utra parte abſcideret: qui ſupereſſent ad ſeptem neruos.

Lycurgus

Muſæ

Terpander

Timotheus

Carnij moduli

PRæterea omnem ſepulchrorum ſuperſtitionem Lycurgus ſuſtulit: concedēs & in urbe ſepeliendos mortuos & ſecus ſacella habenda monumenta piaculaq; amouit: Et ne quid una ſepelirent uetuit: ſed condentes corpus puniceo amictu: & oleæ frondibus eæ quæ oīis circundarent. Inſcriptiones quoq; quæ in ſepulchris fierent: prohibuit niſi eorum qui belli obiſſent. Itemq; & luctus & lamentationes.

Lycurgus

AD hæc peregrinari eis non licebat: ne externis moribus ac malis uiuendi diſciplinis imbuerentur. Atq; ne peregrini qui in urbem confluerent: mali cuiuſpiam doctores ciuibus exiſterēt: eos urbe exigendos ſtatuit. Ei autem ciui quiſquis puerorum inſtitutionem minus ſeruaſſet: ciuitatis iura communia non erant. Quidam uero tradidere quicūq; etiam peregrinus ciuilem exercitationem ſeruauiſſet: pro Lycurgi ſentētia eum participem factum portionis initio conſtitutæ.

VEndere inſuper non licebat. Vicinoꝝ ſeruis æque ac propriis uti mos erat: eodē modo & canib⁹ & equis: niſi iis op⁹ eſſet heris. Et in agro ſi quis re aliqua egeret ubi aperuiſſet portaſſetq; poſſeſſoris res neceſſarias: obſignatū pœnū relinquebat.

IN bellis amictibus puniceis utebantur. Tum enim color eis uilis uidet: tum coloris ſanguinolentia plus metus imperitis

præbet: tum etiam ne apud hoſtes lætis clamoribus increbreſceret: ſi quis eorum ſautius fieret: ſed lateret illos id potius propter utilẽ coloris ſimilitudinem.

Vm imperatoria calliditate uicerint hoſtes: Marti bouẽ ſacri-
d ficant. Quandocũq̧ aũt aperto prælio gallũ aſſuefacientes: ſi quidẽ ductores ſuos non ſolum bellicoſos eſſe: uerũ etiam impera-toria calliditate aſtuciaq̧ pollere.

Vpplicationibus & optatis addunt iniuriam pati poſſe. Eorũ
ſ autem ſupplicatio erat propter bonas actiones quæ pulchra ſunt dare & amplius nihil.

Venus — Enerem colunt armis præditam: atq̧ deos etiam oĩs & fœ-
u minas & mares lanceas habere faciunt: tanq̃ omnes bellicã uirtutẽ habeãt. Adduntq̧ præterea qui prouerbio utunẽ: Qui manum ad aliquid fert uocare fortunã: perinde atq̧ oporteat deos in-uocare: cũ quid aggreſſuri acturiq̧ ſunt: ſecus uero minime.

T quo pueri a uinoſitate abhorrerent: eis mancipia madida
e monſtrabant.

m Os eis fuerat: ne ianuas qdẽ pulſare: ſed clamare extrinſecꝰ.

p Ectinibus nõ ferreis: ſed arundineis utebanẽ.

Omœdias & tragœdias nequaq̃ audiebant: quo neq̧ ſerio
Archilochus — c neq̧ ioco audirent: quæ legibus contradicerent. Archilochũ poetã cum eſſet Lacedæmone: eadem hora expulere: quoniam acce-piſſent eum poetice ſcripſiſſe: melius eſſe amittere arma q̃ mori. Sic enim ait:

Aſpida quæ circa periјt mihi callipon alto
In luco. Saion poſſidet ille meam.
At caruiſſe armis q̃ mortẽ occumbere præſtat,
Aſpide pro capta mox melior dabiẽ.

p Vellis & pueris cõmunia ſunt ſacra.

ſ Ciraphidan Ephori mulctauerũt: q̧ a multis iniuriã acciperet.

Cutatum militẽ interemere: quoniã tælam quandam in ſcu-
ſ tum impoſuiſſet.

Doleſcentẽ qui in Gymnaſio uerſareẽ: qm̃ uiã quæ ad Pyleã
a duceret: neſciebat: punierũt.

Ephiſophonta qui poſſe diceret de quauis re diem totum diſ-
e ſerere: eiecerunt: inquientes oportere bonum oratorem rebus parem habere orationem.

Diana orthia — Veri apud eos cæſi uirgis totum diem in ara Orthiæ Dianæ
p ad mortem uſq̧ perſæpe tolerant: hilares ac geſtientes: æmu-latione uictoriæ inuicem contendentes: quis ipſorum & diutius &

magis uerbera tolerarit. Et qui uictor euaſerit: tã illuſtris claruſq;
habetur ꝙ qui maxime. Dimicatio uero ipſa uocat diffiagellatio:
Fit autem ſingulis annis.

Num uero id quoddam ex pulchris uiſum eſt beatiſq; inſtitu
tis: quod exuberantiam ocij ciuibus Lycurgus inuenerit. Nã
in ſordida arte uerſari nullo modo licebat: at ne in quæſtuaria qui/
dem: quæ operoſam cõgeriem negociationeſq; contineret: Fecerat
enim diuitias & ſpernendas & contemnendas omnino. Verũ man
cipia eis agrum colebant: redditumq; ferebant antiquitus conſti/
tutũ. Eratq; execrabile: ſi quis plus mercedis queq; poſceret: quo
& illi propter lucrum miniſteria libenter exequerentur: & hi ne rur/
ſus plus quærerent.

Rohibebantur etiam & eſſe nautæ & uti nauali pugna. Verũ
cum poſteriore tempore per naualem pugnam maritimi prin
cipatus potiti eſſent: rurſum cum ciuium mores inquinari intuerẽ/
tur deſtitere. Sed rurſus mutatione ſunt uſi: queadmodum in alijs
rebus omnibus. Etenim cõuectis ad Lacedæmonios pecunijs: qui
conuexerant: ijs morte damnati ſunt. Nam Alcameni & Teopom/ Alcamen
po regibus oraculum redditum eſt fore: ut auaricia periret Sparta. Theopomp⁹
Verumtamen Lyſander cum feciſſet captiuos Athenienſes: & auri Lyſander
multum & argenti inuexit: & hi quidem exceperũt uirumq; hono/
rarunt. Itaq; Lycurgi legibus cum urbs uteretur: iuſiurandũq; ſer/ Lycurgus
uaret: Græciæ principatum bonitate legum & gloria annos quin/
gentos tenuit. Cum ea uero paulatim tranſgrederetur: & habendi
auiditas diuitiarũq; ſtudium inuaderet: tum uires diminutæ ſunt:
tum ſocij propterea ſunt eos exoſi. Attamen ꝙuis ita haberẽt: poſt
Philippi Macedonis uictoriã ad Cheroniã cum omnes eum Græ/ Philippus
ci & terra & mari imperatorem appellaſſent: ac etiam Alexãdrum Cheronia
filium poſt fuſos euerſoſq; Thebanos: ſoli Lacedæmonij licet ur/
bem ſine muris haberent: eſſentq; admodũ pauci ob continua bel/
la: tum etiam longe imbecilliores & qui facile capi poſſent: tamen
cum breues admodum quaſdam Lycurgi inſtitutionis ſcintillas
adhuc ſeruarent: neq; una militarunt nec cum his nec cum alijs de/
inceps Macedonicis regibus: neq; in cõmunem conſeſſum ingreſſi
ſunt: neq; tributum tulerunt: quouſq; deſpectis omnino Lycurgi
legibus a proprijs ciuibus in tyrannida acti: neq; amplius quicq̃
ex patria inſtitutione ſeruantes: & aliorum effecti ſimiles ſuperiorẽ
gloriam elationẽq; amiſerunt: in ſeruitutẽq; migrauerũt: ac nunc
queadmodum alij Græci Romanis parent. Romani

Argileonis Amphipolitæ

a Rgileonis Braſidæ mater cum eius filius diem obiſſet: ut Amphipolitæ quidam qui Spartam uenerant: eam adiſſent: interrogauit: ſi decore & pro Spartæ dignitate filius obierat. Magnificantibus uero illis atq; dicentibus illum Lacedæmoniorũ omniũ in operibus optimum fuiſſe: ait: O hoſpites & æquus quidem filius me⁹ & bonus fuit: uerum multos habet Lacedæmon illo meliores.

Gorgo Iones

g Orgo Cleomenis regis filia cum Ariſtagoras Mileſius eũ hortaretur: ut bellum aduerſus regem pro Ionibus gereret: grandemq; polliceretur pecuniã: & quo magis is cõtradicebat: eo plus hic pecuniarũ adderet: Corrumpet te: inquit: pater peregrinellus iſte: ni celerius ædibus eieceris. Et cum ei aliquando pater imperaſſet: ut cuidam mercedis ratione frumentum daret: addidiſſetq;: docuit enim me uinum facere mitius: Ita O pater inquit: quando uini plus potabitur: bibentes etiam delicatiores ac deteriores futuri

Ariſtagoras

ſunt. At Ariſtagoran cum a quodam ex famulis calciari aſpiceret: pater inquit: nunquid peregrinus iſte manibus caret? Eadem cum peregrinus quidam molliter ocio ſtuderet: illum urgẽs atq; extrudens: non hinc inquit abis: qui nec quæ mulieris ſunt potes. Interrogata uero a quapiam attica: cur ſolæ uos Lacænæ uiris imperatis: quia inquit: ſolæ etiam uiros parimus. Ad poſtremum cum uirum Leonidan ad Thermophylas egredientem hortaretur: ut ſe Sparta dignũ oſtenderet: interrogaretq; quid ſibi agendum eſſet: is ait: ut & bono nuberet: & bonos pareret liberos.

Leonidas Thermophylæ

Gyrtia Acrotatus

g Yrtia cum aliquãdo ex eius filia nepos Acrotatui ex quadam puerorum pugna multa cœpiſſet uerbera: eſſetq; domum delatus ut mortuus: domeſticis familiaribuſq; flentibus: Non tacebitis: ait: monſtrauit enim cuius eſſet ſanguinis. Nec inquit: foras uociferandi ſunt: ſed curandi. Cum nuncius ueniſſet ex Creta: qui Acrotati mortem nũciaret: Nonne ait: erat cum iret aduerſus hoſtes: aut interficiendus ab illis: aut illos interfecturus? Libentius uero ait eum mortuũ audire pro matriſq; & urbis & ſuorum maiorũ dignitate: q̃ ſi uiueret omne tempus ignauus.

Creta Acrotatus

Damatria Epigrãma

d Amatria cũ filiũ audiſſet & timidũ & ſeipſa indignũ: ubi adueniſſet enecauit: inſcripſitq; hoc epigrãma:

Hunc timidũ mater Damatrion ipſa peremit:
Nec dignũ matre nec Lacedæmoniũ.

Epigrãma

a Ltera Lacæna filiũ qui ex acie fugerat interfecit: inquiens: nõ meũ eſt hoc germen. A qua hoc eſt epigrãma:

Vade malũ germen: tenebras pete: queq; peroſus.
Eurotas cernas nec fluat ad timidas.
Si catulus nequã perrexeris: ito ſub horchum
Nec Sparta dignus nec generis titulis.
Alia cũ filius in acie cecidiſſet: ait
Sic flendũ timidos: hilaris te nate ſepulchro
Condo meũ pariter & Lacedæmoniũ.

Vdiens quædam q; & ſeruatus filius eſſet: fugiſſetq; ex hoſti-
a bus: ſcribit ei: Mala de te fama diffuſa eſt: aut hanc nunc elue:
aut ne ſis.

Lia cum filij fugiſſent ex pugna ad eamq; ueniſſent: Quo in- Epiſtola
a quit uenitis fugienteſ ignauia mancipia? An huc unde egreſſi
eſtis regreſſuri? Et ea quidem ſublatis ueſtibus: pudibunda
eis oſtendens.

Vædam filium aduenientem intuta percunctata eſt: quid age
q ret patria? Qui cum dixiſſet: omẽs periere: ſublatam teguſã
in eum immiſit atq; interfecit: Inquiens: te igitur malum nuncium
miſere nobis.

Vodam matri narrante generoſam fratris mortẽ: deinde nõ
q turpe tibi eſt: ait: ab huiuſmodi comitatu aberraſſe.

Vm quædam filios quinq; quos habebat ad id bellum emi-
c ſiſſet quod in ſuburbijs gerebat: ſtetiſſetq; expectans euentũ
pugnæ: ubi quis aduenit: atq; percunctanti ſibi: nũciauit filios om
nis obiſſe: at non hoc: inquit: percunctabar ignauum mancipium:
ſed quid agit patria: qui cũ dixiſſet ab ea uictoriã eſſe: libenter igit
ait: accipio etiã filiorũ mortẽ.

Epeliens quædam filium ut tenuis quædam anicula accedẽs
ſ dixiſſet: O mulier fortunæ: ꝑ geminos bonæ reſpondit. Etenĩ
qua gratia eũ peperi: ut pro Sparta morere hoc mihi cõtigit.

Vlier quædã Ionica cum ob quendã pannũ ſuũ gloriaretur:
m cũq; precioſum: Lacæna monſtratis quattuor filijs qui deco-
ri formoſiſſimiq; eſſent: Talia inquit eſſe oportet honeſtæ ac bonæ
mulieris opera: & hiſce iactari atq; extolli.

Lia cũ de filio accepiſſet: ut male a peregrinatione reuerteret: Epiſtola
a ſcripſit: Mala tibi fama diffuſa eſt: uel hanc abijce uel morere. Chij

Imilitet etiam cum Chiorum exules Spartam ueniſſent: Præ- Prædaretus
ſ daretũ ualde accuſabant. Quem ubi mater Teleutia accerſiſ- Teleutia
ſet: & ea quorũ accuſabat audiſſet: ſibiq; filius delinquere uideret: Epiſtola
litteras ad eum dedit. Mater Prædareto: Aut age meliora: aut iſtic

mane. Nam ſi Spartã Veneris de ſalute tibi deſperandũ eſt.

Ltera filio qui eſſet iniuriæ accuſatus. Nate inquit: aut crimi-
a ne aut uita teipſum abſolue.

Lia claudum filium præmittens in aciem: Nate ait: cum ince-
a dis memento uirtutis.

Lia cum filius ab acie pede uulnerato reuerteretur: uæhemen
a terq́ȝ doleret: Si uirtutis inquit: nate memineris: cum non do-
lebis: tum etiam gaudebis.

Lacon Acon belli uulneratus nec ualens incedere quadrupedũ mo-
l re inter faciebat. Is quoniã ridiculo eſſet cum uerecũdaretur:
ait mater: Et quãto eſt nate melius ob fortitudinẽ lætari: q̃ȝ ob ridi
culum fatuorum uerecundari.

Lia cum filio iterum clypeum traderet eumq́ȝ hortaret̃: Nate
a inquit: aut hunc aut in hoc.

Lia filio qui ad bellum proficiſcebatur cum traderet clypeũ:
a hũc: ait: tibi pater ſeruauit ſemper: Quare tu quoq́ȝ uel hunc
ſerua uel morere.

Lia ad filium qui diceret: paruũ habere enſem: ait: adde etiã
a inceſſum.

Lia cum audiſſet filium in acie fortiter agendo interiſſe: meus
a em̃ inquit: eras. Ac cũ de altero accepiſſet: quod præ timidita-
te ſeruatus eſſet: Non em̃ eras inquit meus.

Ltera cum audiſſet filum in pugna mortuum eſſe: ait: Quem-
a admodum locatus fuerat: eum ponite: ſuppleat autem frater
illius locum.

Lia cum publica populi totius pompa fungeret̃: audiuit fra-
a trem in acie uictorem mori ex uulnerum multitudine. Itaq́ȝ
minime coronam poſuit: ſed exultans potius ait ad proximas: Vt
Olympia multo melius eſt amicæ in acie uictorem mori: q̃ȝ Olympiorum ſu
peratorem uiuere.

Vm quidam ſorori narraret generoſam ipſius filij mortem: il
c la inquit: ſi quid propter illum lætata ſum: tantũ propter te
mœreo: qui præclarũ comitem reliqueris.

Lacæna Acænam quis interpellauit: an ſe uitiandum concederet: hæc
l autem inquit: equidem cum puella eſſem didici parere patri:
& hoc egi: Mulier autem uiro. Si ergo me iuſta rogat: huic manife-
ſtum faciat primum.

Virgo Irgo paupercula interrogata quam marito dotem daret: pa-
u triam inquit pudicitiam.

Acæna interrogata an coiſſet cũ uiro: minime ego inquit: ſed Lacæna
l illē mecum.

Vm quædam eſſet clam compreſſa fœtumq; perdidiſſet: ſic
c nulla emiſſa uoce ſe conſtantem tolerantemq; præſtitit: ut &
par entes alioſq; proximos latuerit: cum abortiuum faceret. Nam
dolorꝝ magnitudinẽ uicit fœditas: quæ turpitudinẽ eſt adorta.

l Acæna cũ ueniret: interrogata quid ſciret: ait fidelis eſſe.

Lia in captiuitatem acta identidem interrogata: bene inquit
a adminiſtrare rem familiarem.

Nterrogata quædam a quopiam: an bona foret ſi ſe emerit?
i Equidem etiam ſi non emeris.

Lia cum ueniret præcone percunctante: quidnam ſciret: libe/
a ra inquit eſſe. Vt autem emptor quædam indigna libera im/
peraſſet: inquiens gemes qui tibiĳpſi huiuſmodi poſſeſſionis inui/
deris: ſeipſam exegit.

Mediolani Kalendas Octobres: Milleſimo
quadringenteſimo quinquageſimoquarto.

# ANNOTATIO LEGVM

## Franciſci Philelfi in Annotationem legum apud ueteres ſcriptores crebrius commemoratarum ad Fredericum Cornelium: Epiſtola præfatiua.

Franciſcus Philelfus Frederico Cornelio Salutem. Quod multarũ legum mentionem factam inuenias: & apud Marcum Tullium Ciceronem: & apud. T. Liuium aliosq; ueteres ſcriptores: neq; quid legibus illis contineretur: aut quam ob cauſam latæ fuerint: ſatis intelligas: ob eamq; rem quid ipſe habeã certiſcire cupias: non teneo diutius te ſuſpenſum. Itaq; leges easq quæ crebriores ſunt magiſq; neceſſariæ: quo facilius & clarius ueterum oratorum atq; hiſtoricorum & ipſorum quoq; iuriſconſultorũ ſcripta locis ſuis cõprehendant: hiſce litteris ſubieci. Vale. Ex Bononia: tertio Idus Apriles: Milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

## Legum apud ueteres ſcriptores crebrius commemorarum magiſq; neceſſariarũ: Annotatio fœliciter incipit.

### Lex Pompeia.

Gnæus Pompeius ſtrabo ueteribus incolis trans Padanis ius Latij dedit: & quod cæteræ coloniæ latinæ habebant: id eſt ut petendi magiſtratus & ciuitatis Romæ ius adipiſcerentur.

### Lex Portia.

Portia lege non licebat interfici ciuem Romanũ: uerum uirgis uerberari. Hoc autem ſignificatur q; ea re tolleretur dignitas ciuilis: & redigeretur in ſeruum: quia tandem faciebat ſeruum.

### Lex Fabia.

Fabius adiecit pœnã ijs qui nõ certo numero ut ante fuerãt definiti deducerẽt & ſectarent candidatos ĩ campũ comitiorũ tempore.

### Lex Clodia.

P. Clodius Tribunus plebis legem tulit pernicioſam (L. Piſone & Gabino cõſulibus) ne quis per eos dies (quibus cum populo agi liceret) de cælo ſeruaret contra legẽ Fuſiã & Aeliam.

### Lex Cinthia.

Cinthius legem tulit: qua cauetur antiquitus: ne quis ob cauſam orandam donum pecuniamue acciperet.

### Lex Aurelia.

Aurelius Cotta prætor legem tulit quibus temporibꝰ Verres a Ci

cerone accuſatus eſt: qua communicata ſunt iudicia ſenatui & equitibus Romanis & tribunis Aerarijs.

Lex Opia.

M. Opius legem tulit: ne ſuperfluo ornatu mulieres Romanæ uterentur: neue pilentis: id eſt rædis penſilibus uæherentur: neue plus uncia in auribus appenderent.

Lex Pompeia

G. Pompeius magnus legem tulit: ut quæſtores ſuffragio populi ex ijs qui conſules fuerant crearentur.

Lex Valeria.

Valerius Publicola legem tulit: ut nulli magiſtratui liceret corpus Romani ciuis indicta cauſa condemnare: liceretq; damnatis ad populum prouocare.

Lex Aquilia.

Aquilꝰ legē tulit de dolo: malo & fraude: de deceptiōe: de ſimulatione.

Lex Acilia.

Manlius Acilius Glabrio legem tulit de pecunijs repetundis ſæueriſſimam: qua ne comperendinari quidem reum ſinit.

Lex Veconia.

Veconius legem tulit: ne quis cenſus hoc eſt pecunioſus hæredem unicam relinqueret filiam. Erat autem cenſus ille: qui centum milia ſeſtertium in profeſſionem detuliſſet.

Lex Calphurnia.

G. Calphurnius Piſo legē de ambitu tulit ſuo conſulatu: quæ præter alias pœnas pecuniaria etiam pœna fuerat adiecta.

Lex Gabinia.

Gabinius legem tulit: qua bellū Gn. Pompeio de perſequendis Piratis datū eſt aduerſus. L. Trebellij tribunū plebis interceſſionē.

Lex Papia.

Papius ciuis Romanus legem tulit: ut peregrini urbe Roma uti ꝓhiberentur.

Lex Latoria.

Qu. Latorius cum adoleſcentes in contractibus circumueniri ſolerent: pœnam eorum deceptori adiecit.

Lex Clodia. i.

Clodiꝰ tribunꝰ plebis legē tulit annoniā: ut frumentū ppl'o qđ antea ſenis æris ac triētibꝰ in ſingulos modios dabit̄: gratis daret̄.

Lex Clodia. ij.

Clodius idem tribunus plebis legem tulit de collegis reſtituēdis: quæ lex ex ſeruorum fæce conſtituta dicitur.

Lex Clodia.iij.

Clodius idem tribunus plebis legem tulit: ne quē cenſores in ſenatu legendo præterirent: neue qua ignominia afficerēt: niſi utriuſq; cenſoris ſententia damnatus eſſet.

Lex Iudiciaria Aurelia.

Aurelius Cotta Iudiciariā legem tulit: cum eſſet prætor: qua communicata ſunt iudicia ſenatui: & equitibus Romanis: & tribunis Aerarijs: ut ex ijs tribus ordinibus lecti iudices res iudicarēt.

Lex Varia.

Qu. Varius tribunus plebis legē tulit: ut quæreret̄ de ijs: quorum ope conſilioue ſocij contra populū Romanū arma ſumpſiſſent.

Lex Cornelia.i.

Cornelius conſul retulit in ſenatu: ut qm̄ exterarū nationū legatis pecunia mutuo daret̄ uſura turpiaq; & famoſa ex eo lucra fierent: ne quis legatis exterarū nationū pecuniā expenſam fœneraret.

Lex Cornelia.ij.

Cornelius idem legem tulit: ne quis in ſenatu legibus ſolueret̄: niſi ſenatores ducenti adfuiſſent: neu quis cum abſolutus eſſet intercederet: cum ea de re ad populum ferretur.

Lex Cornelia.iij.

Corneli⁹ idē legē tulit: ut prætores edictis ſuis ꝑpetuis ius dicerēt.

Lex Licinia & Mutia.

P. Licini⁹ Craſſus orator: & Qu. Scæuola pontifex maxim⁹ idēq; orator & uiriſconſultus: duo omniū ſapientiſſimi conſules legem de ciuibus regundis tulerunt in eorū conſulatu: cum ſumma cupiditate urbis Romæ Italici populi tenerentur: & ob id magna pars eorum pro ciuib⁹ Romanis ſe gereret: neceſſaria lex uiſa eſt: ut in ſuæ quiſq; ciuitatis ius redigeretur.

Lex Iunia.

M. Iunius Siluius conſul cum Qu. Cæcilio Metello Numidico legem bello Cymbrico tulit: quod diu praue ſimul & infœliciter geſtum eſt propter diminuta militiæ ſtipendia.

Lex Manilia.

Manilius tribunus plebis legem tulit: qua Gn. Pompeius magn⁹ bellū aduerſus regē Ponti Mitridathen extra ordinē gereret.

Leges Sacratæ.

Poſt exactos reges anno.xvi. cum plebs propter nimiā potētiam dominationē in montem ſacrum trans Anienē ſeceſſiſſet: & ibi armata conſediſſet: duos primos tribunos crearūt: qui deinde ad numerū.x. aucti ſunt: & legē condixerunt: quibus ſuum in patres ius

tuerentur priuſq̃ in urbem reuerterentur. Vnde & ſacratæ dicunt ad patrum plebiſq; concordiam pertinentes.

Lex Caſſia.i.

Caſſius Longinus.L.filius legem tulit: qua populus per Tabellã ſuffragium ferret. G.Mario & G.Flacco conſulibus.

Lex Caſſia.ij.

Caſſius idem alteram legem tulit ad minuendam nobilitatis potentiam: ut quem populus damnaſſet: cuiue imperium abrogaſſet in ſenatu ne eſſet.

Lex Aurelij Cottæ.

Aurelius Cotta legem dedit: cum Sylla ad diminuendã plebis potentiã: multos cum ei magiſtratus ademiſſet: ut plebi liceret interceptos magiſtratus capere: & communicata ſunt iudicia ſenatui & equitibus Romanis & tribunis Aerarijs. Vnde & lex iudiciaria dicta eſt.

Lex Roſcia.

L.Roſcius Otho conſul legẽ tulit: ut in theatro equitibus Romanis ordines quattuordecim ſpectandi gratia darentur.

Lex Plotia.

M.Plotiꝰ Syllanꝰ legẽ tulit cũ eſſet tribunꝰ plebis: Gn.põpeio Strabone: & L.Portio Catone cõſulibus: qua tribus ſingulæ ex eo numero quinos denos ſuffragio crearent: qui eo anno iudicarent: ex eo factum eſt: ut ſenatores quoq; in eo numero eſſent: ut quidam etiam ex ipſa lege.

Lex Satyra.

Satyra lex eſt quæ uno rogatu multa ſimul & uaria comprehẽdit: ut uultiſne? iubetiſne? Vt cum Iugurtha bellum componatur? elephantos tradat omnis? tranſfugas reddat uniuerſos?

Lex Othonis.

Otho tribunꝰ plebis legẽ tulit: ne quiſ in ordine equeſtri ſpectaturꝰ ſederet: niſi ſeſtertia quadraginta milia poſſideret. Quod ſi contingeret quiſquis eſſet: ſiue ingenuus ſiue libertus: inter equites ſpectare ei liceret in gradu.xiiij.

Lex Scatinia.

Scatinius legem tulit: qua puerorum cõcubitores graui ſupplicio afficerentur: quos αρσενοκοιτας arſenocœtas uocant.

Lex Iulia.

G.Iulius cæſar lege ſanxit: ne adulteri forẽt: deprehenſi autem ſupplicio dederentur.

Lex Mamillia.

Mamillius tribunus plebis legem tulit: ut quando res a nobilibus

aduerſæ geſtæ fuerant: etiam ij ad magiſtratus gerendos admitterentur: quorum maiorem in Romana republica magiſtratus non exercuiſſent: huiuſmodi aũt homines noui appellant.

Lex Sempronia.

Sempronius Grachus legẽ tulit: qua frumentũ e publico diſtribueretur populo Romano: quæ fumentaria dicta eſt.

Lex Hortenſia.

Qu. Hortenſius dictator cum antiquioribus temporibus Patricij plebiſcitis nequaꝙ tenerentur: eam tulit legem: ut eo iure ꝙ plebs ſtatuiſſet & Patricij & omes quirites tenerent.

Lex Annaria.

Annariam legem appellant: quæ modum annorum finit: quibus magiſtratus capiundi poteſtas ſit.

Lex Aelia & Fuſia.

Aelius & Fuſius tribuni plebis ſua auctoritate legem tulerunt ne quis per eos dies quibus cum populo liceret: non niſi de cælo ſeruaſſet quippiam ageret.

Lex Aterina.

Lex Aterina conſtituit: ut cum mos priſcus fuiſſet irrogandæ mulctæ per magiſtratus ouis aut bouis nomine: ouis ære deno: bos autem ære centeno definiri intelligatur.

Lex Falcidia.

Falcidius legem tulit: qua cauetur ne plus legare liceret ꝙ lege Clodia: ut emptorum bonorum eſt uncias nouem: idꝙ ipſorum teſtatorum gratia prouiſum eſt ob id ꝙ plærumꝙ inteſtati moriebantur recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo aut minimo lucro hæreditatis.

Lex Flauia.

Flauius inter iudicia publica conſtituit de plagiarijs: cum quis πλάγιοισ: plagioes: id eſt obliquis & inſidioſis pollicitationibꝰ ſeruũ a domino: uel filiũ a patre ſubtrahit: uel etiã pecus.

Lex Iulia.

Iulius Cæſar legem de peculatu ſanxit in eos qui rem uel publicã uel religioſam uel ſacram furati ſunt uel furantibus miniſteriũ adhibuerint: uel qui furta ſciẽtes ſuſceperint: quos uel capitali animaduerſione uel deportationis pœna puniri iuſſit.

Lex Cornelia.

Cornelius legem in eos tulit: quæ & teſtamẽtaria uocat: qui teſtamẽtũ uel alias tabulas falſas ſcripſerit: ſignauerit: recitauerit: ſubiecerit: quiue ſignũ adulterinũ fecerit: ſculpſerit: expreſſerit: Seruos

quidẽ ultimo affecit ſupplicio: liberos aũt deportatione,

### Lex Pompeia.

Pompeius aſperrimum crimen noua pœna parricidas perſequit. Si quis parẽtis aut filij fata perpetrauerit: ſiue clam ſiue palam: inſutus culleo cum cane & gallo gallinacio: uipera & ſimia uel in uicinum mare uel in amnẽ proijceretur: ut inter færales anguſtias comprehenſus omniũ elementorum uſu uiuus carere incipiat: & ei cæli ſuperſtiti terra mortuo auferatur.

### Lex Cornelia.

Cornelius legem in eos tulit: qui homines occidendi cauſa cum tælo ambulent ultore gladio eos perſequens. Tælum autem interpretatum eſt om̃e quod longe iaci poteſt: ut lapis: lignum: ferrũ: απὸ τοῦ τέλως: apo tu telos: id eſt longe: ſicut & Græci βέλως: belos: quod ſagittam ſignificat: απὸ τοῦ βάλειν: apo tu balein: qđ ſignificat iacere.

### Lex Latoria.

Latorius ciuis Romanus legem cõdidit: qua cautũ erat: ut ſi quis pupillorum bona diriperet: acerrimas pœnas lueret.

### Lex Apuleia.

Apuleius legem tulit: qua cauebatur: ſi quis publicam maieſtatẽ minuiſſet capitalis eſſet.

Legum apud ueteres ſcriptores crebrius cõmemoratarum magiſq; neceſſariarũ: Annotatio Fœliter explicit.

τέλος.